
37
41 E
1

DECISIONES
ROTÆ BONONIÆ
LUDOVICO POSTIO
PERUSINO.

DECISIONES
ROTÆ BONONIÆ
LUDOVICO POSTIO PERUSINO
JAM IN EADEM ROTA AUDITORE AUCTORE.

Cum Indice causarum, seù Titulorum Decisionum, earumque argumentorum, & Summario locupletissimo.

Opera FRANCISCI JOVII J.C. Perusini Collegiati, & in Lycæo Perusino Lectoris, & ejusdem Auctoris Consanguinei composito.

SEREN.MO PRINCIPI
FRANCISCO MARIÆ
FARNESIO.



EXCUDEBANTUR PARMÆ MDCXCIV.

Apud Albertum Pazzonum, & Paulum Montium Socios, sub signo Fidei.
SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.



SER.^MO PRINCIPI.



TIBI, inquam, gestiunt se sistere legalia hæc monumenta LUDOVICI POSTII *non ultimæ quidem notæ Jur. Consulti*, ingens præsidium ac decus sibi mutuatura; dum ex domisticis latebris eruta publicam Typorum lucem nunc primùm audent aspicere. Si vitam adhuc ille duceret, superstitem hunc fœtum nullum sibi potiùs adoptare Patronum pateretur, quàm

FRAN-

Franciscum Principem, cujus Patri Raynutio Duci mancipatus est in clientelam immortalibus beneficiis Alexander ejus Nepos, ut ex beneficio ipsius Auctoris testamento; & Parens meus: ut quidquid decoris accessurum uspiam foret Gentilibus ac Majoribus meis, id totum à Farnesiana munificentia derivatum haberetur. Est præterea, cur hoc Opus ad Te potissimum iret: ad Te inquam, præsentissimum litterarum Genium; populis aliquando regendis cælitus destinatum; prudentiæ atque justitiæ animatum exemplar, moribus honestissimis graphicè tanquam coloribus expressum. Regium planè est bonas artes & ingenia fovere atque alere: Suum verò ingenium doctrina excolere in summa fortuna, non modò regium, sed si quid ultra est, censeri debet, Homero testante, Deorum discipulos esse Reges sapientia instructos. Hanc certè culturam minimè in Te desiderari voluit Seren.mus Parens, cujus Præcipua extitit sollicitudo, ut excelsa ista indoles disciplinis Principe dignis opera non perfunctoria informaretur: sed paternæ sedulitatis curam piam magis quàm necessariam probavit Tua sponte currens alacritas. Illud tamen Tibi peculiare studium placuit seligere, quod Principes maximè decet & oblectat, nobilissimam scilicet Geographiæ facultatem. Hìc sanè volucris ingenii Tui pervicitas parem nacta campum liberè spatiandi, uno intuitu maria & littora emetitur; fluminum ostia & fontes sagaci indagine scrutatur; regiones, urbes, arces, latibula fermè gentium ac locorum felicibus vestigiis singula scrutatur, omnia percurrit, complectitur universa: nimirum ut assuescant terræ omnes agminatim, sed & suis ordinibus distinctæ se se Tibi sistere, palam noxitari, Tuamque familiaritatem inducere, quas aliquando rerum per Te gerendarum fama implebit. Sed jam implet Tui amor & laus; nec ulla jam est Christiano in Orbe Regia paulò illustrior & augustior, quam aut proximæ affinitatis nexu non devinxeris, aut laudibus majestatis citra fastum, solertiæ sine fuco, prudentiæ ultra ætatem, continentiæ supra fortunam, ceterarumque virtutum splendore non illexeris. Verùm nec modestiam Tuam & verecundiam lædere, nec subnascentibus calamo laudibus favorem eblandiri est animus. Satis est, & ultra meritum, si veniam liberaliter indulseris; satis, nec infra votum, si munus ex alieno fundo audacter oblatum minimè fueris aspernatus. Vale Perusiæ die 1. Aprilis MDCXCIV.

Humillimus, ac Devinctiss. Servus
Franciscus Jovjus J.C. Perusinus.

CAUSARUM,
SEU
TITULORUM DECISIONUM
INDEX.



MO-



ARGU-

ARGUMENTORUM DECISIONUM INDEX
JUXTA EORUM ORDINEM.

a dica-

Depo-

Depositum vim habet solutionis. Solutione tollitur obligatio, & hypotheca; & quid, si pecunia redierit ad solventem. Sequestrum quando non operetur. Decisio LXIX.

Associatio competit ex clausula constituti. Donatarius quando teneatur ad debita donantis. Appellationis Judex quid possit. Decisio LXX.

Dotis assecuratio ob viri vergentiam ad inopiam an habeat vim restitutionis. Inventarium hæredis a pluribus nullitatibus defenditur. Judæus an præsumatur dolosus, & an sit cum eo servandus rigor juris, vel æquitas. Judex, sententia lata, an possit illam declarare. Decis. LXXI.

Dispositio conditionalis, conditione non existente, evanescit. Substitutio plurium descendentium ad invicem an inducat reciprocum fideicommissum de linea ad lineam. Decisio LXXII.

Loci visitationi locus est etiam post rem judicatam. Sententiæ ex actis non justificatæ non sunt uti conformes exequendæ. Quæ probationes requirantur ad obtinendum in remedio *l. 2. C. de rescind. vendit.* Decisio LXXIII.

Muliere in tertio matrimonio moriente, superstite patre, qui eam dotavit, & filio ex priori matrimonio, ad quem spectet illius dos tàm de jure communi, quàm ex Statuto Bononiæ. Decisio LXXIV.

Evicta res non dicitur ex molestiis. Fideicommissi exceptio an impediat immissionem. De copulativè vocatis. Et de vulgari substitutione. Decisio LXXV.

Inter duos emptores quis præferendus, & traduntur aliqua de confinibus. Decisio LXXVI.

Mandatum ad exigendum, & exegisse confitendum an contineat facultatem confitendi, etiam si non receperit, & an dicatur restrictum ad confitendum circa factum proprium procuratoris, vel intelligatur etiam circa factum domini. Decisio LXXVII.

Quando non sit locus exhibitioni librorum. An ex datione notulæ litterarum cambij nundinalium inducatur obligatio earum redditionis rationis, & de dictarum litterarum materia Decisio LXXVIII.

Agitur de traditione rei liberæ. Decisio LXXIX.

Ad effectum consequendi Officia utilia Bononiæ quæ requirantur. Decisio LXXX.

Stante inundatione, & impedimento præstito conductori circa rei usum & fruitionem, an sit locus rescissioni, vel actioni ad interesse. De probatione per unicum testem, ac per testes singulares, & imperfecta, & de juramento in supplementum. Decisio LXXXI.

Filii familias fidejussio pro Patre sine decreto competentis Judicis an valeat, stante Statuto Bononiæ. An, & quando possit dari de jure tertii De jurium acquisitione, & cumulatione, lite pendente. An in obligatione bonorum, & jurium futurorum veniat jus adeundi. Quando adita, vel non adita dicatur hæreditas. An filius immiscens se in hæreditate paterna sine inventario confundat jus dotis maternæ. An hæredis declaratio, & ratificatio facti defuncti, & cessio teneat. Decisio LXXXII.

Legatum factum mortuo an, & cui debeatur. Et quando solvens non verò creditori liberetur quo ad verum, cessis actionibus. Decisio LXXXIII.

An tenuta capi possit absque partis citatione & capta confirmari. An debeat discuti specialis hypotheca, antequam recurratur ad generalem. Et quando detur obligatio in solidum absque eo, quod exprimatur. Decisio LXXXIV.



DECI-

DECISIONES ROTÆ BONONIÆ LUDOVICI POSTII J. C. PERUSINI.



REPETITIONIS
Jovis 20. Junii 1647.

ARGUMENTUM.

Cedula bancaria quando habeat vim solutionis. An, ut sit locus clausulæ, *si quid exequendũ*, admittatur nova probatio: & an; & quando Successor in Ecclesia teneatur stare locationi; & e converso conductor conductioni.

SUMMARIA.

1 *Restitutioni pecuniarum quando sit locus. & num.* 12. *&* 20.
2 *Fidejussor tenetur ad id, quod principalis.*
3 *Obligatus in forma Cameræ tenetur executivè.*
4 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem ubique locorum.*
5 *Mandatum in vim Cameralis obligationis relaxatum est exequendum.*
6 *Cedula quando habeat, vel non vim solutionis. & num.* 7. *& seq.*
8 *Cedula bancaria operatur, ut pecuniæ censeantur solutæ. Ampliat. ut num.* 9.
10 *Dictionum*, Tam, *&* Quam, *natura est tribuere actum æqualiter, & augmentativè.*
11 *Census requirens pecuniam numeratam constitui potest etiam Cedula bancaria.*
13 *Cedulæ bancariæ præstatio non potest fieri, nisi cum patrimonii detrimento.*
14 *Clausula*, Si quid exequendum, *ad effectum executionis justificationem requirit ex eisdem, nec eam admittit ex novis. Limit. ut num.* 15.
16 *Successor in Ecclesia tenetur stare locationi Ecclesiæ nomine factæ, & pro anno incepto. & n.* 17. *Limitat. ut n.* 18. *&* 19. *&* 23.
21 *Evictionis actio non competit, denunciatione non præcedente. Limit. ut num.* 22.
23 *Æqualitas servanda est inter locatorem, & conductorem.*
24 *Solutio semel facta non est iterum facienda.*

DECISIO I.



LOCATIS à R. D. Octavio de Alberghettis Rectore Parochialis Ecclesiæ Sancti Joannis Baptistæ de Trivio Comitatus Bononię de anno 1641. 25. Octobris bonis ejusdem Ecclesiæ sitis in Communi Castagnoli, & Barcha passus del Trebbo D. Francisco de Jacobis ad annos tres incipiendos in sequenti festo Omnium Sanctorum pro annuo affictu lib. 900. solvendarum respectu primi anni lib. 200. in ipso actu stipulationis Instrumenti locationis.

Dictisque lib. 200. eadem die propterea solutis, mediante Cedula bancaria Dominorum Lucatelli, & Viæ Mercatorum Bononien. quam idem D. Octavius Rector in solutionem recepit cum promissione in forma Cameræ de restituendo in eventum ipsius obitus ante fructuum recollectionem, sub fidejussione, & insolidum, ac uti principaliter, & principali obligatione Excellentissimi D. Jacobi Cucchii Philosophiæ Doctoris, ut in Instrumento, de quo in actis.

Dictoque D. Octavio Rectore locatore diem functo de mense Aprilis 1642. & sic ante fructuum collectionem, ut in actis.

Egit D. Franciscus conductor contra dictum D. Cucchium fidejussorem Clericali, seu etiam Sacerdotali Charactere insignitum coram Reverendissimo D. Vicario Eminentissimi D. Cardinalis Archiepiscopi pro restitutione dd. lib. 200. ut supra anticipate solutarum, à quo mandatum executivum obtinuit.

Sed, appellante D. Cucchio ad Illustrissimum D. Vice Legatum, & ab eo commissa mihi causa cum Voto Excellentissimi D. Pellicciani Pretoris cum clausula, *Si quid exequendum*, ad referendum Illustrissimæ Dominationi Suæ convenimus, & retulimus locum esse executioni.

Evenit enim dictus casus obligationis de restituendo, & consequenter potuit ad ipsam restitutionem agi, *Duran. decis.* 383. *n.* 1. & quidem contra D. Cucchium fidejussorem, uti subrogatum in locum principalis, & obligatū in omni casu, in quo principalis tenetur, *l. si cum*, §. *qui iniuriarum*, *ff. si quis caut. Gratian. discept.* 310. *num.* 35. & executive, stante obligatione Camerali, *Duran. decis.* 112. *num.* 1. *& dicta decis.* 383. *num.* 3. *& Rot. recent. part.* 6. *decis.* 44. *num.* 3. quæ ubique locorum habet executionem paratam, *Rot. recent. part.* 7. *decis.* 168. *num.* 1. itaut mandatum in illius vim relaxatum sit exequendum, *Duran. decis.* 404. *num.* 4.

1 2 3 4 5

Neque obstat, quod non constiterit primo Judici de effectuali solutione, nec appareat de tenore cedulæ, & potuerit continere, vel solum ordinem D. Francisci directum Mercatoribus, vel ipsorum Mercatorum promissionem de solvendo, quæ non habet vim 6
solutionis, *Rot. post Cenc. de Cenc. decis.* 435. *num.* 1. nisi, quando per 7
eam inducitur novatio, vel per mo-

modum delegationis, vel per viam extinctionis debiti, ut quando creditor recipit cedulam in solutum, cassando Instrumentum debiti, & faciendo se describi creditorem in libro Campsoris, qui cedulam confecit, *Seraphin. decis.* 1419. *num.* 2. *& seq. & Add. ad Buratt. decis.* 500. *num.* 5. *vers. Verum prædicta.*

Quoniam respondetur cedulam esse bancariam, ut enuntiatur in Instrumento, & sic Mercatorum, non autem ordinem conductoris ipsis Mercatoribus de
8 solvendo, & cedulam bancariam operari, ut pecuniæ censeantur solutæ, *Rot. post Cenc. de Censibus*
9 *decis.* 104. *num.* 1. nec ad istum effectum requiri, ut recipiens cedulam faciat se à Mercatore etiam describi creditorem, ut sentit *Rot. d. decis.* 104. *num.* 1. *apud Cenc. de Censib.* dum habet, quod pecuniæ censentur solutæ tàm ex cedula bancaria, quæ habet vim solutionis, quàm ex creatione partitæ in libro Mercatoris, & sic admittit alterum de duobus sufficere, ponderando adver-
10 bia *tam*, & *quam*, quorum natura est tribuere actum æqualiter, *Rot. recent. part.* 7. *decis.* 109. *n.* 9. *Buccafer. cons.* 31. *num.* 8. & augumentative, *Rot. rec. part.* 6. *decis.* 120.
11 *num.* 1. & ideo etiam census, in cujus creatione requiritur pecunia numerata, valide constituitur per dationem cedulæ bancariæ, *Gratian. discept.* 387. *in fin. Cenc. de Censib. quæst.* 5. *num.* 13. *& secundum antiq. impress. p.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 1. *art.* 7. & ibi *Rot. decis.* 103. *num.* 7. *& seq. Adden. ad Buratt. dicta decis.* 500. *num.* 5. recipitur que tunc, & recepta fuit in casu nostro cedula non pro majori securitate, sed in extinctionem debiti, præsente, & approbante etiam eodem D. Cucchio fidejussore, ita ut, quamvis non constet 12
de reali numeratione, sed de sola satisfactione per præstationem cedulæ, sit locus repetitioni adversus ipsum D. Cucchium restituere obligatum, ad *Gratian. discept.* 593. *n.* 4. cum cedulæ præ- 13
stantio non possit fieri, nisi cum detrimento patrimonii, *Gratian. discept.* 905. *num.* 13. Sed omnis difficultas sublata fuit, dum coram me fuerunt compulsatæ, & productæ partitæ ex libris dd. Mercatorum, ex quibus apparet de exactione eadẽ die cõsignatæ cedulæ.

Nec obstat, quod, ut sit locus 14
executioni in vim clausulæ, *si quid exequendum*, debeat sententia, & mandatum justificari ex eisdem, non ex novis, *Beltram. ad Gregor. decis.* 581. *num.* 11. *& Ferentil. ad Buratt. decis.* 231. *num.* 8.

Quia respondetur, quod pro- 15
batio ad coadiuvandas primas probationes, & ad majorem cautelam, ut in præsenti casu, semper admittitur, nec dicitur omnino nova, cum præcesserunt, ut hic, tales probationes, quæ potuerunt sufficere ad instruendum, & movendum animum Judicis, *Beltr. ad Greg. decis.* 272. *n.* 9.

Neque etiam relevat, quod 16
Successor in dicta Ecclesia teneretur stare locationi, tamquam factæ nomine Ecclesiæ, *Caroc. de locat. & conduct. part.* 4. *quæst.* 25. *num.* 42. *Bursatt. cons.* 101. *num.* 4. *lib.* 1. & pro anno jam cepto, *Ca-* 17
roc. d. tract. part. 3. *concl.* 20. *n.* 37.

& 39. Surd. decis. 52. *num.* 11. *in fine*.

Respondetur enim locationem apparere factam nomine proprio, non Ecclesiæ, quo casu locatio dicitur extincta per mortem locantis, & non transit in Successorem, *Surd. decis.* 33. *n.*7. & quatenus esset etiam nomine Ecclesiæ, non constare, quod solutio anticipata, de qua agitur, versa sit in utilitatem Ecclesiæ,
18 quibus cessantibus, non tenetur Successor stare locationi, *Gratian. discept. forens.* 606. *num.* 1. *& per tot. Buratt. decis.* 482. *num.* 9.
19 & ibi *Adden. num.* 17. nec pro primo anno, pro quo conductor anticipate soluerit, *Gratian. d. discept.* 606. *num.* 11. *& Adden. ad Buratt. d. num.* 17. *ex disposit Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 11.
20 Respondetur secundo obiectum cessare in casu nostro, stante obligatione clara de restituendo in casu mortis locatoris ante fructuum recollectionem, ita ut satis fuerit D. Francisco conductori ad obtinendam restitutionem docuisse de subsecuta morte Rectoris Locatoris, antequam fructus recolligi potuissent.

Non obstat demum, quod D. Franciscus bona locata dimiserit irrequisito, & inscio D. Cucchio,
21 qui propterea non potuerit ex evictione conveniri, *Natt. cons.* 38. *num.* 5.

Tum quia id non fuit in pactum deductum: Tum quia non
22 requiritur aliqua denuntiatio, quando constat de iustitia evictionis, *Rot. recent. part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 390. *n.* 2. *&* 3. *& post Merlin. de pignor. decis.* 118. *num.* 4.

Tum quia, sicut Successor in 23
Ecclesia non tenetur perseverare in locatione, ita conductor potest à conductione recedere, ne iudicentur ad imparia, & ut servetur inter eos æqualitas, *Gratian. & Adden. ad Buratt. ubi sup. num.* 13. *& seq. & num.* 19. respe- 24
ctive, & ne pensionem semel Antecessori anticipate solutam cogatur iterum solvere Successori.

Et ita utraque, &c.

PRÆTENSÆ CONTRAVENTIONIS
Veneris 8. Novembris
1647.

ARGUMENTUM.

Prohibita alienatione, locatione ad longum tempus, hypotheca, & divisione, an intelligatur prohibita commoditas percipiendi fructus.

SUMMARIA.

1 *Alienationis probibitione non includitur commoditatis perceptio. Ampliat. & limitat. ut num.* 2. *&* 23.

3 *Prohibitio provocandi ad divisionem non extenditur ad culturam, & fructuum perceptionem.*

4 *Commoditas ab usufructu distinguitur, & potest ea esse penes unum, & hic penes alium. & num.* 10. *&* 12.

5 *Alienare prohibitus, si alienet, intelligitur in dubio, quoad solam commoditatem percipiendi fructus.*

6 *Facultas percipiendi fructus non*

non dat jus in re, nec eam sequitur. & num. 11.

7 *Et durat, durante vita possessoris concedentis. & num.* 11.

8 *Ampliatur idem esse, si commoditas percipiatur ex confiscatione, vel alia causa.*

9 *Ampliatur, etiam si sit appositum verbum* Perpetuo *relatum ad favorem certæ personæ, seu personarum, cum non extendatur ad alias.*

12 *Commoditas percipiendi fructus, lato sumpto vocabulo, appellatur etiam ususfructus.*

13 *Protestatio in ipso actu removet ab illo consensum, & facit, ut nihil actum dicatur. Ampliat. ut num.* 14.

14 *Clausula* Non alias, aliter, nec alio modo *inducit conditionem, & formam, & consensum suspendit, & obligationem tollit, etiam si sit jurata, nisi concurrant, quæ illi sunt adiecta. & num.* 16. & 17.

15 *Obligatio non datur fine consensu.*

16 *Obligatio quando deficiat. & num.* 17.

18 *Alienationis probibitio comprehendit usumfructum, & locationem ad longum tempus. & num.* 19. & 29.

20 *Locatio ad longum tempus transfert dominium, & possessionem.*

21 *Dicitur ad longum tempus, quod est ad vitam locatoris.*

22 *Vivere quantum quis præsumatur.*

24 *Jus in re constitutum, venditum, seu cessum quando dicatur. & num.* 25.

25 *Ususfructus spectat ad illum, in quem transit fundi cultura, & cura.*

26 *Cessio pro evitanda caducitate intelligitur de fructuum commoditate. Declarat. ut n.* 27.

28 *Ususfructus est jus utendi, & fruendi.*

30 *Testatoris mens nec per indirectum eludi debet.*

31 *Interpretatio in dubio facienda est, per quam evitetur caducitas, & pœna. Declarat. ut num.* 32.

32 *Eligi debet in dubio via tutior.*

33 *Alienatio probibita tenet in personam vocati, cujus favore facta est probibitio. Declarat. ut num.* 34.

35 *Testator an possit prohibere gravato præmaturam restitutionem fideicommissi.*

36 *Gravatus potest juri suo renuntiare.*

37 *Testatoris memoria, & splendor familiæ per plures melius conservatur.*

38 *Alienationis probibitio quando videatur facta pro fideicommissi conservatione. & n.* 39.

40 *Dictio*, Inter, *quid operetur.*

41 *Probibitionis verbis contraveniri potest, dummodo non rationi, & causæ.*

42 *Verba mentem declarant.*

43 *Decretum in instrumento minoris interpositum sine causæ cognitione nullum est.*

44 *Causa alienationis expressa quando non dicatur finalis, sed impulsiva.*

45 *Causa alia, & efficacior alienationis extitisse non præsumitur, quam expressa. & n.*46.

47 *Decretum inconsideratum, & fundatum in causa incerta nullum*

nullum est.

48 *Renuntiationis effectus proportionari debet ad limites suæ causæ.*

49 *Personæ industria electa videtur in commissione culturæ, & administrationis bonorum.*

50 *Pupillus indiget alterius gubernio, & administratione.*

51 *Decreti in interpositione in alienatione minoris, quid sit attendendum.*

52 *Minoris contractus solemnitatem Statutariam, & utilitatem requirit.*

53 *Minoris contractus læsivus, & in quo decretum est interpositum ex falsa, & erronea causa nullum est.*

54 *Præsumitur pro decreto Judicis, nisi contrarium probetur.*

55 *Ususfructus finitur morte Ususfructuarii. & n. 59. Ampliat. ut n. 56. & 59.*

57 *Ususfructus in persona hæredis Usufructuarii dicitur novus.*

58 *Minoris cessio sine causa nulla est.*

59 *Ususfructus locatio extinguitur conductoris morte.*

60 *Alienans, vel servitutem imponens contra prohibitionem non potest revocare, nisi petat sequens Successor. Declarat. ut num. 61.*

62 *Protestatio consensum removet ab actu.*



DECISIO II.



OANNES senior de Bavoriis post institutos hæredes, & plures factas substitutiones, & addita ratione, quia volebat, ut bona conservarentur in familia, prohibuit omnibus ejus hæredibus institutis, & substitutis, & cuilibet eorum quamcumq; alienationem, atque etiam locationem ad longum tempus, hypothecam, & divisionem etiam inter ipsos, etiam de consensu omnium vocatorum sub pœna nullicatis, caducitatis, & devolutionis, & alias, ut in testamento.

Devenerunt tamen DD. Joannes junior, Virgilius Maria, & Joseph fratres de Bavoriis in dictis bonis Successores ad eorundem divisionem quoad usum tantum cum clausulis, *Quatenus impune*, & salvo Beneplacito Apostolico obtinendo, quatenus de jure requireretur, & non aliter potuerint, & possint, saltem quoad usum, gubernium, & administrationem inter ipsos fratres dividi, & assignari unicuique introitus, & redditus.

Atque deinde dictus Joannes Possessionem etiam Sancti Vitalis sibi in divisione obventam locavit Doctori Ruffeno ad decennium, & de decennio in decennium, ipsius Joannis vita durante; Et successivè Religionem ingressurus bona omnia renuntia-

tiavit dd. Virgilio, & Josepho fratribus, qui dictam locationem impugnantes super ea in Rota etiam Romana obtinuerunt, ut *in decis. 155. part. 7. recent.*

Postmodum dictus Virgilius Maria asserens non valere incumbere curæ, & administrationi bonorum sibi, ut supra obventorum in divisione, & maxime intentionem ejus fuisse, & esse, discedendi quanto citius à Civitate, & Territorio Bononiæ, & ad diversa loca se transferre, & sive recedat, sive non, nihilominus infrascripta voluit sortiri eorum effectum, & quod nullo modo dici possit hanc fuisse, vel esse causam finalem, vel impulsivam, ac si, & quatenus prædicta, & infrascripta fieri possint impune, & citra incursum alicujus caducitatis, seu privationis à commodo dicti testamenti, & non aliter, renuntiavit per se, suosque hæredes, & successores, jureque proprio, & in perpetuum ad favorem dicti Josephi sui fratris præsentis usufructui dd. ejus bonorum cum cessione jurium, ne dum super dictis ejus bonis, sed etiam super obventis dicto Joanni tunc professo in Religione pro habendis ex dictis bonis fructibus, & redditibus disponendis ad sui libitum, prout potest ipse Virgilius Maria; Et versa vice Joseph, quatenus ea, de quibus supra, & infra, fieri possint, & valeant citra incursum alicujus pœnæ, & caducitatis, cum nullo modo intendat velle contravenire testamento Joannis, & contentis in eo, prout sic expresse declaravit, & protestatus fuit dictus Virgilius Mariæ, & non aliter, per se, & ejus hæredes promisit dicto Virgilio Maria, ejus vita naturali durante, solvere lib. 226. quolibet mense in eventum, quod bona obventa Joanni libere pervenerint ad ipsum Joseph, & ut latius in Instrumento.

Defuncto dicto Josepho, superstite Angelo Maria filio, & hærede, dictus Virgilius Maria patruus, dando de nullitate dicti Instrumenti, judicium movit coram D. Auditore Generali contra Angelum Mariam, petendo, associari ad intrandam, seu verius continuandam possessionem dictorum bonorum communiter cum dicto Angelo Maria possessorum, & præcepta fieri inquilinis, seu conductoribus de illi respondendo de medietate fructuum, & de non turbando, sed, excipiente Angelo Maria causam esse compromittendam, & adito Eminentissimo Legato, idem mandavit acta exhiberi Excellentissimo D. Venturino Rotę Auditori, cui in terminis, in quibus erat, commisit causã cum clausula *quam*, & *quas*, & cum voto totius Rotæ in decidendo, ita ut omnes habeant votum, summarie, & sola facti veritate inspecta.

Aut quo causa proposita die Veneris 8. Novembris 1647. fuit resolutum pro nullitate contractus, & reintegratione: Et ego motus fui.

Quia, etsi in alienationis prohibitione non includatur commoditatis perceptio, ex quo non est species alienationis, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 19. num. 29. & 33. in fin.* 1

in fin. & cap. 20. num. 10. in fin. &
seq. Rot. post Merlin. de pignor. de-
cis. 57. num. 4. & decis. 84. num. 12.
2 Quinimmo non intelligatur pro-
hibita commoditas percipiendi
fructus, etiamsi prohibita sit usuf-
fructus perceptio, nisi & commo-
ditas expresse sit prohibita, *Mo-*
lin. ubi sup. d. num. 33. Prout, &
3 minor, qui non potest ad divi-
sionem provocare, possit provoca-
re, quoad culturam, & fructuum
perceptionem, *Fulgos. in l. Lu-*
4 *cius, num. 2. ff. famil. ercisc.* De-
turque commoditas usufructus,
Castill. de usufruct. cap. 63. sub
num. 27. Et posit quidem esse
penes unum usufructus, & pe-
nes alium fructus percipiendi
commoditas, *Molin. de primog. d.*
5 *lib. 1. cap. 20. n. 11.* Et deberet
etiam in dubio, stāte dicta prohi-
bitione, contractus intelligi de so-
la commoditate fructuum ad
actum restituendum, *Rot. recent.*
d. decis. 137. num. 8. part. 7. Mer-
lin. de pignor. lib. 2. quæst. 23. n. 10.
6 *& seq.* Cum ex fructuum perci-
piendorum facultate, seu com-
moditate nullum jus in re consti-
tuatur, *Molin. d. cap. 20. num. 11.*
7 Atque ideo utendi permissio, aut
personalis obligatio, quæ perso-
nam tantum astringit ad ipsius vi-
tam facta in bonis expresse alie-
nari prohibitis, durare debeat, du-
rante solummodo vita possesso-
ris, *Molin. d. cap. 20. num. 13.* Et
8 idem, si commoditas percipiatur
ex confiscatione, vel ex alia causa,
9 *Molin. ibid. num. 12.* Ita ut nec
verbum *Perpetuo* relatum ad fa-
vorem certæ personæ, seu perso-
narum extendatur ad alias, *Fu-*
sar. de substit. quæst. 321. num. 97.
& quæst. 351. num. 26. & capiatur 10
etiam, durante vita unius tantum
secundum subiectam materiam,
Fusar. d. tract. quæst. 679. num. 17.
& 18. Atque sit commoditas, 11
aut facultas percipiendi fructus
diversa ab usufructu formali, seu
formato, *Molin. d. cap. 20. num. 10.*
vers. sed quamvis, Castill. de usu-
fruct. cap. 63. num. 1. in fin. 7. 16.
& seq. & num. 25. Merlin. de pi-
gnor. lib. 2. quæst. 23. num. 7. & seq.
& diversa ab ipso jure servitutis,
nec ea ipsam rem, sed solam per-
sonam concedentis sequatur, *Mo-*
lin. ibid. num. 13. Sitque inter
usumfructum, vel jus usufru-
ctus, & commoditatem utendi,
& fruendi fructibus tantum, quæ 12
lato modo usufructus etiam ap-
pellari solet, maxima differentia,
Molin. de primog. lib. 1. cap. 19. n.
33. & cap. 20. num. 10. d. vers. sed
quamvis, Castill. de usufruct. cap. 3.
num. 39. & 40.

Censui tamen D. Virgilium
Mariam Bavosium non teneri
ad observantiam dictæ renuntia-
tionis, & cessionis per eum factæ
ad favorem dicti q. Josephi ejus
fratris, ex quo ea sit nulla, &
reintegrationi propterea locum
esse.

Et quidem primo, quia ipsum
noluisse aliquid renuntiare, seu
cedere demonstrare videtur de-
claratio, & protestatio ab eo emis-
sa in dicto Instrumento, ibi, *si, &*
quatenus ea, de quibus supra, &
infra, fieri possint, & valeant citra
incursum alicujus pœnæ, &c. ex
quibus sequi videtur, quod, si di-
ctæ renuntiationi, & cessioni re-
sultat dispositio Testamentaria
Joannis, attenta dicta declara-
tio-

tione, & proteſtatione, intelligatur remotus ab actu conſenſus, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 38. n. 8. & dec. 115. n. 20.* & nihil actum dicatur, *l. non omniſ. ff. ſi cert pet.*
14 *cap. cum expedit. de verb. ſignific.* accedente ſignanter clauſula *non aliter*, *nec alio modo*, quæ inducit conditionem, & formam præciſam, *Seraph. dec. 724. n. 2. & deciſ. 838. nu. 3.* Unde ſuſpendit
15 conſenſum, ſine quo nulla poteſt conſiſtere obligatio, *d. dec. 838.*
16 *nu. 4.* & facit illam deficere, niſi qualitates, & alia, quibus adiecta eſt, concurrant, aut alias verificentur, ita ut alias nihil videatur actum, *Cephal. conſ. 118. nu.*
17 *14. & conſ. 296. n. 11.* etiamſi intervenerit juramentum, *Surd. conſ. 484. n. 8.*

Reſiſtere autem videtur diſpoſitio Teſtamentaria Joannis, quia Virgilius Maria per ſe, ſuoſque hæredes jure proprio, & in perpetuum renuntiavit ad favorem Joſephi uſufructui, & gaudimento bonorum cum ceſsione jurium, & nedum ſuper illis, ſed & ſuper bonis, quæ obvenerunt R. D. Joanni Alphonſo modo, & for-
18 ma, ut in dicto Inſtrumento, & in prohibitione teſtamentaria Joannis de non alienando videtur includi tam hujuſmodi uſusfructus conceſsio, ut per *Bart. in l. penult. §. inſtituto, in prima quæſt. ff. de leg. 2. & Fuſar. de ſubſtit. q. 527. num. 3.* quam contractus locationis ad longum tempus ex-
19 preſsim prohibitus, & etiamſi non fuiſſet expreſsim prohibitus, adhuc contineretur ſub prohibitione generali de non alienando, *Pereg. de fideicom. art. 40. nu. 109.* *Rot. dec. 135. nu. 2. & 3. par. 7. recent.* nã per locationem ad longũ 20
tempus utile trãsfertur dominiũ, & univerſalis poſſeſſio, *Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 4. nu. 6.* Et dicitur 21
facta ad longum tempus, quando, eſt ad vitam locatoris, dicta *Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. cap. precarie. 12. quæſt. 2. Rot. dict. dec. 135. n. 2.* & multo magis, quia non ſolum fuit reſtricta ad vitam dict. Virgilii Mariæ minoris an- 22
nis 20. qui præſumitur vivere ad annos 60. *juxta l. hæreditatum, ff. ad l. falcid.* ſed per ſe, & ſuos hæredes facta ſit, quod videtur prohibitum in Teſtamento.

Et tunc ſolum videtur permiſ- 23
ſa venditio fructuum, vel eorum commoditas, non obſtante prohibitione alienationis, quando prohibitus vendit, vel concedit fructus, ſeu eorum commoditatem, obligando ſe actione perſonali ad dandos ipſos fructus, ſecus conſtituendo jus in re, ut jus uſusfructus prout declarat *Bart. in dicta l. pænult. §. inſtitut. n. 4. de leg. 2.*

Dicitur autem conſtitutum jus in re, & venditum, ac ceſ- 24
ſum, ne dum quando expreſſim eſt facta ceſſio, ut in præſenti caſu, ſed etiam quando, non facta mentione uſusfructus, venduntur, ſeu ceduntur fructus alicujus fundi per plures annos ſimpliciter, & non expreſſa eorum quantitate, qui fructus ſint percipiendi ab ipſo emptore, vel ceſſionario, quia tunc, cum ad 25
eum tranſeat etiam cultura, & cura fundi, intelligitur jus uſusfructus, *l. penult. ff. de uſufr. legat.*

l. si quis ita. cum gl. ff. de usufr. & de comuni *Paris. multos allegans, cons.* 55. & *seq. lib.* 3. *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 18. *n.* 19. & 20. Unde, si prædicta procedunt, habita tantum relatione ad corpus ipsorum fructuum, quoties id actum videri potest, ut fructus ab ipso cessionario sint percipiendi, multo magis id videtur dicendum in occurenti casu, ubi Virgilius Maria disertis verbis renuntiavit usufructui, & gaudimento cum amplissima jurium cessione, & in omnibus, & per omnia, prout poterat ipse Virgilius Maria ante præsens Instrumentum, & cum clausula Constituti, prout in simili clausula Constituti, & clausula, *ponens in locum suum* in individuo bonorum dicto fideicommisso, & prohibitioni prædictæ subiectorum ponderat *Rot. dec.* 135. *sub n.* 5. *par.* 7. *recent.* & in puncto prædictorum verborum, ***prout poterat dictus Virgilius***, *Barbos. in l. usufructu.* 58. *n.* 6. *ff. solut. matrim.*

Et præsertim respectu dimidiæ bonorum dicti fideicommissi obventorum dicto D. Alphonso, & devolutorum d. Virgilio, ut ex *d. dec.* 135. videtur Virgilius renuntiasse etiam proprietati, cum cesserit omnia jura sibi competentia quacumque ratione, vel causa.

Unde non videtur intrare,
26 quod ad evitandam caducitatem cessio prædicta intelligi debeat de commoditate fructuum, quia in terminis respondet *d. dec.* 135.
27 *n.* 9. illud procedere forsan in dubio, sed non in claris, ut in casu nostro.

Et quamvis forte dubitari posset, an d. cessio fuerit venditio usufructus, vel locatio pro *lib.* 226. quolibet mense, Attamen videtur potius venditio usufructus, cum in cessione prædicta veniat principaliter datio, & concessio dominii fructuum, & juris illorum percipiendorum, & patientia Virgilii, qui patiebatur Joseph uti, & frui, prout est 28
de natura usufructus *l.* 3. *§. dare ff. de usufructu Mantic. d. tit.* 2. *nu.* 39. *vers. quintus est casus.*

Sed esto, quod cessio prædicta esset contractus locationis, certum esse videtur, quod, 29
cum sit ad longum tempus, illa fieri potuisse non videtur, stante dicta alienationis prohibitione ad longum tempus ex alias dictis.

Et si sub titulo commoditatis percipiendi fructus dictã cessionem sustinere vellemus, videretur per indirectum fieri contra prohibitionem, & eludi mentem Testatoris contra regulam *l. cum* 30
quod, ff. de reg. Jur. & *l. non dubium ff. de legib. cum aliis vulg.*

Et quatenus res dubia dici posset, non intrat, quod dicitur, 31
in dubio faciendam esse interpretationem, per quam evitetur caducitas, & pæna, quia id procedit, ubi aliter interpretando pena incurritur, quod esset in casu nostro, si in contractu non fuisset apposita declaratio, & protestatio, quod cessio non intelligatur facta, quatenus illi resistat dispositio Testatoris, nam, stante dicta clausula, subintrat con-

contraria Juris conclusio, qua
32 dicimus, in dubio tutiorem viam eligendam, *cap. Juvenis, extra de Sponsal.* Prout tutius est interpretari, ut cessio prædicta sit contra prohibitionem, cum sic evitetur caducitatis pęna, & ad hunc effectum apposita fuerit clausula prædicta.

33 Nec videtur sustineri, quod cessio prædicta, etiamsi esset alienatio, teneat uti facta favore vocati ad dicta bona post Virgi-
34 lium Mariam, quia forsan hoc procederet in casu, ubi non esset prohibita expresse alienatio etiam inter ipsos coniunctos in legato, vel fideicomisso *l. pater filium §. quindecim ubi Bart. in princ. de leg. 3. ubi glos.* secus ubi extat expressa prohibitio etiam inter ipsos coniunctos facta, à Testatore ex potestate illi tradita *ab Imperatore in §. disponat. Auth. de nupt.*

35 Et sic non videtur intrare, quod subiungebatur, Testatorem non posse impedire præmaturam restitutionem, quam fecit Virgilius, quia hoc assumptum potest negari ex mox supradictis, sed additur, quod Virgilius tantùm abest, ut volverit restituere, ut potius, ne illa contingere haberet ex capite contraventionis prohibitionis predictę, apposverit dictam declarationem, & protestationem

36 Et quod subiungitur, gravatum posse Juri suo renunciare, ultra quod videtur tolli ex proxime dictis, est pro responsione considerandum Testatorem non fecisse prohibitionem mere favore prohibiti, sed favore sui ipsius, & totius familiæ suæ, ut bona in quolibet ex vocatis conserventur pro uniuscujusque portione, ut ità per plures juxta or- 37
dinem eorum vocationis memoria ipsius Testatoris, & splendor familię suę conservetur, quod nō contingeret, si unus portionem suam alteri venderet, qua ratione prohibvit divisionem, & fortius locationem ad longum tempus.

Item cum præcedat fideicōis- sum factum in casu mortis, per quod unusquisq; est gravatus erga proprios filios, & descendentes, & quilibet erga proximio- 38
rem, prohibitio hujusmodi videtur facta pro conservatione ipsius fideicomissi facti in casum mortis, *Dec. in suo celebri fideicomisso cons. 635.* & sic ut facilius transeat ad filios, & descendentes, & proximiores uniuscuisq; ut clare 39
videntur indicare verba Testamenti, ibi: *In oltre il sudetto Testatore, perche vuole, & intende, &c.* junctis verbis, *nell'ordine, modo, e forma detto di sopra.* Qui modus, & forma non servarentur, sed perverterentur, si unus ex vocatis sua portione se spoliaret, & successor illius ab alio remotiore, in quem facta esset alienatio, avocare, & litibus, & dispendiis se involvere haberet contra propensam voluntatem Testatoris, repetitam iterum, ibi, *Si debbono conservare trà loro nel modo, ordine, e forma detto di sopra*, & ibi, inter dictos institutos, & substitutos; Quæ dictio, *inter*, operatur, 40
ut omnes, quos respicit, in dispositione considerati censeantur, *Menoch. cons. 200. nu. 78. Seraph.*

raph. decis. 874. *num.* 4. cum aliis per *Barbos. dict.* 170.

41 Et sic non videtur intrare, quod subjungebatur, scilicet prohibitionis verbis contraveniri posse, dummodo non rationi, & causæ, quia cessio videtur contra verba, & claram, ac apertam
42 mentem Testatoris, cujus nullum majus videtur Testimonium, quam qualitas inspecta verborum.

43 Secundo, quia videtur decretum interpositum in instrumento renuntiæ nullum, & invalidum tamquam interpositum sine causæ cognitione, *l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eor.* Causa enim in Instrumento fuit deducta in duobus. Primo ex eo, quod Virgilius Maria non valebat incumbere administrationi ejus bonorum: Secundo, quod recessurus erat à Civitate, & Territorio, sed
44 cum additum fuerit, quod, sivè recedat, sivè nõ, nihilominus vult contractum suum sortiri effectũ, nullo modo dici potest, hanc fuisse, vel esse causam finalem, vel impulsivam. Unde nulla alia causa expressa remansit præter eam, quod ipse Virgilius non valeret incumbere curæ, & administrationi bonorum, & causa hujus causæ potissime fundatur in dicta futura absentia, & subiicitur, quod non vult hanc causam haberi pro causa finali, vel impulsiva, sed sivè recedat, sivè non, vult contractum sortiri ejus effe-
45 ctum, & cum nulla alia causa fuerit expressa, præsumi videtur nullam aliam extitisse, propter quam dictum decretum justifica-
46 ri posset, nam, si melior causa adfuisset, utique illam expressisset, prout minus efficacem expressit, *Rot. decis.* 731. *n.* 18. *part.* 1. *divers. & in terminis decis.* 32. *n.* 4. *& decis.* 33. *num.* 4. *&* 6. *post Pic. ad Stat. Urb.*

Unde, etiamsi causa illa pro justificatione decreti sufficiens judicari posset, atque eam verisimiliter sequutum fuisset, attamen, cum Virgilius declaraverit velle contractum sortiri effectum, etiamsi illa non verificetur, de- 47
cretum diceretur inconsiderate interpositum, & consequenter nullum uti fundatum in causa incerta, *Rot. decis.* 47. *num.* 9. *cum seq. post Pichum.*

Ex falsa autem, seu erronea causa fuisse interpositum decrerum patere videtur, quia absentia Virgilii verisimiliter erat temporalis, ipse autem fecit perpetuam cessionem, effectus autem d. re- 48
nuntiationis debuisset proportionari ad limites suæ causæ, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. l. cancellaverat, ff. de iis, qui in testament. debent.*

Et esto, quod Virgilius propter fiduciam, quam habebat de prudentia, & solicitudine Joseph ejus fratris, voluerit ille committere culturam, & administrationem bonorum, quo casu videre- 49
tur electa industria personæ, ut ex deductis in allegationibus datis pro parte dicti Virgilii. Si velimus extendere contractum etiam ad hæredes Joseph, decretũ inconsideratè apparere videtur interpositum, cum incertum esset, quinam futuri essent ejus hæredes, & cujus qualitatis, prout eventus docuit fuisse pupillum,

qui

50 qui alterius indiget gubernio, &
administratione.

Sed esto, quod Virgilius inhabilis judicari potuisset, non so-
51 lum in interpositione decreti, id
videbatur attendendum, sed præcipuè ad ęqualitatem contractus,
quem facere deberet ob causam
sui impedimenti, unde, cum tunc
bona essent locata longè majori
pensione illa, quam Joseph convenit, & abindè citra fuerint majori pretio locata, ut in statu concordato de his omnibus habenda
erat in decreto cognitio causę, ut
disponitur in *Stat. Bonon. de Contractib. minor. & in l. magis puto,
§. passim, ff. de reb. ear.* & sic fieri
debebat contractus utilis minori,
52 & non præjudicialis, non enim
sufficit solemnitas Statuti, nisi &
concurrat utilitas minoris, *Rot.
decis.* 177. *n.* 1. *&* 6. *& decis.* 193.
53 *num.* 11. *part.* 1. *recent.* Unde, cum
contractus ex prædictis reddatur
læsivus, & consequenter decretum interpositum ex falsa, & erronea causa, contractus etiam
redditur nullus, *Rot. decis.* 458.
num. 2. *& seq. decis.* 129. *num.* 1.
& decis. 624. *num.* 4. *part.* 1. *diversi.
cum aliis.*

Ideo cessare videtur, quod dicebatur exadverso de præsum-
54 ptione, quam pro se habet Judicis decretum, cum hujusmodi
præsumptio, quam pro se habet
decretum, admittat probationem
in contrarium.

Tertio videtur dubitari posse,
quod, cum ex deductis in primo
capite dicta renuntiatio videatur
importare constitutionem, &
55 venditionem ususfructus, obligatio Virgilii Mariæ, & effectus
dicti contractus expiraverit per
mortem Joseph, *§. finitur, Inst.
de usufruct.* præsertim, cum Joseph 56
non stipulatus fuerit pro suis hæredibus; & in omnem eventum,
quia in persona hæredis esset 57
novus ususfructus, & ipsius ususfructus constitutio, *l. stipulatio
ista, §. sed si quis, ff. de verb. oblig.*
hæc nova ususfructus cessio in
persona hæredis videretur penitus destituta fulcimento causæ
in dicto Instrumento expressæ,
quod non valeat Virgilius incumbere curæ ejus bonorum,
& consequenter nulla saltem res- 58
pectu hæredum dicti Joseph.

Et si acciperetur adhuc contractus dictæ renuntiæ pro locatione, si locatus fuisset ususfructus, locatio morte conducto- 59
ris, sicut morte fructuarii extinguitur, *l. si domina, C. de usufruct.
ubi glos. Bart. Bald. Salicet. & alii.*
Si autem locata diceretur proprietas, videtur contrarium
fuisse de partium intentione tum
ex causa expressa in ipso contractu, tum ex pactis in illo appositis respicientibus personam Joseph, & in cujus hæredibus verificari nequeant;

Neque obstat, quod alienans 60
bona prohibita alienari, seu constituens desuper servitutem non
potest alienationem, seu constitutionem revocare, sed alienatio, & constitutio in ejus vita
toleratur, sequenti, seu ulteriori successore revocationem non
petente, *Molin. de primog. lib.* 1.
cap. 20. *in fin. Petr. à Petr. de fideicom. q.* 14. *n.* 322. *Fusar. de substit.
q.* 555. *n.* 15. *& quæst.* 717. *n.* 5. *&*
6. *ubi de communi.*

Re-

Respondetur enim, obiectum potuisse locum habere, nisi Virgilius Maria, qui alienavit, & alienationem modo revocat in ipso actu alienationis protestatus fuisset ut supra, sed stante protestatione non potest actus sibi præjudicare, à quo consensum per protestationem removit, *Put. dec.* 32. *n.* 3. *lib.* 1. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 28. *n.* 6. *dec.* 400. *n.* 26. & *par.* 7. *dec.* 287. *n.* 3. Et ita resolutum, &c.

Interusuriorum
Martis 12. Novembris
1647.

ARGUMENTUM.

Pensio semel diminuta an in futurum debeatur ad rationem diminutam. Ex destinatis pro apparatibus an debeantur interusuria. Fructus rei a debitore non traditæ, sed tantummodo illi vinculatæ, ad quem spectent. Provisio hominis facit cessare provisionem legis.

SUMMARIA.

1 *Facta non præsumuntur.*
2 *Pensio, vel affictus continuatus in dubio præsumitur ad rationem ab initio conventam.*
3 *Interusuria debentur ex dote non soluta,*
4 *Lim. secus pro rata bonorum datorum in solutum, vel in pignus.*
5 *Fructus rei in solutum, vel in pignus datæ merito pro dote spectant ad ipsum maritum.*
6 *Fructus rei hypothecatæ debentur hypothecanti, non hypothecatario.*
7 *Interusuria taxata pro certo tempore videntur ad eamdem rationem deberi etiam dicto tempore transacto Ampl. ut num.* 13.
8 *Mutatio voluntatis non præsumitur, nec ostenditur nisi per interpellationem, & n.* 9.
10 *Mora remissa censetur ex acquiescentia.*
11 *Calculus abet vim confessionis.*
12 *Confessio parte etiam absente facta plene probat, & præjudicat de jure canonico, & oritur ex ea obligatio.*
14 *Liber privatus probat contra scribentem, non autem pro scribente, & n.* 15.
16 *Mora contrahitur per interpellationem, protestationem, & petitionem.*

DECISIO III.



Ub die 7. Febr. 1610. D. Petrus Frãciscus Baldinus nuptui tradidit D. Elenam sororem D. Sebastiano Regulo cum promissione dotis libr. 3166. ad cujus computum assignavit illi legatum paternum libr. 1000. eidem Elenę in summa lib. 800. relictum sub nomine dotis, & in alia summa libr. 200. pro apparatibus, consequendum super domo hæreditaria in via Angelorum, nec non pro aliis libr. 400. cessit,

cessit, & assignavit alterius domus appartamentnm in loco Cartulariæ veteris, quod retinebat cum pacto fruendi, cum fructibus ad rationem sex pro centenario, & anno, & residuum, quod erat libr. 1100. usque ad summam libr. 300. promisit solvere in tot jocalibus, & auro, & libr. 800. intra quatuor annos, biennio quolibet ratam, & interim fructus dotales solvere ad rationem trium pro centenario, & anno, ut in apoca desuper confecta.

Agebat modo Regulus contra Baldinum: Primo pro pensionibus domus appartamenti in via Cartulariæ veteris, quod Baldinus ab eodem Regulo conduxerat à die 8. Maii 1627. usque ad annum 1645. in quo non controvertebatur conductio, sed pensionis quantitas; conveniebant enim partes, quod pro tribus primis annis pensio esset librar. 90. quolibet anno, & quod ea deinde fuisset diminuta, sed Regulus prætendebat eam reductam fuisse ad libras 75. usque ad annum 1641. & exinde fuisse conventum de annuis libr. 90. & sic perseveratum fuisse usq; ad annum 1645. quo Baldinus domum tenuit, Baldinus autem asserebat, pensionem fuisse redactam ad annuas libr. 60. & cum hujusmodi reductione, & diminutione fuisse usque ad ultimum perseveratum.

Agebat secundo Regulus pro effectuali solutione dd. libr. 1000. sibi ex legato paterno assignatarum ad computum dotis, ut supra, & proportionabilibus interusuriis ad rationem sex pro centenario, in quo Baldinus controvertebat interusuria respectu librar. 200. à Testatore destinatarum pro apparatibus, ex quo ex illis interusuria deberi non possent.

Agebat tertio Regulus pro reliquis libris 800. & earum interusuriis, respectu scilicet primorum quatuor annorum ad conventam rationem trium pro centenario, & anno, respectu vero posteriorum annorum ad rationem taxæ Statutariæ.

Præfatisque Reguli prætensionibus hodie in Rota relatis; resolutum fuit quoad primam, Baldinum teneri post primo tres annos pensionem solvere ad rationem lib. 75. quolibet anno, cum inter partes sit in confesso ad hanc summam fuisse semel d. pensionem redactam, unde, cum non fuerit doctum de alia subsecuta alteratione, quæ est quid facti, quod non præsumitur, *l.* 1
1. *C. de probat. l. adseveratio. C. de non numer. pecun. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 406. *n.* 15. *& par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 103. *n.* 24. *dec.* 274. *n.* 11. *&*
part. 6. *decis.* 284. *num.* 38. continuatum intelligitur ad eandem 2
rationem, non autem facta mutatio, *Rot. recent. part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 50. *num.* 28. & in propriis terminis est *text. in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat.*

Quo autem ad secundam prætensionem interusuriorum, scilicet respectu libr. 200. pro apparatibus in legato destinatarum, tentum fuit illa deberi, ex quo de apparatibus fuit mulieri aliter in matrimonialibus pactis provisum, & dicta summa conversa fuit

fuit in merum debitum pecunia-
3 rium, & dotale, in quo propterea intrant interusuria, ad *Buratt. decis.* 287. *num.* 1. *&* 2.

Neq; obstare visum fuit, quod pro dictis libr. 1000. videretur in solutum, vel in pignus data domus hæreditaria in via Angelo-
4 rum, & in consequens non esset locus solutioni interusuriorum,
5 sed ad Regulum spectarent fructus ipsius domus, etiamsi esset ei tantum in pignus tradita, *Gratian. discept.* 230. *num.* 13. *& seq. discept.* 240. *num.* 24. *discept.* 848. *num.* 21. *& discept.* 920. *num.* 5.

Quoniam responsum fuit domum non apparere traditam, sed solummodo hypothecatam, & vinculatam, ac obnoxiam effectam pro observatione promis-
6 sionis, quo casu illius fructus non possunt ad Regulum pertinere, *Gratian. d. discept.* 848. *num.* 18. *&* 19.

Quo demum ad ultimam prætensionem interusuriorum ad taxam Statuti, & sic ad rationem septem pro centenario respectu residui dotis libr. 800. à die moræ, Rota pro majori parte Dominorum dixit interusuria solvenda esse à Baldino ad rationem trium pro centenario juxta formam
7 conventionis, quæ videtur attendenda etiam post elapsam dilationem, *Rot. post Gilian. ad Statut. Perusin. dec.* 73. *n.* 6. Tum quia
8 mutatio voluntatis non præsumitur, *l. cum tacitum, ff. de probat.*
9 *Paris. cons.* 172. *n.* 6. *lib.* 4. nec de ea doceri posse videtur, nisi per interpellationem, *Rot. recent. par.*
10 5. *tom.* 1. *dec.* 192. *n.* 21. cum alias ex acquiescentia mora etiam remissa censeatur, *Greg. decis.* 148. *n.* 1. *ubi Beltram. num.* 3. Tum quia hanc taxam post expiratam dilationem agnovit etiam ipse Regulus in calculo ejus propria manu scripto, & Baldino dato, quod habet vim confessionis in- 11
ter partes emissæ, *Gratian. discept.* 282. *n.* 2. quæ facta, etiam par- 12
te absente, plene probat, & præjudicat de jure canonico, *Gratian. discept.* 144. *n.* 60. & oritur ex ea obligatio, *Vincent. Grilenzon. cons.* 52. *n.* 23. *&* 24. &, quod plus est, ad antiquam tantum rationem videtur facta in actis petitio, per quam, si quæ esset 13
mora, ea intelligeretur remissa, *Gratian. discept.* 301. *n.* 45. *Beltram. ad Gregor. dec.* 198. *n.* 3.

Nec Regulo suffragari posse partitas ejus libri privati credidimus. Quia liber privatus, & 14
familiaris probat quidem contra scribentem, *Add. ad Buratt. dec.* 592. *n.* 4. sed non pro scribente, 15
Buratt. dec. 174. *n.* 3. Cæterum respectu interusuriorum decursorum à die motæ litis, super quibus D. Ponens resolutionem habere non curavit, ego sentiebam, prout motivando etiam, dum causa proponebatur, annueram, illa taxanda esse ad rationem septem, stante ejusdem Reguli interpellatione, protestatione; & petitione, per quam con- 16
trahitur mora, *Gregor. dec.* 5. *n.* 7.

Et ita utraque &c.



Rur-

Regressus Decembris 1647.

ARGUMENTUM.

Pater an possit agere, & hæreditatem adire pro filio extra infantiam constituto absque ejus interventu, vel consensu. Mulier an, & quando possit redire ad bona renuntiata.

SUMMARIA.

1 *Pater pro filio extra infantiam absque ejus interventu, vel consensu agere non potest, & num. 2.*

2 *Pater dicitur adire hæreditatem Matris pro filio infante, dum illam retinet.*

3 *Hæreditatem ad acquirendam opus est animi declaratione.*

4 *Hæreditatis aditio pro filio extra infantiam non inducitur ex pactis gestis, nec ex verbis enunciativis tertii, etiam legitimi administratoris, seu generalis procuratoris, & n. 5*

6 *Limitatur secus pro filio infante.*

7 *Hæres ad effectum exigendi creditum defuncti docere debet de hæreditatis aditione.*

8 *Mulier hypothecæ renunciare potest. Declarat. ut n. 10.*

9 *Mulier hypothecam remittens non dicitur nec donare, nec intercedere.*

11 *Præsumendum est pro actus validitate.*

12 *Mulier si in hypothecæ renuntiatione jurata asseruerit se esse cautam in aliis bonis, non potest deinde dari de eorum non existentia, vel non sufficientia, nisi id etiam probetur, & num. 13.*

14 *Mulier, & ejus hæres quando possint redire ad bona renuntiata.*

DECISIO IV.



Sententiam in Salviano D. Judicis à quo ad favorem D. Joannis Caroli Lantii asserti hæredis testamentarii quondam Camillę Musettæ de Paltronis Aviæ maternæ contra bona Samodiæ, & D. Olimpiam Fusariam de Ferrariis illorum posseditricem pro consequendo credito dotali ipsius Camillæ, uti super bonis, quæ post obligationem, & constitutam ad sui favorem pro restitutione hypothecam à Viro obligato possessa fuerunt; infirmandam esse diximus, & infirmavimus, tum ex capite nullitatis, tum ex capite iniustitiæ.

Nullitatis vitio subiacere sententia, & judicium visum fuit, quia actum fuit à D. Antonio Maria Lantio patre nomine filii præsentis, & majoris septennio absque ejus interventu, seu consensu, quod est de jure prohibitum, *l. fin. §. ubi autem in unum, C. de bon. quæ liber. Innoc. in c. accedens, num. 1. de Procurat. Pinell. in l. 1. part. 2. sub num. 66. C. de bon. matern.* ubi de recentiori Canonistarum, & Legistarum sententia in adventitiis, *Barbos. in l. 2. §. fin. num. 40. & 41. ff. sol. matrim. Roman.*

man. conſ. 241. *num.* 10. *Burſatt. conſ.* 357. *n.* 18. *Menocb. conſ.* 279. *num.* 37. *Clement. de patr. poteſt. part* 6. *effect.* 12. *num.* 12. *Paſcal. eodem tract. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 29. qui de magis communi, *Caſtill. de uſufruct. cap.* 3. *num.* 19. *Gratian. diſcept.* 365. *num.* 52. *&* 53.

2 Immo nec, ex quo pater dicitur adire nomine filii infantis hæreditatem matris, illam retinendo ſequitur, ut poſſit agere ejuſdem nomine, *Gratian. diſcept.* 627. *ſub num.* 26.

3 Ex quo etiam reſultat, ut, cum ad acquirendam hæreditatem requiratur animi declaratio, *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 537. *n.* 4. & non aliter conſtet de declaratione, ſeu aditione hæreditatis
4 facta per ipſummet filium, non potuerint declarationem, vel aditionem inducere pro filio extra infantiam à patre geſta, *Rot. in Peruſina Succeſſion. de Alfanis prima Februarii* 1634. *coram bo. me. Dunozett. penes Gilian. ad Statut. Peruſin. in verb. Succeſſio, fol.* 256.
5 *num.* 12. nec verba enunciativa tertii, etiam legitimi adminiſtratoris generalis, ſeu procuratoris, *Gregor. deciſ.* 462. *num.* 2. *&* 3.
6 quidquid aliud ſit reſpectu filii infantis, *Rot. recent. part.* 6. *deciſ.* 144. *num.* 5. Et ad effectum, ut hæres poſſit exigere creditum de-
7 functi, juſtificari debet, quod ille illius adiverit hæreditatem, *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 29. *n.* 6. *& part.* 3. *deciſ.* 525. *ſub num.* 2. *deciſ.* 585. *num.* 1. *& part.* 6. *deciſ.* 96. *num.* 4.

8 Injuſtitia quoque viſa fuit evidens, quia fuit conceſſa immiſſio ex Salviano ad bona, quorum alienationi dicta D. Camilla jam conſenſerat ipſius hypothecæ renunciando, quod ei permiſſum 8
fuit, *l. jubemus*, *& l. etiam*, *ubi Bart. Caſtr. Salycet. & alii*, *C. ad Vellejan.* cum ex remiſſione 9
tantum hypothecæ non dicatur nec donaſſe, nec interceſſiſſe, *Gallerat. de renunciat. tom.* 2. *cent.* 1. *renunciat.* 66. *num.* 1. *& ſeq. Barboſ. in l.* 1. *part.* 5. *num.* 60. *ff. ſol. matrim.*

Et, quamvis hoc locum habeat, dummodo Maritus habeat 10
alia bona, ſuper quibus Mulieri cautum ſit pro dotis reſtitutione, *d. l. jubemus*, *C. ad Vellejan. Ruyn. conſ.* 41. *in fin. lib.* 5. *Neguſ. ant. de pignor.* 3. *membr.* 6. *par. princ. n.* 14. *Gallerat. d. renunc.* 66. *num.* 5. *& lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 10. *Barboſ. dict. part.* 5. *num.* 67. *Affl. deciſ.* 311. *num.* 2. *Franc. deciſ.* 477. *num.* 1. *Ant. Fab. de error. pragmatic. tom.* 1. *decad.* 6. *error.* 2. *in fin.*

Attamen cum ſit præſumen- 11
dum pro actus validitate, *l. quoties*, *ff. de reb. dub. Burat. dec.* 316. *num.* 6. *&* 10. *& deciſ.* 794. *num.* 5. *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 265. *num.* 7. & ipſa Camilla aſſeruerit in ipſa renunciatione jurata ſe eſſe cautam in aliis Viri bonis, vel non poteſt dari hodie de eo- 12
rum non exiſtentia, ſeu non ſufficientia, *Bald. in l. fin. num.* 5. *C. de non numer. pecun. Surd. conſ.* 360. *num.* 16. vel bona non extare, 13
ſeu non eſſe ſufficientia probandum fuiſſet ab Actore, qui in hujuſmodi negativa ſe fundat, *Gabr. de probat. concl.* 6. *num.* 1. & in propriis terminis, *Caſtr. conſ.* 71. *num.* 1. 2. *&* 3. *lib.* 1. *Gallerat. d. renunc.* 66. *num.* 6. quo probato po- 14

tuisset Mulier, seu ejus hæres redire ab bona renuntiata, *Parif. conf.* 75. *num.* 17. 21. *&* 22. *lib.* 3. sed hoc hic probatum non fuit, saltem concludenter, ergo, &c.

Et ita, utraque, &c.

Bonorum Mercurii 8. Januarii 1648.

ARGUMENTUM.

Appellatione filiorum legitimorum, & naturalium an possit venire Monasterium: Et an testator valeat, & censeatur Monasterium excludere. An, & quomodo ad bona renuntiata detur regressus. Ecclesia, vel Monasterium non venit appellatione genitorum ex propriis lumbis. Fideicommissum in casu obitus sine filiis expirat in casu obitus cum filiis.

SUMMARIA.

1 *Monasterium non venit appellatione filiorum legitimorum, & naturalium, sed juris tantum fictione succedit loco filii, & num.* 2. *Ampliat. ut num.* 3. 4. *&* 5.

3 *Ratio conservandi bona in agnatione non convenit professo in Religione, & Monasterio.*

6 *Monasterium excludere testatori permittitur, & in casu obitus gravati sine liberis alium vocare. Declarat. & Ampl. ut num.* 7.

8 *Testator potest, quanvelit, legem rebus suis imponere.*

9 *Monasterio bona non applicantur contra testatoris voluntatem, & num.* 10.

10 *Testatoris voluntas omnino servanda est, non obstante Religionis favore.*

11 *Testator non præsumitur eamdem pietatem erga Monasterium habere, quam erga descendentes.*

12 *A filio ad Monasterium regulariter non infertur.*

13 *Monasterium in fideicommisso succedere non debet contra testatoris voluntatem.*

14 *Monasterium quando in fideicommisso non censeatur exclusum, & n.* 15. *&* 17. *& quando exclusum, num.* 16.

18 *Monachus per ingressum Religionis non amittit jura sanguinis.*

19 *Renuntiatio Monaci quando obstet Monasterio.*

20 *Quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio.*

21 *Regressus non datur ad jura cessa.*

22 *Repetitio datorum ex causa transactionis non competit, nisi prius restitutis receptis.*

23 *Jura cessa pro se, & descendentibus transeunt ad quoscumque ejus etiam hæredes.*

24 *Exceptio incapacitatis hæredis extranei in Emphyteusi Ecclesiastica ad quem spectet.*

25 *Filius natus ex propriis lumbis non potest dici Ecclesia, vel Monasterium.*

26 *Fideicommissum sub conditione obitus sine filiis expirat in casu contrario.*

DECISIO V.



SENTENTIAS latas per D. Judicem, à quo ad favorem Venerabilis Monasterii Sancti Michaelis in Busco ex persona R. D. Lucæ Romantii professi contra Reverendissimum Capitulum Sancti Petri super relaxatione bonorum subiectorum fideicommisso Aloysii Romantii senioris, nec non super dimissione bonorum emphyteuticorum, de quibus agitur Rota censuit, esse revocandas tamquam iniustas, & Capitulum absolvendum.

Quo enim ad fideicommissum, Aloysius testator instituit, & substituit ipsius filios, & ordine successivo illorum liberos, & descendentes masculos, & per masculum legitimos, & naturales in in-
1 finitum, quorum appellatione non potest venire Monasterium,
2 quod solummodo per juris fictionem succedit loco filii, *Menocb. præsump.* 83. *num.* 27. *&* 35. *lib.* 4. *Ceval. insp. comm. opin. quæst.* 193. *num.* 2. *Peregr. de fideicomm. art.* 28. *num.* 78. *&* 79. ubi, quod hæc opinio est magis consentanea testatorum voluntati, & ex frequenti judiciorum usu recepta, *Fusar. eod. tract. quæst.* 429. *num.* 35. *&* 38. *Rot. recent. part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 306. *num.* 11. *& seq.*

Quod eo magis dicendum est ob adiectam rationem perpetuæ conservationis bonorum in agna-
3 tione, quæ non convenit in Religione professo, & Monasterio, *Parif. conf.* 22. *num.* 9. *& seq. lib.* 3. *Menocb. præsumpt.* 88. *num.* 5. *lib.* 5. *Rip. in l. ex facto*, *§. ita rogatus*, *num.* 40. *ff. ad trebell. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 9. *& seq. Gutier. canonic. quæst. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 29. *Fusar. quæst.* 313. *num.* 3. *quæst.* 355. *num.* 2. *&* 3. *& quæst.* 429. *num.* 54. & quidem nec 4
in vita ipsius Monaci, *Altog. conf.* 96. *num.* 32. *&* 38.

Et cum minori difficultate, 5
stante expressa dicti testatoris declaratione, quod ejus bona nec ratione proprietatis, nec ratione fructuum transire debeant ad Religionem, nec per momentum, cum permissum sit testatori, Mo- 6
nasterium excludere, & substitutum vocare in casu, quo hæres gravatus sine liberis decedat, *Menocb. d. præsumpt.* 83. *num.* 3. *Peregr. d. art.* 28. *num.* 70. *& seq. Rustic. in l. cum avus, lib.* 5. *cap.* 2. *ff. de condit. & demonstr. Fusar. d. quæst.* 429. *num.* 18. *& seq.* ubi respondet contrariis, *Altograd. d. conf.* 96. *num.* 35. *&* 42. quia, cum testator ex- 7
cluserit Monasterium, non in illius odium, sed, ut bona sua conserventur in familia, & agnatione, non potest Monasterium, etiam bonorum capax, prætendere ad se spectare bona fideicommissaria, durante vita Monaci, *Rot. recent. part.* 7. *decis.* 135. *num.* 15. *& seq.* ac possit testator, quam legem velit suis rebus imponere, *Rot. recent. d. part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 306. *num.* 14. 8
nec contra ejus voluntatem Mo- 9
nasterio bona applicari debeant, *d. decis.* 306. *num.* 15. neque valeat 10
Religionis favor impedire manifestam testatoris voluntatem, sed

ea debeat omnibus modis servari,
11 *d. decis.* 306. *num.* 16. nec præsu-
matur testator habere eam pieta-
tem erga Monasterium, quam
habet erga descendentes, *Rot. in
Narnien. fideicomm. 6. Junii* 1611.
coram Card. Sacrato, penes *Gra-*
12 *tian. discept.* 306. *num.* 25. nec re-
gulariter inferatur à filio ad Mo-
13 nasterium, *ut ibidem num.* 24. nec
Monasterium in fideicommisso
succedat, quando apparet, quod
mens, & voluntas testatoris fuit,
Monasterium excludere, *Gra-
tian. discept.* 815. *sub n.* 12. quam-
14 vis in casu dubio interpretatio fa-
cienda sit Religionis favore, quod
non fuerit à testatore de Mona-
sterio capaci cogitatum, & quod
si cogitasset, idem disposuisset,
quod de liberis, *Gratian. d. discept.*
15 815. *sub num.* 12. & quod nec ex
coniecturis, nec ex qualitate bo-
norum excludatut Monasterium
ad vitam Monaci, *Fusar. quæst.*
313. num. 4. *Buratt. decis.* 639. *n.* 9.
& Rot. recent. d. part. 7. *decis.* 135.
16 *num.* 16. *&* 19. quod tamen de-
clarat *Altograd. d. cons.* 96. *num.* 44.
& quando sumus in fideicommis-
so successivo, *Fusar. quæst.* 428.
18 *num.* 64. cum Monachus per in-
gressum Religionis, & professio-
nem non amittat jura sanguinis,
Rot. recent. part. 5. *tom.* 1. *decis.* 336.
num. 9.

Quo vero ad bona emphyteuti-
ca tenta, & conducta per D. Equi-
tem Aloysium auctorem dicti
Capituli Sancti Petri ab Abbati-
bus Nonantulæ Sancti Stephani,
& Sanctæ Mariæ in Strata, nec
possunt à Monasterio jure præ-
tendi sub prætextu, quod D. Lu-
ca sit de comprehensis in investi-
turis, quia, cum ipse in transa- 19
ctione solemniter inita cum dicto
D. Equite mediante speciali man-
dato Monasterii, sciendo investi-
turarum tenores amplissimam fe-
cerit renunciationem ipsi Equiti
ejusque hæredibus cum clausula,
Ad habendum, & facultate ad libi-
tum disponendi, & promissione
de non inferendis molestiis, & de
evictione in forma, obstat ei regu-
la, quam de evictione tenet actio, 20
eundem agentem repellit exce-
ptio, *l. vindicantem, ff. de exception.*
*l. sive possessio, & ibi glos. C. de evi-
ction.* & quod ad jura cessa non da- 12
tur regressus, *Surd. decis.* 51. *n.* 11.
Bard. decis. 58. *num.* 10. *& decis.*
103. *num.* 13. *Rot. Bonon. decis.* 129.
num. 54. & quod nec competit au- 22
dientia super repetitione daro-
rum ex causa transactionis, nisi
prius restitutis receptis, *l. si diver-
sa, C. de transact. Rot. decis.* 440.
num. 1. *part.* 1. *divers. Duran. decis.*
155. *num.* 18. *&* 19.

Non obstat, quod dicta bona
emphyteutica stipulata legantur
simpliciter pro hæredibus, & alia
pro hæredibus etiam extraneis,
quasi inde inferatur, hæc non fuis-
se cessa pro extraneis, quale est
Capitulum hæres dicti Equitis.

Quia, etiamsi hoc esset verum, 23
non ideo bona cessa alicui pro se,
& suis descendentibus revertun-
tur ad cedentem, si ille decedat
sine descendentibus, sed tran-
seunt ad quoscumque ejus hære-
des ex natura ipsius cessionis, *Ma-
crob. cons.* 151. *per tot. Peregr. de fi-
deicomm. art.* 51. *num.* 21. *Gratian.
discept.* 568. *num.* 1. *Achill. decis.* 1.
de donat. Put. dec. 273. *lib.* 3. *in antiq.
Rot. recent. part.* 1. *dec.* 587. *num.* 1.
Præ-

24 Præterea exceptio incapacitatis hæredum, eò quod sint extranei, ad quos non transeat emphyteusis Ecclesiastica, est de jure tertii pertinens ad Ecclesias directorias, cum quibus de hoc agendum est, *l. 2. ubi gloss. C. de jur. emphyt. Bart. in l. 2. num. 1. ff. de except. rei judic.* ubi etiam *Socin. num. 7. Buratt. decis. 76. num. 18.*

Respectu autem fideicommissi Balthassaris Romantii Rota censuit, sententiam absolutoriam Capituli esse confirmandam. Tum quia dispositio continet expressam vocationem filiorum legitimorum, & naturalium genitorum ex propriis lumbis, quale non potest dici Ecclesia, vel Monasterium. Tum quia fideicommissum legitur conditionale, si scilicet hæredes instituti decessissent
25 sine filiis, & in consequens fideicommissum expiraverit, ex *vulg. cons. Oldrad.* 21. communiter recepto, ut per *Fusar. quæst. 480. in princ. & cons. 97. sub num. 1. Mart. de success. legal. part. 4. quæst. 21. art. 4. num. 13. Rot. recent. part. 1. decis. 486. in princ. Coccin. dec. 294. num. 2.*

Et ita utraque parte informante, nos Judices delegati ad referendum retulimus Eminentissimo D. Legato pronunciandum esse, & pronunciatum fuit.



Dotis Jovis 9. Januarii 1648.

ARGUMENTUM.

Mulieri dotem repetenti matrimonio soluto ob mortem Viri, an, & quando obstet exceptio adulterii.

SUMMARIA.

1 *Adulterii exceptio ad effectum amissionis, & retentionis dotis respective transit etiam ad hæredes extraneos, si Vir fuerit conquestus in vita. Contrarium n. 4. Ampliat. ut n. 2. Limit. ut n. 3. 5. 6. 7. & 10. Sublim. ut n. 8. Contrarium n. 9.*

11 *Adulterii crimen semel à marito remissum in judicium amplius deduci non potest.*

DECISIO VI.



Ronuntiam, quam reportavit D. Angela Narda à D. Judice à quo contra DD. de Costa super immissione ad medietatem pro indivisō cujusdam Horti, & Molendeni ad effectum retinendi, donec ex fructibus sibi satisfactum fuerit de credito dotis sibi restituendæ ob mortem Thomæ de Novianis illius viri, vel subhastandi diximus pro majori parte confirmandam esse, non obstante exceptione prætensæ amissionis d. dotis ob prætensum illius adulterium, & assertæ anterioritatis cre-

crediti reorum conventorum.

Respectu enim primæ exceptionis amissionis dicti crediti dotalis ob adulterium, quamvis con-
1 stet de Viri quærela civili, & exceptio adulterii ad effectum amissionis, & retentionis dotis respective transeat etiam ad hæredes extraneos, quando Vir fuit conquæstus in vita, secundum *Franc. decis.* 184. *num.* 5. *Capell. Tholos. decis.* 2. *part.* 4. *Boer. decis.* 338. *n.* 2. *&* 8. *Rot. divers. decis.* 606. *num.* 4. *part.* 1. *Ursell. in verb. adulterium, concl.* 59. *num.* 27. *&* 31. & alleg. per *Farinac. quæst.* 142. *num.* 130.
2 & ubi adulterium opponitur per viam exceptionis in judicio repetitionis dotis oppositio teneat, etiamsi non præcesserit sententia,
3 *Farin. d. quæst.* 142. *num.* 97. non tamen transit hæc exceptio in singulares successores, quales sunt dicti Costæ, *Farin. ead. quæst.* 142.
4 *num.* 129. ubi idem tenet in hæredibus extraneis.

Et cesset in præsenti casu totaliter, & sine aliqua difficultate
5 hujusmodi exceptio, tum, ex quo mulier viro civiliter in vita agenti ad dotis amissionem excepit de ejus lenocinio, *Farin. d. quæst.* 142. *num.* 83. *Boer. d. decis.* 338. *num.* 3. *&* 7. *vers. in secundo vero.* tum,
6 stante ipsius viri subsecuta non solum reconciliatione, *Ursell. ubi sup. d. num.* 31. *Boer. d. decis.* 338.
7 *num.* 4. sed etiam acquiescentia sententiæ ab eadem Angela contra ipsum deinde obtentæ super dotis assicuratione, & restitutione ob illius vergentiam ad inopiam, & expressa illius declaratione, & renuntiatione, de quibus in actis. Ita ut non sit hic locus limitationi, ut ex reconciliatione non intelligatur remissa pœna amissionis dotis, sed solum pœna separationis thori, & iniuriæ, ut fuit dictum in *Bononien. fideicommissi de Malvetiis* 31. *Martii* 1628. *coram Card. Virili*, quæ legitur inter *recent. part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 164. & est relata per *Ursell. d. concl.* 59. *num.* 23. licet ipse in hoc 9
8
contrarium sentiat. Ultra quod in terminis dictæ decisionis præcesserat sententia super dotis amissione, quod hic non evenit.
Unde, stante reconciliatione, locus est dotis restitutioni, *argum. text. in c. plerumque de donat. inter vir. & uxor. Gargiar. patrocin.* 72. *num.* 6. *lib.* 1. *Sanchez. de Matrim. lib.* 10. *de divort. disput.* 8. *num.* 21. 10
Prout nec crimen adulterii semel indulgentia mariti remissum amplius in judicium deduci potest, *Gargiar. d. patrocin.* 12. *num.* 10. 11

Alia vero exceptio anterioritatis crediti non amplectitur nisi dimidiam dicti Horti, & Molendini, quæ ipsis de Costis in sententia reservata fuit.

Et ita, utraque, &c.



Re-

RESIDUI DOTIS
Mercurii 15. Februarii 1648.

ARGUMENTUM.

Re promissa, non tradita, vel non libere, vel non secuta promissa ratificatione, intrat actio ad damna, & interesse, vel regressus ad primævam actionem. De clausula *Alias de proprio* in promissione de faciendo ratificare. De susceptione litis forma.

SUMMARIA.

1 *Damna, & interesse debentur, re promissa, non tradita, vel non libere, seu promissa ratificatione non secuta, & n.* 2.
3 *Variationi actionis quando sit locus, seu ad primæva jura reveniri possit.*
4 *Clausula* Alias de proprio *in promissione de faciendo ratificare, si deficiat, promissor tenetur solum ad curandum omni conatu.*
5 *Decl. secus esse ex Clausulario Bononiæ.*
6 *Litis susceptionis forma ex Statuto Bononiæ.*
7 *Litis susceptio quando non sufficiat.*

DECISIO VII.



CUM Paulus, & Hercules fratres de Rocca principaliter, & insolidum, ac cum promissione rati pro Hyacintho altero fratre solvere promisissent Julio Sanuto pro residuo dotis Sulpitiæ ejus Uxoris libr. 3500. statim, secuto obitu Helenæ eorum Matris, sub generali obligatione bonorum, & pactis pignorum, & præcarii, & speciali hypotheca prædii Barbiani, & post mortem dictæ Helenæ præfatus Sanutus dicti prædii possessionem nactus esset, ac super eo deinde molestaretur à dicto Hyacintho sub prætextu cujusdam fideicommissi, & sententiæ desuper successive latæ.

Egit Sanutus, & Uxor contra dictum Herculem unum ex obligatis ad faciendum consentire dictum Hyacinthum, & liberandum ab ipsius molestiis, ac pro damnis, & interesse liquidis pro tunc in dd. libr. 3500. & deinde etiam pro adimplemento contenetorum in d. obligatione, & solutione dd. libr. 3500. residui dotis, ac interusuriis, declarando se paratum dimittere prædium, & fructus perceptos excomputare, & sententiam reportavit pro solutione dd. libr. 3500. & alimentis dotalibus, compensatis tamen fructibus per ipsum Sanutum ex dicto prędio perceptis, & ejusdem possessione effectualiter dimissa in actu solutionis.

Quam sententiam nos hodie in gradu appellationis confirmandam esse duximus, & confirmavimus.

Potuit enim agi, & fieri condemnatio, stantibus dictis molestiis, & fideicommisso, tam ad damna, & interesse, quasi re non 1
tradita, vel non libere, *Gratian. discept.* 950. *num.* 20. *Gregor. decis.* 88. *num.* 3. *&* 9. & ibi *Adden. n.* 10.

Rot.

Rot. recent. part. 5. tom. 1. dec. 437.
2 *num. 9.* & ex quo impleta non fuit, neque impletur d. obligatio de faciendo ratificare d. Hyacinthum, *Gregor. decis. 241. num. 3. &*
3 *4. Buratt. decis. 64. num. 19.* quam ex integro primæva actione pro solutione promissarum libr. 3500. & interusuriorum per modum variationis, donec fuerit creditoribus satisfactum, ad tradita per me *in tract. de subbast. insp. 27. num. 3. in fin. & seq. & Negus. de pignor. 1. membr. 5. par. princ. num. 8.*

Non officit, quod in promissione de faciendo ratificare non legatur obligatio, & clausula
4 *Alias de proprio*, & ideo non teneatur Hercules nisi ad curandum omni conatu, ut sequatur ratificatio, ad *Paris. cons. 110. n. 24. vers. attamen, lib. 1.*
5 Quia respondetur, ex clausulario Bononiæ hujusmodi clausulam, & obligationem haberi pro extensa, ut in clausula rati vers. & quod interim. Et ulterius nec de aliqua facta diligentia pro ipsa ratificatione constitisse, nec constare.

Neque etiam relevat, quod Hercules susceperit in se litem.
6 Tum quia susceptio est verbalis, & absque refectione expensarum, & satisdatione idonea de solvendo judicatum, ut videtur in susceptione litis necessarium, ut sentit *Statutum Bononiæ* in formulario Constituti in venditione sub §. & nihilominus, *il primo*, per quod demonstratur, quod non sufficit cautio juratoria, sed debet cautio præstari cum fidejussoribus, attento verbo, *Idonea ad Montereat. ib. in verb. legitimus defensor.*

Tum quia cum susceptione litis non providetur in præsenti casu Actoribus, qui, variando, relinquendo pignus, redeunt, prout possunt ad primævam actionem, & qui propterea sunt creditores pecuniarum, non tantummodo molestiarum. 7

Et ita utraque, &c.

BONONIEN. SUBSTITUTIONIS

Lunæ prima Martii 1648.

ARGUMENTUM.

Caducato primo gradu fit locus sequenti. Immissio, testamenti exemplo tantum dimisso, an, & quando sustineatur.

SUMMARIA.

1 *Primogenito deficiente, secundus efficitur primus.*
2 *Primusgenitus mortuus ante delatam successionem non habetur in consideratione.*
3 *Gradu antecedenti caducato, non caducantur sequentes, sed via illis aperitur, & n. 4.*
5 *Substitutus quando efficiatur institutus.*
6 *Substitutio vulgaris quos casus comprehendat, & num. 7.*
8 *Testamentum caducatum, & inutile in institutione potest incipere à substitutione vulgari. Ampliat. ut num. 9.*
10 *Substitutio vulgaris habet eandem vim, quam institutio.*
11 *Substitutio fideicommissaria per verba communia comprehendit vulgarem.*

12 *Substitutionis fideicõmissariæ, & vulgaris differentia remissivè.*

13 *Testamenti transumptum errorem continens an deserviat pro immissione, & quomodo corrigatur, & num. seq.*

15 *Copia in actis dimissa cum originali, parte citata, collationata plenam fidem facit, originali restituto, & num. 16.*

17 *Notario creditur circa copiæ collationem, & concordiam cum originali, & originalis restitutionem, & num. 18.*

19 *Instrumenti producti exemplum probat, si sit extractum à Notario actuario.*

20 *Exemplo primo producto defectuoso, statur secundo pleniori secundo loco producto.*

DECISIO VIII.



IERONYMUS senior de Passarottis prævia institutione, & substitutione ejus descendentium masculorum, illis deficientibus, instituit, & substituit pro medietate D. Hyppolitham filiam, & pro alia medietate primum filium masculum nasciturum ex ea, & Hyppolitha quandocumque decedente, substituit dictum ejus filium primogenitum, &, ipso quandocumque decedente sine filiis, substituit alterum filium masculum dictæ Hyppolithæ, & filios filiorum, & descendentes vulgariter, & per fideicommissum.

Quibus omnibus decedentibus, tunc testator prædictus in ejus bonis, &c. substituit primum filium masculum natum, vel nasciturum Sylvestri Passarotti illius fratris, quo, & ejus filiis masculis decedentibus, substituit alterum filium masculum ejusdem Sylvestri vulgariter, & per fideicommissum. Et ulterius casu, quo aliquis ex dictis ejus heredibus institutis, & substitutis aliquod maleficium cujuscunque generis, vel speciei committeret, aut pro eo condemnatus esset, per quod bona ipsius delinquentis confiscanda essent, tunc, & eo casu, & casibus prædictis voluit, mandavit, & ordinavit bona ipsius testatoris hæreditaria ipso jure, & facto, commisso statim tali delicto, devolui, & devoluta censeri ad alium in ordine supra vocatum in casu decedentiæ sine filiis, & filiorum filiis, & descendentibus masculis, ut supra, &c.

Secuta morte dicti Hieronymi testatoris sine filiis, & descendentibus masculis ob venenum sibi à dicta Hyppolitha filia propinatum, nec non morte per viam justitiæ ob parricidii delictum ipsius Hyppolithæ etiam sine filiis, Blasius filius dicti Sylvestri cępit prętendere successionem in bonis, & hæreditate dicti Hieronymi in vim præfati ejus testamenti, ex remedio, *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll.* quamvis esset secundusgenitus, stante obitu Hieronymi junioris primigeniti, & compilato processu, sententiam à D. tunc Auditore Generali obtinuit, citato, & contradicente D. Octaviano

viano de Turchis.

Quam quidem ſententiam nos hodie confirmandam eſſe putavimus, & confirmavimus.

Quandoquidem de vocatione lineæ maſculinæ Sylveſtri poſt extinctam lineam Teſtatoris, ut ſupra, & de vocatione dicti Blaſii ſecundigeniti Sylveſtri in defectū primi, & illius deſcendentiæ maſculinæ non videtur eſſe locum dubitationi, cum verba Teſtamenti
1 ſint clara, & de ſecundogenito Blaſius effectus dicitur primus, *Molin. de primog. lib. 5. cap. 5. num.*
2 20. nec primus mortuus ante ſucceſsionem delatam in conſideratione aliqua habetur, *Fuſar. de*
3 *ſubſtit. quæſt.* 388. *num.* 9. *&* 10. neque deficiente, & caducato antecedente caducantur ſequentes,
4 *Duran. deciſ.* 339. *num.* 10. ſed immo illis aperitur via, *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 246. *num.* 52. *tom.* 1. *deciſ.* 570. *num.* 2. *& part.* 5.
5 *tom.* 1. *deciſ.* 180. *n.* 20. & ſecundo loco vocatus efficitur primo loco inſtitutus, *d. deciſ.* 246. *num.* 52. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Succedit itaque Blaſius, prout vocatur, ex vulgari ſubſtitutione,
6 quæ comprehendit omnem caſum ex parte inſtituti, ſeu inſtitutorum impedientem ſucceſsionem, ut per *Cravet. conſ.* 904. *Mart. de ſucceſs. legal. p.* 1. *q.* 2. *art.* 3. *n.* 30.
7 *tom.* 1. *Surd. deciſ.* 228. *num.* 1. habetque ſemper locum quocumque caſu prior vocatus rem habere non poſsit, *l. cum proponas, C. de hæred. inſtit. Rot. recent. part.* 5. *tom.*
8 1. *deciſ.* 222 *n.* 13. atque teſtamentum caducatum, & inutile in inſtitutione, & ſic in primo gradu poteſt incipere à ſubſtitutione vulgari, & ſic à ſecundo gradu, *Fuſar. de ſubſtit. q.* 469. *n.* 1. *verſ. ad quod, Gratian. diſcept.* 979. *num.* 37. *& deciſ.* 140. *n.* 7. *& ſeq.* ubi in 9
ſubſtitutione vulgari tam expreſſa, quam tacita, *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 2. *d. deciſ.* 246. *n.* 51. *&* 52. ubi de vulgari tacita comprehenſa in fideicommiſſaria cum vulga- 10
ris ſubſtitutio habeat eamdem vim, quam inſtitutio, *d. deciſ.* 246. *ſub num.* 39. & habeat dictus Blaſius non ſolum ſubſtitutionem fideicommiſsariam, quæ concepta 11
per verba communia comprehendit vulgarem, *ead. deciſ.* 246. *n.* 41. 51. *&* 53. ſed expreſsam vulgarem factam de per ſe, & per conſe- 12
quens non intret quæſtio, & diſtinctio circa differentiam inter unam, & alteram, *d. deciſ.* 246. *n.* 41.

Non obſtat unicum obiectum partis adverſæ, quod immiſsio 13
nulliter decreta fuerit ex tranſumpto teſtamenti errorem incurſum in tranſcribendo continente, ad quem corrigendum pro parte Blaſii fuit in Rota in hac ſecunda inſtantia facta citatio.

Quia, exhibitis in Rota originalibus actis primæ inſtantiæ, fuit compertum teſtamentum in ea inſtantia productum, & copiam ſervatis ſervandis collationatam ibi, reaſſumpto originali, dimiſſam non eſse defectuoſam, & er- 14
ror commiſsus à Copiſta, ſeu Extractiſta ex copia actorum in Rota tranſportata fuit emendatus ex nova productione alterius tranſumpti ex dictis primis actis. Dicta vero copia cum originali au- 15

ſcul-

ſcultata, & collationata parte, citata, ut hoc caſu, plenam fidem facit, *Thom. Anell. deciſ.* 58. *num.* 5. *Buratt. deciſ.* 584. *num.* 4. *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 706.
16 *num.* 1. originali reſtituto, *eadem deciſ.* 706. *num.* 18. & de auſcultatione, collatione, & concordia
17 creditur Notario actuario de ea atteſtante, ut hic, *Buratt. deciſ.*
18 606. *num.* 11. & 12. prout, & de reſtitutione originalis, ut in caſu præſenti, *d. deciſ.* 706. *num.* 17. *par.* 4. *recent. tom.* 3. Quemadmodum
19 ſtandum eſt exemplo deinde, extracto, & tradito à Notario actuario ad relata per me *in tract. mand. de manuten. obſerv.* 99. *nu.* 9. & ibi *Rot. deciſ.* 83. *num.* 4. & *deciſ.*
20 606. *num.* 1. Et, ubi erratum eſt in primo exemplo, ſi producatur ſecundum, ut hic factum fuit, ipſi ſecundo uti pleniori, & validiori ſtandum eſt, *Rot. recent. p.* 4. *tom.* 1. *deciſ.* 554. *in fin.* & habui *d. tract. mand. de manuten. obſerv.* 97. *ſub num.* 10.

Et ità utraque &c.



EVICTIONIS

Mercurii 4. Martii 1648.

ARGUMENTUM.

Evictioni locus eſt pro ea parte, qua ſecuta fuit. Validitas ſententiæ, ex quibus appareat. Pater, an & quando poſſit agere, vel excipere, & conſtituere procuratorem pro filio; & quid, ſi pro legitima perſona à parte approbatus fuerit, vel filius ratificaverit.

SUMMARIA.

1 *Sententia valida, & juſta eſt confirmanda.*
2 *Evictione ſecuta, obligationis executioni locus eſt.*
3 *Pactum conditionale, conditione purificata, efficitur purum, & eſt ſervandum, uti legem conſtituens. & num.* 4.
5 *Sententia quando dicatur valida.*
6 *Pater an, quando poſſit agere, excipere, & procuratorem conſtituere pro filio abſque illius interventu, vel præſentia. & n. n. ſeqq.*
21 *Opponere quis non poteſt de legitimatione perſonæ, quam jam approbavit.*
22 *Ratificatio vim habet conſenſus ab initio præſtiti.*
23 *Patris conſenſus in filio ad effectum agendi ſufficit in qualibet judicii parte.*

DE-

DECISIO IX.



SENTENTIAM D. Auditoris Generalis confirmatoriam tenutæ adeptæ pro parte, & nomine D. Laurentii de Pacchionis patris, & legitimi administratoris D. Leonardi hæredis Joannis Pauli etiam Pacchioni de Cattaneis de bonis alias per eundem Laurentium dicto nomine traditis, & relaxatis D. Jacobo Cattaneo de Marciariis adversario pro rata bonorũ dicto D. Pacchiono, & Illustrissimo D. Marchioni Joanni Mariæ Fontanæ illius deinde successori, & cessionario evictorum ad instantiam DD. Caroli, & Julii de Monterentiis, & de qua, & prout in actis, dixi confirmandam esse, ut confirmata fuit mediante sententia Excellentissimi D. Venturini Ponentis ex Voto Excellentissimi D. Sperandei, & mei.

1 Cum enim sententia D. Judicis à quo sit valida, & justa, locus fuit illius confirmationi, *cap. causam de sent. & re judic. cap. Raynutius in fin. de testam.*

De justitia satis liquet ex pacto claro inito per dictum D. Laurentium Pacchionum cum D. Marciario adversario in instrumento eorundem bonorum assignationis, quod in casu victoriæ ad favorem dictorum DD. de Monterentiis in lite tunc pendente in Rota Romana bona pro rata evincenda eidem Marciario assignata reverterentur ad dictum Pacchionum; Atque proinde, cum Monterentii obtinuerint, & secuta fuerit evictio pro sexta parte, ut plenè in actis doctum fuit, non potest dicti pacti executio in dictorum bonis pro eadem sexta parte retardari, quod ex conditionali per purificationem conditionis purum evasit, *Dec. cons. 551. num. 7. & cons. 629. nu. 4. Socin. jun. cons. 69. nu. 4. lib. 3. Rot. recent. part. 4. tom. 3. decis. 619. num. 12.* & est servandum, *cap. 1. de pact.* uti legem constituens, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 145. num. 4.* 2 3 4

Validitas vero resultat ex revolutione processus, in quo apparet de jurisdictione, mandato, & citatione, & de secuta solita tela judiciaria, & processus ordine, juxta *dec. Caputaq. 206. par. 2.* & inter *recent. dec. 204. par. 1. dec. 178. par. 2. dec. 108. num. 1. & dec. 320. num. 1. par. 4. tom. 2. & dec. 584. num. 2. & dec. 621. num. 10. tom. 3. & dec. 318. num. 1. par. 6.* 5

Nec obstat, quod nulliter actum fuerit à dicto D. Laurentio, uti, patre, & legitimo administratore Leonardi filii ætatis annorum 14. & sic extrà infantiam absque ipsius interventu, seu consensu, *l. fin. §. ubi autem in unum, C. de bon. quæ lib. Innoc. in cap. accedens, num. 1. de procur. Pinel. in l. 1. par. 2. sub num. 66. C. de bon. matern.* ubi dicit, hanc esse receptiorem Canonistarum, & Legistarum sententiam, quod pater in adventitiis non possit agere sine consensu filii, qui sit major septennio, *Cagnol. in l. frater à fratre, num. 164. ff. de cond. indeb.* 6 7

indeb. qui de magis communi,
Petr. Barboſ. in l. 1. *§. fin. num.* 40.
& 41. *ff. ſol. matrim. Roman. conſ.*
241. *num.* 10. *Burſatt. conſ.* 357.
num. 18. *Menoch. conſ.* 279. *num.* 17.
Clement. de patr. poteſt. part. 6. *effect.*
12. *num.* 18. *Paſcal. eod. tract. par.* 1.
cap. 2. *num.* 29. *&* 30. ubi, quod
magis communiter receptum eſt,
8 patrem non poſſe ſine filio procu-
ratorem conſtituere, nec pro eo
agere, nec excipere, ſi eſt major
ſeptennio, *Gratian. diſcept.* 365.
num. 52. *&* 53. & allegati per *Ca-
ſtill. de uſufr. cap.* 3. *num.* 19. &
9 quod, quando non quæritur uſuſ-
fructus patri, pater non poſſit age-
re, nec convenire, niſi cum con-
10 ſenſu filii, dummodo filius non ſit
infans, vel abſens, tradit *Ruin.
conſ.* 102. *num.* 1. *&* 9. *lib.* 5. &
11 quando pater facit actum non uti
legitimus adminiſtrator, ſed uti
procurator, de mandato non con-
ſtito, actus non ſuſtinetur, quia
non ſuſtinetur ex poteſtate, qua
non fuit uſus, *Gratian. dec.* 49. *num.*
38. *&* 39.

12 Quia reſpondetur, articulum
eſſe controverſum, & in contra-
rium eſſe *textum in d. l.* 1. *C. de bon.
matern.* & tenere ibi *Bart. num.* 1.
quod pater poteſt agere, conve-
nire, & procuratorem conſtituere,
non expectato conſenſu filij, il-
lumque defendere, cujuſcumque
ſit ætatis, quod & apertius tuetur
ibi *Bald. num.* 8. & hanc ſenten-
tiam indiſtincte à noſtris teneri,
aſſerit *Caſtr. ibid. num.* 2. & eſſe
communem opinionem Legiſta-
rum dicit *Imol. in l. fin. §. pupillus,
num.* 3. *ff. de verb. oblig.* & eſſe
æquiorem iſtam opinionem *Bart.*
tenet *Pinel. in. d. l.* 1. *par.* 2. *C. de bon.
matern. d. num.* 66. ubi, quod ad- 13
mitti debet quælibet etiam colo-
rata reſponſio, ſeu limitatio ad
*d. text. in d. l. fin. §. ubi autem, C. de
bon. quæ liber.* ex adverſo addu-
ctum, inter quas illa ad rem no-
ſtram ſe offert, quando, ut hic, 14
filius non habet cauſam contradi-
cendi patri, *Aug. in d. §. ubi autem,
& ibid. Caſtr. nu.* 5. *& Fulgoſ. nu.* 3.
Et hanc opinionem videtur ad-
mittere etiam *Gratian. diſcept.* 401.
num. 33. *Roffred. de libell. par.* 1. *rubr.
qui pro aliis poſſit agere, ſub num.* 1.
Et quod pater uti legitimus filii 15
adminiſtrator poſſit in judiciis
pro eo agere, & excipere, dicit
Paſcal. de patr. poteſt. par. 1. *cap.* 2.
num. 27. & quod valeat ante litem 16
conteſtatam procuratorem con-
ſtituere, idem *Paſcal. ibid. num.* 28.
& quod immo tam ante, quam 17
poſt litem conteſtatam, *Sanfelic.
dec.* 180. *num.* 5. & quod regulariter
pater poſſit ea facere pro filio, quæ 18
mandatum ſpeciale exigunt, *Gra-
tian. dec.* 49. *num.* 37. Atque, quod 19
in favorabilibus pater agere poſſit
pro filio majore ſeptennio abſque
ejus præſentia, & conſenſu, etiam
ſi tractetur de re, in qua patri non
competat uſusfructus, deciſum
fuit à *Rota coram Seraph. dec.* 1193.
num. 4. & inter *recent. dec.* 260. *nu.* 2.
par. 5. *tom.* 1. quod ſine aliqua diffi- 20
cultate eo magis procedit, ubi
patri uſusfructus debetur, *Paſcal.
ubi ſup. num.* 66. *Ruin. d. conſ.* 102.
num. 1. *lib.* 5.

His accedit, quod pars adverſa
approbavit patrem pro legitima
perſona, dum cum eo compromi-
ſit, & eundem pluries citavit.

Unde

Unde non potest amplius contra ejus personam opponere, juxtà tradita per *Surd. dec.* 104. *num.* 12. *Rot. recent. part.* 2. *dec.* 169. *num.* 3. *Beltram. ad Greg. dec.* 280. *num.* 11. & ego habui in *tract. mand. de manuten. observ.* 97. *num.* 7.

Prout & ipse filius gesta per patrem ratificavit in instrumento transactionis, & cessionis, cujus vigore D. Marchio Fontana hodiè causam prosequitur, quæ ratificatio habet vim consensus ab initio præstiti, ad *Vant. de nullit. in tit. quib. mod. sent. num.* 102. non secus ac consensus patris in filio ad effectum agendi sufficit in qualibet parte judicii, *Sanfelic. d. dec.* 180. *num.* 3.

Et ita utraque &c.

TERTIÆ
Martis ultima Martii 1648.

ARGUMEMTUM.

Statutum mandans, mulierem ascendentes, vel descendentes non habentem, dotis partem relinquere debere patruo, fratri, vel nepoti, an sit favorabile, vel odiosum, & an extendatur ad bona extrà territorium, & quid in dubia mulieris dispositione. Ecclesia transigere potest super dubio litis eventu. Æstimatio quando nõ concludat valorem. Portio in vim Statuti à muliere relinquenda an ante, vel post lucrum dotale sit detrahenda, & quid in legitima.

SUMMARIA.

1 *Statutum astringens mulierem ascendentes, vel descendentes non habentem ad bonorum tertiam partem relinquendam fratri, nepoti, vel patruo dicitur favorabile, vel saltem non odiosum, & quare, & nu.* 3.

2 *Dispositionis causa principalis attendi debet.*

4 *Statutum favorabile, vel non odiosum extendendum videtur etiam ad bona extrà territorium. Ampl ut num.* 5. *&* 6.

7 *Ecclesia quando transigere possit.*

8 *Lucrum consequi dicitur, qui discedit à lite.*

9 *Læsione ultrà dimidiam in æstimanda inspicitur etiam futurus litis eventus.*

10 *Æstimatio præterita quando non attendatur.*

11 *Pars in vim Statuti debita ex bonis mulieris an ante, vel post lucrum dotale sit detrahenda, num.* 13. *&* 14.

12 *Æquiparatur legitimæ.*

14 *Statutum fœminarum exclusivum inductum dicitur masculorum favore.*

DECISIO X.



ANDAT Bononię Statutum, quod, si decesserit mulier, non extãtibus ascendentibus, nec liberis, fratribus utrinque coniunctis, vel ex patre tantum tertiam totius dotis, & ejus augmenti, & aliorum bonorum ipsius relinquere teneatur, & fratribus non extantibus, tertiam totius dotis, & ejus augumenti,

menti, & aliorum omnium bonorum patruis uni, vel pluribus pro dimidia, & filiis masculis dictorum fratrum uni, vel pluribus, si extarent pro reliqua dimidia dictæ tertiæ partis relinquere teneatur, inter eos, ut suprà, in capita dividenda. Et non extanti aliquo ex dictis patruis, dictam tertiam partem dictis filiis fratrum. Et è contra, non extante aliquo ex dictis filiis fratrum, dictis patruis relinquere teneatur.

Unde qu. D. Hippolita Calcina habens D. Nicolaum ejus ex fratre nepotem eidem jure legati, & institutionis testamento reliquit tertiam partem omnium ipsius testatricis bonorum, apposita clausula, *juxtà formam Statutorum Bononiæ, & non aliter, nec alio modo*, & institutis sibi hæredibus universalibus RR. Fratribus Sancti Jacobi.

Sed, lite orta inter prædictos, an D. Nicolao deberetur tertia pars Prædii siti in Communi Plancalduli Status Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, & sic extra territorium statuentium, & lata per R. P. D. Vicarium Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi ad Nicolai favorem sententia, & inita deinde inter partes transactione, in qua dicti RR. Fratres solverunt Nicolao libras mille, ac eidem tradere promiserunt infrà sex menses à die, quo sequeretur declaratio, quidquid per Jurisperitos pronunciari contigisset, comprehensis tamen dictis libris mille tunc solutis, quatenus contigisset declarari dubium litis eventum majorem quantitatem mereri, ita ut qualis qualis fieret declaratio, D. Nicolaus non posset majorem summam consequi aliis libris mille cum fructibus pro rata proportionabili decurrendis, & dicti RR. Fratres non possent repetere dictas libras mille, ut supra solutas cum obligatione hinc inde in forma Cameræ. Atque successivè commissa ab Eminentissimo D. Cardinali Legato declaratione prædicta hnic nostro Auditorio ad Suæ Eminentiæ referendum.

Declaravimus, & retulimus ad favorem dicti D. Nicolai, & RR. Fratres teneri ad dictas alias libras mille cum fructibus, ut in dicta transactione.

Aut enim attendi debet necessitas relinquendi dictam tertiam patruis fratribus, vel nepotibus respectivè ex dicto Statuto, & tunc, cum Statutum sit favorabile, 1
Rot. Bonon. super statut. dec. 3. nu. 16. inductum scilicet favore agnationis, *Monterent. ad ipsum statut. in verb. mulier. in verb. fratribus, & in verb. aliorum, & Rot. Bonon. dict. decis.* 3. *num.* 15. quod ut causa 2
principalis dispositionis attendi debet, *Natt. cons.* 149. *in fin. lib.* 2. *& cons.* 514. *num.* 24. *&* 25. *lib.* 3. vel saltem non sit odiosum, quia 3
non agitur de exclusione alicujus, qui aliàs esset admittendus, sed de dispositione ad favorem patrui, fratris, vel nepotis ab intestato etiam succedentis, videtur Statu- 4
tum extendendum etiam ad bona sita extrà territorium, ut sentit *Natt. d. cons.* 514. *sub num.* 18. *vers. secundo respondetur lib.* 3. *& Rolan. cons.* 80. *num.* 36. *vers. secundo respondet.*

5 *pondet.* juncto *num. 6. lib.* 4. & eo magis cum Statutum loquatur de tertia totius dotis, & ejus augumenti, ac aliorum omnium bonorum, ut in eo legitur ad literam, & *Monterentius* ibi *in verb. aliorum bonorum*, explicet Statutum disponere de dote, illius augumento, & de aliis bonis mulieris, quæ extrinsecùs habeat, & non traxerit è domo paterna, & sic respiciat bona omnia ubicunque quæsita, & existentia, & sentit *Marcell. Marcian. consf.* 1. *num.* 172. *lib.* 1. *&* *Duran. dec.* 129. *num.* 20.

Aut vero attendenda est dispo-
6 sitio testatricis, & tunc, cum ea se referat ad Statutum, & sit juxtà illius formam, videtur operari debere etiam quoad bona existentia extrà territorium, *Gabr. de testam. concl.* 4. *num.* 1. *&* 2. *Mantic. de conject. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 14. *in fin. Marcell. Marcian. d. consf.* 1. *num.* 171. *lib.* 1.

Ex quibus, cum constet de
7 bono jure Calcinæ, & Monasterium Sancti Jacobi cum eo de super validè contraxerit, & transegerit propter dubium litis eventum, non super re clara pro Ecclesia, sed potiùs super re clara pro Calcina, & non cum gratuita pactione ergà Ecclesiam, sed cum retentione bonorum controversorum, *Rolan. consf.* 15. *num.* 49. *lib.* 1. *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 319.
8 *num.* 17. (licet ex solo discessu à lite lucrum posset aliàs considerari, *Rot. recent. part.* 6. *decis.* 86. *num.* 20. *&* 21.) & tertia pars bonorum existentium extrà territorium dimissorum à Calcina in transactione dicto Monasterio sit valoris libr. 4000. ut enunciatur in transactione, cùm tanti eam Calcina vendidisset; Videtur dubius litis eventus in damnum Monasterii æstimandus non solum libr. 1000. tempore transactionis Calcinæ solutis, verum etiam pro aliis libr. 1000. in transactione reservatis, & taxatis, ne aliàs Calcina remaneat ex transactione læsus ultrà dimidiam, ad quam æsti- 9
mandam inspicitur etiam futurus litis eventus, *Duran. decis.* 121. *num.* 15. *in fin.*

Neque obstat, quod in divisione inter Monasterium, & virum testatricis occasione ejus lucri dotalis bona fuerint æstimata minoris valoris.

Quia respondetur hanc æstima- 10
tionem non esse attendendam, tum quia est res inter alios acta, tum quia illa emanavit non ad sciendum verum valorem, sed ad servandam inter dividentes æqualitatem. Et in omnem casum, attenta etiam hujusmodi minori æstimatione, valor tertiæ partis longè superat dictam summam libr. 2000.

Nec etiam obstat, quod ista 11
tertia videatur detrahenda post detractionem dimidiæ pro lucro dotali viri, ex traditis per *Monterent. ad d. Statut. Bonon. de dot. restit.* §. *item dicimus in verb. totius* in terminis legitimæ, cui æquipara- 12
tur hæc tertia, ut idem *Monterent. in d. rubr. de dot. restit.* §. *&* *si decesserit in verb. tertiam*, & faciunt tradita per *Gilian. ad Statut. Perus. in verb. dotis lucrum num.* 7. *&* 8. & allegati per *Thomas. de legit. tit.* 4. *num.* 67. *&* *tit.* 13. *num.* 26.

13 Quoniam respondetur magis communem, & veriorem opinionem esse contra *Monterentium* ut per *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 22. *num.* 10. *& seqq.* relatum cum aliis à *Tomas. d. tit.* 4. *num.* 66. *& num.* 27. & fuit aliàs decisum per *Rot. Bonon. super statut. dec.* 68. *nu.* 4. *& seqq. ubi Add.* & sentit *Rota* in terminis Statuti exclusivi fœminarum, dote constituta, ex quo
14 illud inductum dicitur masculorum favore, & masculis utilius est, si eorum legitima ante dotes de universo patrimonio detrahatur, in *dec.* 4. *num.* 1. 8. *& per tot. post d. tract. Merlin. de legit.*

Et ità resolutum fuit utraq; &c.

LEGATORUM.
Mercurii prima Aprilis 1648.

ARGUMENTUM.

Testatoris voluntatem sequi debet & Judex, & hæres. Juramento in litem quando sit locus. Pluribus existentibus hæredibus, quando possit agi contra unum ad totum. Pro legatis an detur via executiva, vel ordinaria, & quæ actio competat.

SUMMARIA.

1 *Sententia fundata in dispositione testatoris est justa.*
2 *Testatoris voluntas, & dispositio uti lex servanda est.*
3 *Hæres præstare tenetur à testatore dispositta.*
4 *Juramento in litem quando sit locus. & num.* 5. *&* 6. *&* 7.
8 *Hæredes ad legata tenentur pro virili, & in reliquo uti extranei reputantur. & num.* 9.
10 *Hæres pro parte, & cessionarius cohæredis conveniri potest ad totum. & num.* 11.
12 *Et ad totum immitti.*
13 *Legata non debentur via executiva, sed ordinaria. Lim. ut num* 15.
14 *Legata quibus actionibus debeantur.*

DECISIO XI.



Lexius Franceschinus in suo, cum quo decessit, testamento legavit D. Diamantæ Caccialupæ ejus uxori in una manu libras mille eidem ab hæredibus dandàs in pecunia numerata post duos annos à die testatoris obitus pro dote, & salario, quod ipsa prætendere posset ob famulatum sibi præstitum per multos annos ante contractum matrimonium, *e durante li sudetti duoi anni, e fin tanto le saranno sborsate, e pagate le dette lire mille di quattrini dalli detti, & infrascritti suoi eredi, ordina detto testatore, che sia risposto alla dettà Madonna Diamanta à spese della sua eredità di lire* 50. *di quattrini ogn' anno, che saranno à ragione di cinque per cento.* In alia manu reliquit eidem quædam mobilia specialiter nominata. Et in alia asserens se habere in Monte Pietatis mul-

multas res obpignoratas, & inter eas extare etiam res proprias dictę Diamantæ, mandavit eas omnes per hæredes infrà quatuor menses redimi, & eidem Diamantæ tradi, & consignari *Quella quantità di esse robbe così riscosse dal detto Monte, che lei eleggerà essere sue proprie, siano di che qualità si vogliano, volendo, che in ciò si creda, e stia al detto, e parola semplice di essa Madonna Diamanta, fermamente credendo esso testatore, che ella non piglierà, se non quelle robbe, che veramente saranno sue, e non altre.* Hæredes autem universales fecit pro medietate Jo: Baptistam qu. Marci Franceschini ejus ex fratre nepotem, & pro alia medietate Jacobum Guidettum ejus sobrinum, ut in testamento in proc. primæ instantiæ fol. 6. à tergo, & seqq.

Obiit dictus Alexius die 15. Julii 1645. ut in fide in dicto. proc. fol. 197.

Dicti hæredes sub die 23. Martii 1646. devenerunt super dicta hæreditate ad transactionem, & divisionem, seu compositionem, in qua Jo: Baptista, receptis libris 950. totam hæreditatem renunciavit, & cessit Guidetto, ut in Instrumento in dicto proc. fol. 203. & seqq.

Ægit propterea dicta D. Diamanta coram Illustrissimo D. U. Legato contrà dictum Guidettum, in totum hæredem pro consecutione dictarum libr. 1000. & interusuriis, nec non pro restitutione suarum rerum in Monte sub pignore existentium tempore obitus viri juxtà notulam datam in dicto proc. fol. 161. & obtinuit binas sententias, in quarum prima fuit commissa, & relaxata executio pro dictis libr. mille, & interusuriis decursis, & non solutis juxtà formam testamenti, ac expensis contrà bona hæreditaria, & in secunda ob non factam redemptionem pignorum juxtà formam dicti testamenti fuit pronunciatum, pro summa, & quantitate. libr. 350. juramentum in litem dictæ Diamantæ deferendum esse, & deferri, nisi Guidettus infrà decem dies redemerit, & tradiderit, & executio fuit pariter pro dicta summa, & expensis commissa, & relaxata contra bona hæreditaria.

A quibus sententiis commissa mihi per Eminentissimum D. Legatum appellatione cum Voto in pronunciando, & decidendo Excellentissimi D. mei Beceii Coauditoris, fuimus, & pronunciavimus pro dictarum sententiarum confirmatione.

Sententiæ enim visæ nobis fuerunt justæ, quia sunt fundatæ in 1
voluntate, & dispositione testatoris, *Rot. recent. part. 4. tom. 2. decis. 189. num. 1. & par. 6. decis. 332. num. 4.* quæ uti lex servanda est, 2
si disponat. in Auth. de nupt. tene- 3
turque hæres præstare à testatore dispossita, *Rot. recent. part. 4. tom. 2. decis. 65. num. 10.* & cum non redemerit à Monte Pietatis, seu exhibuerit res obpignoratas, ut D. Diamantes posset suas eligere juxtà testatoris ordinationem, fuit 4
locus juramento in litem ad probandum illius interesse, stante adversarii dolo, & difficultate probationis, ex quo res, quas ipsa

petit, jussus non exhibuit, *Menocb.*
5 *de arbitr. cas.* 207. *num.* 19. & non possunt ad oculum demonstrari,
6 *Ruin. cons.* 29. *num.* 3. *lib.* 1. nec ab ea recuperari, *Menocb. d. cas.* 207.
7 *num.* 16. *&* 17. & ob contumaciam in restituendo, *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 15. *num.* 73. *& seqq.*

Non obstat, quod pro consecutione legatorum esset agendum etiam contrà Jo: Baptistam cohæ-
8 redem, cum ad legata præstanda, ubi sunt plures hæredes, eorum unusquisque teneatur pro virili, & pro portione hæreditaria, *l. pro hæreditariis, ff. de hæred. action. l. legatorum* 34. *ff. de leg.* 2. *Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 2. *nu.* 5. *Gratian. decis.* 146. *num.* 2. 3. 5. 6. 7. 9. *&* 11. *& discept.* 150. *num.* 12. *Greg. XV. decis.* 442. *num.* 3. ubi *Add. num.* 5. *Duran. decis.* 58. *nu.* 1. *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 324. *num.* 10. *& decis.* 398. *num.* 47. *& part.* 6. *dec.* 145. *nu.* 6. *& decis.* 146. *num.* 1. & apud *Gilian. ad Statut.*
9 *Perus. dec.* 118. *num.* 13. ita ut Guidettus in eo, quod Jo: Baptistæ cohæredis portionem tangit reputetur extraneus, *d. decis.* 118. *num.* 13. *penes Gilian. Gratian. d. decis.* 146. *num.* 3. *Fusar. de substit. quæst.* 557. *num.* 21.

Quippe respondetur quod Gui-
10 dettus, stante cessione sibi facta à D. Jo. Baptista de ejus portione hæreditatis, evasit etiam hæres ex sua portione ad effectum, ut etiam ex ea conveniri possit, juxtà tradita per *Gratian. discept.* 204. *num.*
11 31. *& seqq.* non secùs ac si Jo: Baptista mortuo, Guidettus esset etiam illius hæres universalis, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 398. *n.* 48. quemadmodum eidem in vim 12
ejusdem cessionis competeret etiam ad eandem portionem, sicut ad propriam, immissio ex remedio quorum bonorum, vel *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll. Rot. recent. part.* 7. *dec.* 286. *num.* 5. *&* 6.

Nec quoque obstat, quod fuerit actum executivè, & pro legatis non detur de jure via executiva, sed ordinaria ex Rotæ opinione, ut in *Romana Spolii* 9. *Junii* 1606. *coram Card. Lancellotto*, apud *Marches. de comm. part.* 2. *fol.* 203. *num.* 2. & *in recent. part.* 2. *decis.* 391. *num.* 2. *& par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 359. *num.* 1. *& seqq. & par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 229. *num.* 16. *& par.* 7. *decis.* 241. *num.* 34. *Buratt. decis.* 208. *num.* 3. & competant pro eis tres actio- 13
nes, hoc est personalis, seù rei vendicatio, *d. decis.* 359. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* actio ex testamento, *d. decis.* 359. *num.* 2. *Greg. XV. decis.* 271. *num.* 14. & actio hypotecaria, *d. decis.* 359. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Respondetur enim in Civitate 14
Bononiæ ex particulari Constitutione Justiniana *rubr.* 14. *sub num.* 35. *vers. nec non executionis*, permitti viam executivam pro legatis, de quibus constet per publicum instrumentum, & solemne Notarii rogitum, ut hoc casu.

Et ita utraque &c.



PEREMP-

PEREMPTIONIS REI VENDITÆ.
Mercurii prima Aprilis 1648.

ARGUMENTUM.

Re liberè juxtà conventionem non tradita, vel evicta, intrat obligatio ad intereſſe. Venditio ad menſuram, menſuratione non facta, quando dicatur certa, & ab initio periculum in emptorem translatum. De ſignificatione dictionis, ſeu termini, Juxtà.

SUMMARIA.

1 *Intereſſe debetur ob non traditionem rei liberæ; vel illius ſecutam evictionem.*

2 *Intereſſe liquidatio quando ſit illegitima, exceſſiva, & nulla.*

3 *Locus accipiendarum tornaturarum venditarum quando poſſit variari.*

4 *Venditio ad menſuram certa ratione loci non dicitur incerta ob non ſecutam menſurationem, & eſt ab initio perfecta, & rei periculum in emptorem transfert. & num. 5.*

6 *Sententiæ quando ſint notoriè injuſtæ, exceſſivæ, nullæ, & non attendendæ.*

7 *Veriſimile quod non eſt, non habetur in conſideratione.*

8 *Venditio quid compræbendat ad complendam menſuram.*

9 *Dictio, Juxtà, deſignat confinem.*

10 *Stat aliquando, & in dubio demonſtrativè, & ad includendum, non reſtrictivè, & taxativè. & num. 11.*

12 *Verificari poteſt non ſolum in contiguis, ſed etiam in aliqualiter diſtantibus.*

13 *Menſura regulatur à venditione.*

DECISIO XII.



ENDIDIT de anno 1626. qu. D Catharina de Ruſtighellis ſub fidejuſſione, & obligatione inſolidum D. Caroli Emanuelis Ferraboſchi juri cum pacto francandi, & conductione ad ſeptennium Catharinæ de Gibellinis, & Hyacinto Picchiono, ementibus pro ſe, & Juliano, atque Lucretia etiam de Picchionis Tornaturas 16. unius Poſſeſſionis majoris quantitatis poſitæ in Communi Bertaliæ, aliàs Peſcarolæ cum Domo, & Tegete, juxtà, reſpectu totius Poſſeſſionis, viam publicam, Julium Cæſarem Venentum, flumen Rheni, Moniales Sancti Gabrielis, nuncupatas le Suore Carmelitane Scalze, & alios pro pretio libr. 1800. fuitque in venditione expreſſum, ut dictæ Tornaturæ 16. capi deberent juxtà Domum, & viam publicam, intrando in illas, & eundo intùs versùs bona dictarum Monialium uſquè quo dictæ Tornaturæ 16. haberentur, capiendo proportionabilem ratam, & partem ædificiorum ad declarationem Periti in caſu, quo finiretur locatio, & nulla ſequeretur francatio.

De anno verò 1629. lite orta inter D. Julianum Picchionum uti hæredem etiam aliorum emptorem ex una, & Ferraboſcum tunc etiam heredem Catharinæ uxoris, & venditricis partibus ex altera coram D. Auditore Generali ſuper reparatione fluminis, & traditione rei liberæ, attento etiam cenſu ſuper dicta Poſſeſſione, detecto, & impoſito uſque de anno 1624. ad favorem Sanctis Benedicti, & opponente Ferraboſco, terrenum venditum fuiſſe jam peremptum à flumine Rheni, & amplius non extare niſi quandam partem priùs affectam, & obligatam dicto cenſui, generaliter ad favorem creditorum relaxando, fuit factus acceſſus ad locum differentiæ, & repertum, remanſiſſe, & extare in totum Tornaturas 13. & deinde lata ſententia, in qua illarum tenuta, & poſſeſſio conceſſa fuit Picchiono, nec non relaxata fuit eidem executio pro effectibus decurſis, & non ſolutis uſque ad diem litis conteſtatæ, & pro fructibus deinde perceptis, atque fuit ſucceſſivè dicta ſententia per aliam Rotalem confirmata, & per alias duas etiam Rotales illius executio relaxata.

Cumque nihilominus Picchionus nec potuerit in effectu conſequi dictas Tornaturas 13. ex quo illæ fuerunt interim occupatæ à dicto Sancte Benedicti præfati cenſus domino, & creditore anteriore, & ab eodem tunc (redactæ à flumine ad Tornaturas 7. & tab. 10. & ped. 12.) venditæ Bernardino de Carariis pretio libr. 1000. novumque propterea judicium inſtituerit contra Ferraboſcum, petendo ſibi reſtitui pretium dictarum Tornaturarum 16. & ſic libr. 1800. nec non ſibi ſolvi promiſſas annuas libr. 108. loco fructuum, & ratione damnorum, & intereſſe, & lata ſententia executionem relaxante pro ſumma dicti pretii præfatarum Tornaturarum 7. & ſic pro libr. 1000. & pro affectibus correſpectivis decurſis, & non ſolutis ſalva majori, & ulteriori liquidatione, & illius appellatione ad inſtantiam Ferraboſchi in hac Rota introducta.

Eram in propoſitione, & expeditione cauſæ pro ſententiæ infirmatione, ex quo illa non juſtificetur ex actis.

Conſtat enim ex Viſitatione loci, Menſuratione, & relatione Periti, ac ex Planta levata, & in actis producta, atque hinc inde nobis extenſa, quod reſiduum terræ tunc repertum, & totum in confuſo menſuratum continebat aliquam terræ quantitatem ex illa parte, ex qua capiendæ erant dictæ Tornaturæ 16. Picchionis venditæ, & aliquam terræ quantitatem ex parte Venenti in venditione non compræhenſam. Unde admiſſo, quod ob non traditionem 1
rei liberæ à cenſu deſuper antea impoſito, vel immò ob ſecutam ex eo evictionem Ferraboſcus teneretur ad intereſſe, *Rot. poſt Pacif. de ſalv. dec.* 13. *num.* 12. cum 2
tamen in hujuſmodi intereſſe liquidatione, & taxatione non fuerit preciſè habita ratio ad ſolam quantitatem terræ in venditione compræhenſam, nunquam men-

mensuratam, nec ab alia distinctam, & separatam, sed in confuso, & generaliter ad totum residui Possessionis corpus, & sic ad quantitatem etiam in venditione non compræhensam, est liquidatio in dictis libr. 1000. illegitima, excessiva, & nulla in totum.

Non obstat, quod in Visitatione, & mensuratione non fuerint repertæ nisi 13. Tornaturæ, & ven-
3 ditio esset Tornaturarum 16. quæ licet capiendæ essent juxtà Domum, & Viam publicam eundo versùs bona Monialium, potuerint in defectu capi etiam ab alio latere versùs Venentum, ne emptor esset in damno, & sic totum Prædium tornaturarum 13. ad emptorem spectaret, prout ei adiudicatum deinde fuit, seu illius tenuta, & possessio concessa per dictas quatuor sententias in judicatum transactas.

Namque respondetur, quod tempore venditionis Prædium, seu Possessio erat Tornaturarum 60. & locus, ubi capiendæ erant dictæ Tornaturæ 16. erat Tornaturarum 18. vel 20. ut deponunt tres testes in hac instantia examinati, quod deinde diminutum fuit, & redactum ad dictas Tornaturas 13. ex impetu fluminis, ut ex eisdem testibus, & processu.
4 Ex quo sequitur, ut cum venditio ab initio non fuerit incerta, sed certa ratione loci, quia fuit demonstratum ubi, & in qua parte deberent Tornaturæ venditę capi, *Dec. cons.* 179. *ante fin. Bertazzol. clauſ.* 20. *gl.* 30. *num.* 3. *Rot. post Cenc. de censib. dec.* 99. *num.* 2. *vers.*
5 *non obstat*, fuerit ipsa venditio ab initio perfecta, & rei emptæ periculum in emptores translatum, ad *Dec. d. cons.* 179. *num.* 3. *& alleg. per Paris. cons.* 59. *num.* 10. *lib.* 1. & ut non possit alia pars Prædii à latere Venenti ad ipsum spectare, & ut successivè dictæ etiam qua- 6
tuor sententiæ appareant notoriè iniustæ, & excessivæ, ac nullæ & non attendendæ.

Non obstat, quod tempore Visitationis extarent Domus vestigia, juxtà quam, & Viam publicam capiendæ erant dictæ Tornaturæ 16. & sic non esset in aliqua parte peremptus locus mensurandarum Tornaturarum.

Quia, præterquamquod id non bene concluditur ex Visitatione, mensuratione, & relatione Periti, atque Mappa, Respondetur venditionem cantare in Tornaturis 16. unius Possessionis majoris numeri, & dari pro confinibus respectu totius viam publicam, Venentum, flumen Rheni, & Moniales Carmelitanas; Quarè dum subditur, Capiendo dictas Tornaturas 16. juxtà Domum, & viam publicam, quæ est ex parte Septentrionis, intrando in illas, & eundo intùs versùs bona dictarum Monialium, usquequò dictæ Tornaturæ 16. habeantur, videntur ista verba indicare, ut in venditione ex mente contrahentium compræhendi deberet etiam pars terræ juxtà flumen, quod est confine inferius, & à pede ex parte Ponentis, oppositum confini Monialium ex parte Orientis; Tum quia à parte fluminis erat intrandum ad mensurandum, & prosequendum erat versus Moniales;

Tum

7 Tum quia non est verisimile, quod venditor voluerit pro se eam modicam partem ab illo latere retinere, & in mediam sui Prædii emptorem ponere; Tum quia,
8 si illa pars non computaretur, non corresponderet numerus Tornaturarum expressus, *Greg. in in terminis decis.* 155. *per tot.*

Nec videtur facienda vis in
9 verbis, Juxtà Domum, quæ designant confines, *Greg. d. decis.* 155.
10 *num.* 1. Quoniam ea hoc casu videntur apposita demonstrativè, & ad includendam etiam Domus partem, ut inferiùs etiam additur, non autem restrictivè, & taxati-
11 vè, prout sic potiùs stare censetur dictio, juxtà, *Bart. in l. Centurio num.* 39. *& ibi, Jas. num.* 5. *& Rip. num.* 173. *ff. de vulg. Rot. divers. dec.*
12 27. *num.* 7. *par.* 2. verificarique potest terminus, juxtà, non solum in contiguis, sed etiam in aliqualiter distantibus, *Paris. cons.* 58.
13 *num.* 58. *lib.* 3. Accipiturque aliquando pro intrà, *Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 11. *num.* 81. ut accepta videtur in præsenti casu.
14 Et id, quod includitur in venditione, venit in mensuratione, *Greg. d. decis.* 155. *num.* 3.

Et ita ego sentiebam in puncto juris; Verùm, quia mihi ab aliis Dominis præsuppositum fuit, Ferraboscum acquiescere sententiæ quoad dictam summam libr. 1000. & affictus correspectivos, fui cum illis pro reformatione, seu confirmatione sententiæ in illa parte, & pro impositione perpetui silentii in reliquis, in quibus dabat manus pars Actrix.

Et ita resolutum fuit &c.

BONONIEN. EVICTIONIS.

Mercurii prima Aprilis 1648.

ARGUMENTUM.

Datio in solutum, & venditio æquiparantur, & quod dicitur de una, locum habet in alia. Evictionis obligatio quando intret, & quid contineat. Uxoris obligatio cum Viro resolvitur in consensum. Hæreditas in dubio præsumitur solvendo.

SUMMARIA.

1 *Datio in solutum est similis venditioni, seu verè, & propriè facit emptionem.*
3 *Quod dicitur de venditione locum habet in insolutum datione.*
4 *Venditor tenetur rem tradere, & liberam, & illius possessionem vacuam, & præcipuè respectu juris detentoris, quod sit potentius juris emptoris. & num.* 5. *&* 6.
7 *Datio in solutum vera dicitur alienatio.*
8 *Rem liberam tradere tenetur etiam alienans aliter, quam per venditionem.*
9 *Hæres de evictione tenetur, prout defunctus. Ampl. ut num.* 10. 11. 12. *&* 13.
14 *Evictio operatur, ut intret obligatio ad damna, & interesse, & sic ad rei æstimationem. Ampl. ut num.* 15. 16. *&* 17.
18 *Re vendita non tradita, restitui debet pretium, & interesse.*
19 *Uxoris fidejussio, & obligatio pro*

pro viro resolvitur in consensum.

20 *Consentiens alienationi non tenetur de evictione.*

21 *Hæres tenetur ex obligatione defuncti.*

22 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii non confundit suas actiones.*

23 *Inventarium hæredis quando sit invalidum.*

24 *Hæreditas in dubio præsumitur solvendo.*

DECISIO XIII.



Die 29. Martii 1635. D. Joãnes Antonius de Brugnatellis debitor Illustrissimi D. Senatoris Cornelii de Gratis in vim apocæ confectæ sub die 10. Maii 1633. summæ libr. 1600. eidem pro dicta summa insolutum assignavit, & cessit Prædium quoddam cum clausula ad habendum, pacto constituti, & precarii, & cum eo ad legitimam, & generalem defensionem, & de evictione, prævia renunciatione Vellejano, & juramento, in forma uti principalis, principaliter, & insolidum se obligavit D. Junipera de Macchellis ejusdem Brugnatelli Uxor, & successivè in executionem conventorum D. Gratus idem Prædium incontinenti locavit ipsi Brugnatello ad quinquennium pro annuo affictu libr. 96. cum obligatione pariter D. Juniperæ, ut suprà, & pacto, quod locatione durante Conductori liceret Prædium francare, & aliàs ut in instrumento.

Locatione, pactoque de francando expirato D. Gratus mandatum petiit de associando ad dicti Prædii possessionem; sed illi se opposuerunt DD. Fulvia, & Laura de Brugnatellis, in quas Prædium prædictum post mortem D. Joannis Antonii fuerat per dictam D. Juniperam illius hæredem translatum, uti cuidam fideicommisso ad earumdem favorem subiectum, ut in Instrumento, de quo in actis, & allegantes propterea se dominas, & posseditrices manutentionem desuper obtinuerunt, ut etiam in actis.

Quare D. Gratus, citata D. Junipera petiit per ipsam etiam uti hæredem Viri tradi Prædium liberum, vacuum, & expeditum, aliàs condemnari ad damna, expensas, & interesse, & eorum loco ad restitutionem dictarum libr. 1600. & sententiam reportavit favorabilem contrà bona hæreditaria dicti Joannis Antonii.

A qua interposita à Junipera appellatione, & causa in Rota introducta fuit hac die actum super ipsius sententiæ confirmatione, vel revocatione, & dictum fuit, sententiam esse confirmandam, uti justam.

Est enim datio in solutum similis venditioni, ut habui in *tract. de subhast. insp.* 44. *num.* 41. *& seq.* & tradit *Greg. decis.* 425. *num.* 9. ubi *Beltram. littera* D. seu verè, & propriè facit emptionem, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 52. *nu.* 10. Ac proindè 1 2

F quod

3 quod dicitur de venditione, locum habet in insolutum datione, ut dixi *d. insp.* 44. *num.* 44. ex *Greg. d. decis.* 425. *num.* 9. & ibi *Beltr. litera B.*
4 venditor verò tenetur non solum rem tradere, sed eam tradere liberam, *l. ex venditione, & l. in emptione §. vacua, & §. fin. ff. de act. empt. l. ex iis prædiis, ubi gl. & Bald. in princ. C. de evict. Dec. cons.* 119. *in princ. Surd. cons.* 36. *num.* 9. *& dec.* 265. *in princ. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 307. *num.* 4. *&* 5.
5 *Buratt. decis.* 112. *num.* 3. & illius possessionem vacuam, *Greg. decis.*
6 90. *num.* 1. & præcipuè respectu juris detentoris, quod sit potentius jure emptoris *Greg. ibid. nu.* 7.
7 Prout ipsa datio in solutum dicitur vera alienatio, *Gratian. discept.* 321. *num.* 8. *Rot. recent. par.*
8 6. *decis.* 203. *num.* 5. & alienans etiam aliter quàm per venditionem tenetur rem liberam tradere, ut dominium avocari non possit, *Marescott. d. cap.* 19. *num.* 3. *juncto princ. lib.* 2. *var. resol.*

Unde, cum non solum Prædium liberum non tradatur, sed
9 facto etiam D. Juniperæ (obligatæ etiam de evictione uti hæredis Joannis Antonii, *Marescott. d. cap.*
10 19. *num.* 34. *&* 35. tam ex natura venditionis, *Marescott. ibid. nu.* 14. *Greg. decis.* 25. *num.* 3. *Add. ad Bu-*
11 *ratt. decis.* 381. *nu.* 9. quam ex promissione, *Gratian. discept.* 793. *nu.*
12 13. quæ ligat promittentem, ejusque hæredem, ne possit evincere, *l. exceptione C. de evict. Gratian. discept.* 281. *num.* 21. *Rot. recent. par.*
13 6. *decis.* 185. *num.* 12. & ut immò debeat defendere, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 395. *num.* 14.) fuerit evictum, intrat obligatio ad dam- 14
na, & interesse, *Marescott. d. cap.* 19. *num.* 1. *& seqq. Greg. decis.* 88. *num.* 7. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 668. *num.* 10. & sic ad restitutio- 15
nem æstimationis, seù valoris, & pretii, *Marescott. d. cap.* 19. *num.* 6. *& seq. Greg. decis.* 88. *num.* 10. *& decis.* 119. *num.* 4. *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 374. *num.* 1. *& seqq. & par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 390. *num.* 16. *& par.* 6. *decis.* 143. *num.* 1. *&* 8. & penes *Gilian. ad Statut. Perus. dec.* 57. *num.* 13. & quidem etiam si pro- 16
missio esset restricta ad datum, & factum proprium, & evictio secuta esset ex facto auctorum, seù alterius, *Marescott. eod. cap.* 19. *nu.* 8. *Buratt. decis.* 399. *num.* 4. ubi quod est conclusio indubitata, & ex causa præcedenti, *Rot. post* 17
nostrum tract. de mand. de manuten. decis. 331. *num.* 14. prout & restitu- 18
tioni pretii, & interesse locus est, re non tradita, *Buratt. decis.* 819. *num.* 1.

Ex quibus non obstat, quod fidejussio, & obligatio D. Juniperæ 19
resolvatur in simplicem consensum, *Natt. cons.* 552. *num.* 6. *Gabr. cons.* 41. *num.* 14. *lib.* 2. *Thomat. dec.* 109. *num.* 7. & qui tantum aliena- 20
tioni consensit, de evictione non teneatur, *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 50. *num.* 12.

Quia, quidquid sit de hoc, sententia subsistit uti fundata in sola 21
obligatione Joannis Antonii Viri, & principalis debitoris, cujus Junipera est hæres, ut in processu probatur.

Neque etiam obstat, quod ea sit creditrix anterior Joannis Antonii pro restitutione suarum do-

22 dotium, & uti hæres cum beneficio legis, & inventari non confuserit suas actiones, & per consequens uti anterior possit excludere D. Gratum posteriorem.

23 Quoniam, ultrà quod datur de Inventarii invaliditate ex dolosè omissa descriptione pluriũ rerum, & quia, quæ sunt descripta, carent qualitatibus, & solemnitatibus necessariis, Respondetur non constare de hæreditatis statu, & va-

24 lore, & interim eam præsumi solvendo, ad cumulata per me in *tract. mund. de manuten. observ.* 56. *num.* 9. *& seqq. Add. ad Buratt. dec.* 589. *num.* 23. *& seqq. Duran. decis.* 1. *num.* 33.

Et ita resolutum fuit &c.

EVICTIONIS.

Jovis 7. Maii 1648.

ARGUMEMTUM.

De evictionis materia, & an, & quando debeatur, si secuta fuerit ex transactione.

SUMMARIA.

1 *Evictionis periculum ex causa venditionis contractum præcedente spectat ad venditorem.*

2 *Venditor ex venditionis natura de evictione tenetur, quamvis non promiserit, & fortius si promiserit, num.* 4. *&* 5.

3 *Venditor de jure, & consuetudine debet tradere rem liberam.*

6 *Evictionis promissio fieri solet pro assecuratione in omnibus contractibus.*

7 *Evictionis promissio parit actionem ex stipulatu*

8 *Evictio quando dicatur justa, & justificata.*

9 *Evictio si sit justa, tenetur de ea venditor, sivè ei lis fuerit denunciata, sivè non, & quare.*

10 *Evictio prævia interpellatione, & protestatione debetur, sive de jure, sivè de facto secuta fuerit. & num.* 11.

12 *Emptor molestatus ad nihil aliud tenetur, nisi ad denunciandum litem venditori. Ampl. & lim. ut nu.* 13. *&* 14.

15 *Emptione per evictionem resoluta, illius contractus reputatur, ac si non fuisset celebratus.*

16 *Evictione secuta, agere potest emptor ad damna, interesse, expensas, ac fructus amissos, & ad pretium solutum. & nu.* 17. *&* 18.

19 *Pretium in emptore venit appellatione damni.*

20 *Et restitui debet, tametsi non adsit, vel non intret obligatio de evictione*

21 *Evicta re statim oritur emptori nova actio pro consequenda re, aut pretio, vel interesse, ut antequam res sibi vendita traderetur, seù ad valorem rei de tempore evictionis. & num.* 22. *&* 23.

24 *Lis secùs si res non fuerit evicta, sed spontè dimissa.*

25 *Su[illegible] causa fuit et omninò peritura, q[illegible] t[illegible], de[illegible]a justitia in[illegible]tis evictionis, potest bonam fidem a[illegible]ere, & evictionem præv[illegible], offerre, transigere, bo[illegible]t-tere, & sine alterius damno*

facere sibi rem proficuam, & quare. & num. 26. 27. 28. 29. & 30. Extende, ut num. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. & 43.

44 *Evictio contigisse dicitur statim, atque possessor cognovit, rem à se posse evinci.*

45 *Evincentis jus apparere dicitur, sivè per rem judicatam, vel partis confessionem, sivè per acta, vel publicum instrumentum, sivè per decisiones Rotales, ad effectum, ut quis transigendo non teneatur expectare realis evictionis eventum.*

46 *Venditor non potest emptoris transactionem impugnare, si nulla competebat defensio, vel non potest evictionis justitia, vel transactionis utilitas controverti, si transactio facta fuit ex justa causa, & bona fide. & nu. 47. Ampl. ut n. 48.*

DECISIO XIV.



Um quondam Franciscus Maria Amorinus sub die 23 Augusti 1624. titulo venditionis, & respectivè permutationis cum clausula constituti, & promissione defensionis, & de evictione, ac fidejussione, & obligatione in solidum quond. Joannis Antonii de Vignatis, pro rata tamen pretii capiente summam librarum 4000., & pro damnis, expensis, & interesse, eidem ratæ correspectivis tradidisset quondam Ludovico de Viggianis Domum magnam, & aliam parvam in Civitate Bononiæ sub Cappella Sancti Salvatoris, & versa vice Viggianus dedisset Amorino Prædium in duas petias terrarum distinctum in Communi Butrii cum reservatione specialis hypothecæ, & promissione pretii librarum decem millium, quod successivè solvit. Et de anno 1643. adversùs dictas Domus tunc possessas per D. Angelum Michaelem nepotem, & hæredem D. Ludovici Viggiani insurrexissent Alexander, & Julius Cæsar de Amorinis, tamquam ad eos spectassent in vim fideicommissi quon. Matthei de Amorinis, & mandatum de associando, & immittendo obtinuissent, & in gradu appellationis ad effugiendam sententiam confirmatoriam, & executionem Angelus Michael dictas Domus prævia concordia deindè relaxasset, movit idem post hæc judicium contra DD. Lauram, & Ludovicam sorores, & hæredes D. Joannis Antonii de Vignatis fidejussoris ut suprà pro relaxatione executionis pro dicta summa librarum 4000. atque pro rata proportionabili damnorum, expensarum, & interesse, & sententiam desuper obtinuit.

Quam hodie nos Judices appellationis cum clausula, si quid exequendum exequatur, sin minùs causa appellationis cognoscatur, confirmandam diximus, & confirmavimus.

Illius enim validitas non fuit in controversiam deducta.

Justitia vero videtur patens, quia

quia evictio secuta fuit ex causa
venditionis contractum præce-
1 dente, quo casu illius periculum
semper spectat ad venditorem,
Gratian. discept. 205. *num.* 5. *Rot.*
recent. par. 6. *decis.* 143. *num.* 13. qui
2 ex ipsius venditionis natura de
evictione tenetur, etiam si non
promiserit, *Gratian. discept.* 793.
num. 12. *Gregor. decis.* 25. *num.* 3.
Add. ad Buratt. decis. 381. *num.* 9.
Rot. post nostrum tract. de subbast.
3 *decis.* 4. *num.* 1. cum de jure, & con-
suetudine debeat, tradere rem
liberam, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2.
4 *decis.* 307. *num.* 4. unde eo fortiùs,
quando promisit, ut in præsenti
casu, *Gratian. discept.* 205. *num.* 14.
discept. 234. *num.* 2. *& d. discept.* 793.
num. 13. & faciunt relata per me
d. tract. de subbast. insp. 63. *num.* 39.
5 *&* 40. *& insp.* 64. *num.* 9. & in ter-
minis evictionis secutæ occasione
detecti fideicommissi, *Rot. penes*
Gilian. ad Statut. Perusi. decis. 57.
6 *num.* 10. *& seq.* prout ipsa evictio-
nis promissio admittitur, & ser-
vari solet pro assecuratione in
omnibus contractibus, *Rot. recent.*
7 *par.* 7. *decis.* 283. *num.* 17. & compe-
tit in casu promissionis etiam actio
ex stipulatu, *Gratian. d. discept.*
793. *num.* 13.
8 Fuitque evictio justa, & in
actis justificata tam ex testamento
fideicommittentis, quàm ex in-
ventario illius primorum hære-
dum, in quibus dictæ Domus
descriptæ leguntur, *Fusar. de fidei-*
comm. quæst. 618. *num.* 1. *&* 30. nec
non ex earum identitate, & fidei-
commissi purificatione in personis
dicti Alexandri, & Julii Cæsaris
de Amorinis in processu probatis.

Stante autem evincentium ju- 9
stitia, tenetur venditor de evictio-
ne, sivè ei fuerit lis denunciata,
sivè non, tamquam nulla defensio
competere potuisset, *Surd. de ali-*
ment. tit. 9. *quæst.* 42. *num.* 28. *Rot.*
recent. part. 4. *tom.* 2. *decis.* 18. *num.*
36. *& par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 337. *num.*
31. *&* 32. Sed hic cessat omnis dif-
ficultas, quia lis fuit debito tem-
pore, & in quolibet actu dictis
Mulieribus adversariis intimata,
& protestata, eædemque fuerunt
interpellatæ ad litem, & molestias
in se suscipiendum, & defenden-
dum cum protestatione de dam-
nis, & interesse, quo fit, ut, cum 10
litem ipsæ Mulieres in se non
susceperint, nec à molestationibus
emptorem defenderint, ut tene-
bantur ex earum auctoris promis-
sione, sibi imputare debeant, si
molestias de jure, vel etiam de
facto illatas non amoverint, *Rot.*
recent. d. par. 6. *decis.* 143. *num.* 14.
& secuta fuerit evictio etiam ex 11
facto Judicis iniusto, *Rot. recent.*
par. 4. *tom.* 2. *decis.* 18. *num.* 23. cum
ex parte sua emptor ad nihil aliud 12
teneatur, quàm ad denuncian-
dum, *Rot. recent. d. par* 4. *tom.* 2. *dec.*
13. *num.* 1. *& d. decis* 18. *num.* 23.
& sufficiat unica intimatio, nec 13
requiratur in quolibet actu, *d. dec.*
13. *in princip. & num.* 4. nisi forsan 14
in fidejussore contractus, *ead. dec.*
13. *in princ.*

Quamobrem, resoluta emptio- 15
ne per evictionem, illius contra-
ctus reputari debet, ac si nun-
quam fuisset celebratus, *Rot. recent.*
par. 7. *dec.* 92. *num.* 7. & aperta est 16
via emptori agendi ad damna,
interesse, ac expensas, *Marescott.*
var.

var. resolut. lib. 2. cap. 79. num. 5. Seraph. decis. 787. num. 6. Rot. penes Gilian. ad Statut. Perusin. decis. 57.
17 *num. 11.* & ad fructus amissos, *Marescott. d. cap. 79. num. 5.* & præ-
18 cipuè ad pretium solutum, *Buratt. decis. 399. num. 4.* & *Rot. recent. par. 6. d. decis. 143. num. 1. & part. 7.*
19 *decis. 155. num. 9.* quod est damnum, *Rot. recent. par. 6. d. decis. 143.*
20 *num. 8.* & semper restitui debet, etiamsi non adsit, vel non intret obligatio de evictione, *Rot. recent. part. 4. tom. 2. decis. 374. num. 1. & seqq. & par. 5. tom. 1. decis. 337. num. 27. & decis. 390. num. 9. in fin.* cum
21 statim, re evicta, oriatur nova actio pro consecutione ipsius rei, aut pretii, vel interesse, sicut emptori competebat, antequam sibi res vendita tradaretur, *d. decis. 390.*
22 *num. 10.* seù ad valorem rei de tempore evictionis, *Rot. recent.*
23 *par. 4. tom. 2. d. decis. 227. num. 1.* itaut, si fuerit auctus, ille etiam debeatur, *Marescott. d. cap. 79. num. 6. Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 227. num. 1.*

Non obstat, quod Domus, de quibus agitur, non fuerint evictæ,
24 sed dimissæ, evictione non expectata, & ideò non videtur esse locus regressui contrà venditorem.

Quoniam respondetur, quod,
25 sicuti emptori non est imputanda negligentia à venditore in non defendendo causam omninò peritorum, *Natt. cons. 462. nu. 8. lib. 2.*
26 ita [illegible] emptorem, & ipsius hæredem posse, detecta justitia imminentis evictionis, [illegible] [illegible]m agnoscere, & evictionem prævenire, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 337. num. 1. & decis. 390. nu. 1* ac offerre, *Gratian. discept. 549.* 27
num. 4. atque transigere, *Rot. recent. d. part. 5. tom. 1. decis. 337. num. 3. & decis. 390. num. 7.* & bona dimittere, *Rot. recent. par. 7. decis. 151. num. 11.* ac sine alterius damno 28
facere sibi rem proficuam, *d. decis. 151. num. 13.* & ne aliàs in præju- 29
dicium suæ existimationis videatur calumniari, *ead. decis. 151. n. 11.* & supervacaneam litem sustinere, 30
d. decis. 151. num. 12. & id tam post 31
sententiam contrà reportatam, & rem judicatam, ut hoc casu, & ante realem evictionem, *ead. decis. 151. num. 4. & 6.* & sive sententia lata 32
sit contrà emptorem invitum, *Rot. recent par. 5. tom. 1. d. decis. 390. num. 8.* & sive sit sententia Arbitri, 33
aut alterius Judicis, in quem idem emptor sponte, & [illegible] necessitate coactus consenserit, *ead. decis. 390. num. 9.* quàm ante latam senten- 34
tiam, & rem judicatam, *Rot. recent. d. par. 5. tom. 1. d. decis. 337. num. 3. & 8. & decis. 390. [illegible] & 16. & par. 7. d. decis. 151. num. 9. in fin.* & post plures [illegible] decisio- 35
nes, & ubi causa esset in expeditione, seu mandatum fuisset, ut expediretur, *ead. decis. 151. num. 3* 36
& evictio immineret in limine, *d. decis. 151. num. 4.* ac esset inevi- 37
tabilis, *ead. decis. 151. num. 4. & 9. in fin.* & non solum post diutur- 38
nam, & dispendiosam litem, & discussionem omnium articulorum, [illegible] *d. c. 337* [illegible] *&* *d.* [illegible] *15*[illegible] & 39
post [illegible],
Gratian. d. discep. 549. [illegible] sed 40

etiam

etiam lite non expectata, & nullo moto judicio, *Rot. recent. d. par.* 5.
41 *tom.* 1. *decis.* 337. *num.* 2. cum in jure claro, sivè si ejusmodi juris probationem assumere in se velit emptor, vel paratam habeat, semper eidem licitum sit bonam fidem agnoscere, *Rot. recent. d. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 390. *num.* 1. *& seq.*
42 *& num.* 6. *in fin.* & quidem etiam non facta venditori antecedente denunciatione litis motæ, vel movendæ, *ead. decis.* 390. *num.* 2.
43 quasi cessare videatur his casibus causa, ob quam emptor venditorem requirere teneatur, nec possit ipsius venditoris præjudicium aliquod considerari, dum nulla poterat eidem superesse defensio, *d. decis.* 390. *num.* 3. quamvis hic
44 intimatio præcesserit; & contigisse censeatur evictio statim atque possessor cognovit, rem à se evinci posse, *Rot. recent. part.* 5.
45 *tom.* 1. *d. decis.* 337. *num.* 2. atque de jure evincentis constare dicatur, sivè per rem judicatam, vel partis confessionem, sivè per acta, vel per publicum instrumentum, sivè per decisiones Rotales ad effectum, ut quis transigendo non teneatur expectare eventum realis evictionis, *Rot. recent. d. part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 337. *num.* 8. *& seqq. &*
46 *d. par.* 7. *decis.* 151. *num.* 6. nec valeat venditor transactionem impugnare, ad quam deventum fuerit, ubi nulla supererat defensio, vel ubi non potest evictionis justitiam, aut transactionis utilitatem controvertere, *Rot. recent. d. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 337. *num.* 31. *&* 32. *juncto num.* 13. *& seq. & decis.* 390.
47 *num.* 4. *& seq.* seu ubi transactio facta fuit ex justa causa, & bona fide, *d. decis.* 337. *num.* 18. & eo 48
magis si prævia protestatione, & intimatione facta venditori, ut in præsenti casu.

FIDEJUSSIONIS.
Jovis 14. Maii 1648.

ARGUMENTUM.

De ratificationis materia. Jura informia quando probent. Fidejussor alicujus quando teneatur etiam respectu alterius. Socius, & Institor dicitur habere à Socio, & Domino mandatum. In solidum obligati insolidum pati tenentur obligationem.

SUMMARIA.

1 *Filius stipulari potest pro patre.*
2 *Ratificatio inducitur, & probatur ex effectuatione contractus, ex retentione, & usu scripturæ obligationis, & illius productionis in judicio. & num.* 3. *&* 4. *Ampl. ut num.* 17. *&* 18.
5 *Ratificatio fieri potest expresse, & tacite, atque re, verbo, & tacito consensu. & num.* 6.
7 *Ratificatio deducitur etiam ex conjecturis.*
8 *Ratificatio non requirit partis præsentiam.*
9 *Ratificandi terminus non currit nisi à die interpellationis.*
10 *Ratificationis mora purgari potest ante factam à parte declarationem, se velle à contractu recedere. Ampl. ut num.* 11.
12 *Jura producta, vel repetita, parte*

parte citata, & non opponente, probant, quamvis informia, & in copia simplici.

13 *Contumax habetur pro consentiente.*

14 *Ratificatio requiritur in contractu ultrò, citròque obligatorio, & in absente, ad cujus favorem fuit facta stipulatio, aliàs interim quoad ipsum actio, & acquisitio stat inpendenti. & num. 15. & 16.*

19 *Fidejussor non tenetur nisi pro eo, quod debet principalis propria obligatione non pro eo, quod aliena, ut socij. Decl. ut nu. 20.*

21 *Socij dicuntur habere hinc inde mandatum ad obligandum.*

22 *Fidejussor unus ex pluribus non potest in solidum condemnari. Lim. ut num. 23.*

DECISIO XV.



Um D. Julius Piazza fortilitii Urbani Impresari us medio D. Camillo ejus filio, qui illum infrà octo dies ratificaturum promisit, in appaltum concesserit dictæ Arcis Furnum Antonio Grandetto sub fidejussione, & obligatione in solidū Antonii Guinetti, & Julii Ursoni, ac egerit ad pretium frumenti traditi, ad quod tenebantur insolidum in vim Apocæ desuper confectæ, primo contra Grandettum, & Guinettum, & deindè contrà Ursonum, & obtinuerit, atque ab Ursono appellatum fuerit ad hanc Rotam, fui pro confirmatione sententiæ D. Judicis à quo, prout ea pro majori parte DD. confirmata fuit, quia ea sit justa, & valida.

Justa, quia fuit doctum de obligatione condemnatorum, & præsertim Ursoni fidejussoris insolidum ad favorem D. Julii Piazzæ Actoris in forma Cameræ, stipulata per D. Camillum ejus filium, 1
qui potuit stipulari pro patre, *l. quod dicitur, & l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. Gabr. de verb. oblig. concl. 1. num. 49.* Et de receptione 2
tritici, & illius pretio, de quo agitur, & de ratificatione patris promissa per filium ex ipsa effectuatione contractus, & traditione tritici, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 197. in fin. & par. 6. decis. 56. num. 11.* & ex retentione, 3
& usu scripturæ obligationis, *Gratian. discept. 706. num. 9. & 10. Greg. decis. 331. num. 9. & 10. & Rot. recent. par. 6. decis. 88. nu. 24. & 26.* 4
& ex quo ex ea agebat in judicio, *Marescott. var. cap. 81. num. 14. lib. 1.* cum ratificatio possit fieri expressè, & tacitè, *Surd. cons. 28. num. 19.* 5
lib. 1. ac re, verbo, & tacito consensu, *Gratian. discept. 499. nu. 26.* 6
ac deduci etiam ex coniecturis, 7
d. decis. 56. num. 8. par. 6. recent. nec 8
in ea requiratur alterius partis præsentia, *Gratian. discept. 49. num. 5. & discept. 470. num. 24.* Atque fuit justitia sententiæ corroborata respectu ratificationis ex instrumento explicitæ ratificationis in Rota producto.

Non obstat ratificationem non fuisse secutam intrà tempus promissum.

Quia,

Quia, ultrà responsiones datas
in informationibus partis, Resp.
9 vel terminum non potuisse currere, nisi à die interpellationis, de
qua non constat, secundùm magis
communem, & receptam, *Gratian. discept.* 301. *num.* 40., & 42.
10 *Duran. decis.* 270. *num.* 8. vel potuisse moram purgari ante factam
per partem adversam declarationem, se velle à contractu recedere, *Duran. ibid. num.* 9. & eo magis
11 cum ex hoc non fuerit jus partis
factum deterius, *Duran. ibid. n.* 10.

Valida etiam, & justa videtur sententia contrà Ursonum ex probationibus factis cum aliis principalibus, & coobligatis, quæ fuerunt contrà ipsum citatum repeti-
12 ta, & reproducta, quoniam jura
producta, seu repetita parte citata, & non opponente probant contrà ipsam, quamvis sint informia, vel in copia simplici, ad relata per me *in tract. mand. de manuten. observ.* 97. *num.* 34. & *seqq.*
13 & *observ.* 98. *num.* 1. & *seqq.* & lex
habet contumacem pro consentiente, *Cutell. decis.* 22. *num.* 5.

Non obstat, quod in prima instantia non fuerit productum
14 instrumentum ratificationis, quæ
requirebatur, & præcedere debebat in contractu ultrò citròque obligatorio, *Gratian. decis.* 88. *nu.* 1.
15 *in addit.* & in absente, quia poterat
nolle sibi acquiri, & recusare acquisitionem, *Gratian. ibid. num.* 2.
16 itaut esset interim quoad ipsum
in pendenti actio, & acquisitio, *Gratian. discept.* 92. *num.* 44.

Nam respondetur de ratificatione satis constitisse ex aliis prædictis in prima instantia productis, & deductis, & ex ea resul- 17
tasse obligationem etiam ex parte
D. Julii patris ratificantis, *Rot. recent. part.* 7. *decis.* 46. *num.* 1. & 5.
& in illius prejudicium cum retro- 18
tractione etiam ad tempus gesti
actus, *Gratian. discept.* 963. *nu.* 14.

Non obstat, quod Ursonus sit
fidejussor Grandetti tantum, & 19
ideo non teneatur nisi pro eo, quod debet Grandettus propria obligatione, non pro eo, quod aliena, & sic Guidetti socii, cujus manu ut plurimum sunt receptiones frumenti, *Hering. de fidejuss. cap.* 27. *num.* 95.

Quoniam respondetur obiectum potuisse applicari, si agere- 20
tur de extensione obligationis Ursoni fidejussoris, *ad Greg. decis.* 445. *num.* 3. sed hic non agitur de extensione, cum Ursonus se obligaverit ab initio pro universo appaltu, & negotio Furni, suscepto per solum Grandettum, adeout, licet posteà Grandettus assumpserit in socium Guidettum, qui partem tritici recepit, & receptas subscripsit communi nomine, & triticum fuerit susceptum, explanatum, & consumptum in dicto Furno, & pro usu destinato Fortilitii Urbani, non remaneat ex hoc alterata fidejussio, & semper videamur esse in propria obligatione Grandetti, quia Guidettus considerandus est, uti Grandetti procurator, sive sit socius,
cum inter socios censeatur hinc 21
inde datum mandatum ad obligandum, *Rot. recent. part.* 6. *decis.* 246. *num.* 5. *Greg. decis.* 302. *num.* 2. *Add. ad Buratt. decis.* 810. *num.* 6. sivè sit institor, *Rot. recent. d. decis.*

246. *num.* 5. *Greg. decis.* 302. *num.* 2. *Add. ad Buratt. decis.* 85. *num.* 17. *Gratian. discept.* 196. *num.* 20. 25. & 30. *discept.* 385. *num.* 1. & *seqq.* & *discept.* 677. *num.* 23. & *decis.* 36. *num.* 17. & 18.

Non obstat, quod Ursonus haberet confidejussorem, seu con-
22 fidejussores, & ideò non potuerit insolidum condemnari, *Rot. recent. part.* 6. *decis.* 79. *num.* 15. & *decis.* 246. *num.* 2.

Quia respondetur illum esse
23 insolidum obligatum, & consequenter potuisse etiam insolidum condemnari, *Rot. recent. part.* 6. *decis.* 79. *num.* 15. & *decis.* 246. *num.* 2. cum vulgatis.

Cætera tolluntur ex allatis, & deductis in informationibus datis pro D. Piazza.

Et ita pro majori parte DD. resolutum fuit die Jovis 14. Maii 1648.

EXECUTIONIS.
Mercurii 18. Junii 1648.

ARGUMENTUM.

Donatarius universalis an teneatur ad debita. An pro debito Uxoris exequi possit contrà virum in bonis dotalibus. Creditum posterius quando efficiatur anterius. Donator an possit præjudicare donatario in via executiva. Apoca à defuncto subscripta exequi potest contrà illius hæredes, & donatarios. Retentionis jus quando non retardet executionem.

SUMMARIA.

1 *Donatarius universalis, vel majoris, aut maximæ partis bonorum, alio non existente hærede, vel donante existente non solvendo, tenetur actione personali, & executiva, ac reali ergà creditores, ut tenebatur defunctus, & illius factum servare debet. & nu.* 4. *Lim. ut num.* 11. *Sublim. ut num.* 12.

2 *Executio pro debito uxoris quando possit fieri in bonis dotalibus à viro possessis.*

3 *Donatarius non potest tollere jus creditorum antiquiorum, nec illis donator præjudicare.*

5 *Donatarius universalis videtur, seu est loco hæredis, vel propriè, & in effectu hæres. & num.* 6.

7 *Donator, etiam testamento non condito, non dicitur decedere intestatus, sed testatus.*

8 *Donatarius est ad instar hæredis cum inventario, & non tenetur nisi pro quantitate donata.*

9 *Donatarius universalis respectu antecedentis promissionis donantis non dicitur tertius possessor, nec agendum est contrà ipsum revocatoria, vel hypothecaria.*

10 *Tertius possessor non dicitur debitoris hæres.*

13 *Exceptio altioris indaginis non admittitur in judicio executivo.*

14 *Creditor posterior ex causa onerosa præfertur anteriori ex causa lucrativa.*

15 *Debitor cogi potest ad conficiendum super debito instrumentum.*

16 *Apoca quando non possit concurrere cum instrumento.*

17 *Apoca à debitore subscripta exequi potest contrà illius hæredes,*

redes, & donatarios, quamvis non habeat subscriptionem testium.

18 Creditori anteriori competit retentio. Decl. ut nu. 19. & 20.

20 Hæreditas in dubio præsumitur solvendo.

DECISIO XVI.



UAMVIS Excell. DD. de Dulphis creditores quon. Jo: Antonii Panzacchiæ à Iudice à quo obtinuerint executionem cõsumari adversùs DD. Federicum, & Raynerium dicti Jo: Antonii filios, & donatarios universales in, & pro ea tantùm summa, quam iidem donatarii ipsi Joanni Antonio solvere debebant anno quolibet, & solvisse non docuerunt; putavi tamen, & omnium Votis resolvimus, sententiam esse reformandam, & executionem consumandam pro tota summa contenta in Apoca à dicto Jo: Antonio, & duobus testibus subscripta.

1 Donatarius enim universalis, vel majoris, aut maximæ partis bonorum, alio non existente hærede, vel donante existente non solvendo, ut hoc casu, tenetur, & conveniri potest actione personali, & executiva à creditoribus anterioribus, ut tenebatur, & conveniri poterat defunctus, *l. si fideicommissum, §. 1. ff. de judic. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. cetera bona num. 46. vers. ubi vero donator. de testam. Dec. cons. 237. num. 6. in fin. Gratian. discept. 256. num. 17. Guid. Pap. decis. 105. Boer. decis. 204. num. 43. Mar. Cutell. de donat. tom. 1. discurs. 2. partic. 10. num. 64. & discurs. 3. partic. 6. num. 25. in fin. Duran. dec. 348. num. 1. & seqq.* ut in simili pro 2
debito uxoris ante matrimonium contracto fieri potest executio super bonis dotalibus per virum possessis, ubi ei omnia bona, seù eorum quota in dotem data fuerint, ut dixi *in tract. de subbast. insp. 18. num. 256.* Nec potest donata- 3
rius tollere jus creditorum antiquiorum, nec donator illis præjudicare, *Paris. cons. 70. num. 31. & seqq. lib. 4. Rayn. cons. 130. num. 5. & 6. lib. 1.* quinimmò donatarius 4
hujusmodi tenetur servare factum donantis, & contrà eum competunt actiones, quæ contrà donantem poterant exerceri, tàm reales, quàm personales, *Rot. recent. part. 7. decis. 135. num. 10.* cùm videa- 5
tur, seù sit loco hæredis, *Cutell. de donat. tom. seù tract. 2. discurs. 1. special. 1. num. 14.* ubi de communi, *& special. 20. num. 23. Duran. d. decis. 348. sub num. 4. & Rot. recent. par. 6. decis. 207. num. 9.* vel propriè, 6
ac in effectu hæres, *Cutell. d. tract. de donat. tom. 2. discurs. 1. spec. 38. num. 2. vers. nam quando*, ita ut do- 7
nator decedens, etiam alio non condito testamento, non dicatur decedere intestatus, sed testatus, *Cutell. d. vers. nam quando*, licèt 8
ipse donatarius habeatur tamquàm hæres cum inventario, & non teneatur nisi pro quantitate donata, *Cutell. d. tract. de donat. tom. 1. discurs. 2. partic. 10. num. 65.*

& tom. 2. discurs. 1. spec. 1. num. 14.
9 Non autem donatarius universalis respectu promissionis antea factæ potest dici tertius possessor, ita ut agendum sit revocatoria, vel hypothecaria, *Guid. Pap. d. decis. 105. Rot. penes Mangil. de subbast. decis. 105. num. 2.* & ego habui in *tract. etiam de subbast. insp. 18. num. 81.* & sentit *Rot. post nostrum tract. de manutent. decis. 310. num. 3.* prout
10 nec tertius possessor dicitur debitoris hæres, *Gratian. decis. 15. nu. 9.*

Non obstat, quod dictus Federicus, & Raynerius excipiant de fideicommissis ad eorum favorem, & se non habere bona à patre donante fideicommissis gravato, sed à gravante, seù gravantibus, & fideicommittentibus, & sic omnia bona donata esse fideicommis-
11 sis supposita, & consequenter non posse conveniri ut donatarios, *Rot. recent. d. part. 7. decis. 135. num. 11.*

12 Quia respondetur hic fideicommissa non fuisse concludenter probata, præsertim quoad omnia corpora, prout in *d. decis. 135.* & prout opus erat, *Rot. recent. par.*
13 *4. tom. 2. decis. 460. num. 17.* & esse id altioris indaginis, quod non admittitur in judicio executivo.

Non obstat, quod Apoca sit posterior instrumento donationis.

Respondetur enim, quod, licet Apoca sit posterior respectu datæ, est tamen anterior respectu causæ, & quidem onerosæ, & in
14 processu justificatæ, ac proindè præferenda est donationi, quæ est ex causa merè lucrativa, *Gratian. discept. 391. per tot.* & in fortioribus terminis *Cutell. de donat. tom. 1. discurs. 3. partic. 6. num. 28. & 29.* & videtur etiam in donatariorum 15
præjudicium potuisse Jo: Antonius donator executivè obligari, dum tamquàm jàm obligatus cogi poterat ad instrumentum desuper conficiendum, *Natt. cons. 382. nu. 2. lib. 2. Gratian. discept. 391. nu. 15.*

Non obstat, quod Apoca non 16
possit concurrere cum instrumento, uti non habens requisita *l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab.*

Quoniam respondetur Apo- 17
cam hanc subscriptam à defuncto probare, & exequi posse etiam contrà illius hæredes, quales sunt donatarii prædicti, ac quamvis non haberet subscriptionem testium, *Greg. dec. 328. num. 1. & 2. Buratt. decis. 750. num. 1. & 2.*

Non obstat demùm, quod dicti de Panzachiis prætendant, se esse creditores anteriores occasione alienationum bonorum 18
fideicommissariorum, & consequenter eisdem competere retentionem.

Etenim, ultrà quod prætensa summa non est liquida, & retentio 19
non potest competere nisi pro summa liquida, & mensura crediti, *Medic. examin. 56. num. 27.* Respondetur hæreditatem præsumi 20
solvendo, & donec non constat concludenter de contrario, non videtur retardanda executio, ut habui in *tract. mand. de manuten. obser. 56. nu. 9. & seqq.*

Et ita resolutum fuit utraq; &c.

Dotis.
Martis 23. Junii 1648.

ARGUMENTUM.

Creditum in ſalviano requiritur liquidum. Hæres ſui debitoris an, & quomodo cenſendus ſit ſibi ipſi ſatisfeciſſe per imaginariam ſolutionem, & an, & quando confundat, vel non proprium creditum, & quando, vel non ſibi competat pro credito retentio. Poſſeſſio debitoris, & Rei conventi in ſalviano quomodo probata dicatur. Citatus in ſubhaſtatione, & non ſe opponens an, & quando ſibi præjudicet in propriis juribus. Judex quando, lata ſententia, non impediatur aliam ferre, & quid, ſi admiſerit appellationem à prima. Cauſæ avocatio an, & quando facta dicatur Subhaſtatio de jure communi non ſe compatitur cum ſalviano, niſi impetrata à Principe licentia.

SUMMARIA.

1 *Creditum cum hypotheca probatur ex inſtrumento dotali.*

2 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii non confundit ſuum creditum.*

3 *Creditum liquidum requiritur ad ſalviani effectum.*

4 *Hæres creditor preſumitur ſibi ex bonis hæreditariis per imaginariam ſolutionem ſolviſſe, & id obſtat ſibi ad obtinendum in ſalviano. & num. 5. Ampl. ut num. 6.*

7 *Hæres creditor tenetur in primis ſibi appropriare mobilia, antequam deveniat ad ſtabilia, & imputare quidquid ad eum pervenerit ex hæreditate.*

8 *Hæres cum inventario, & creditor poteſt ejus actiones per viam etiam ſalviani, uti tertius experiri.*

9 *Hæres cum inventario repræſentare poteſt etiam creditoris perſonam.*

10 *Præſumptio, quod hæres creditor cenſeatur ſibi ſolviſſe de bonis hæreditatis inducta eſt in ejus favorem, non in damnum.*

11 *Hæres cum inventario, & creditor facit bona fide fructus ſuos in præjudicium aliorum creditorum.*

12 *Hæredi quando non competat retentio pro ejus prætenſis creditis & num. 13. & 14.*

15 *Hæres non juvatur inventario, donec ſufficienter de bonis inventariatis rationem non reddat, nec ſi hæreditas ſit ſolvendo. & num. 16.*

17 *Poſſeſſio debitoris ad effectum ſalviani probatur ex executione, ſubhaſtatione, & deliberatione contrà eum facta poſt obligationem.*

18 *Ampl. & ſignanter contrà licitantem, & deliberatarium.*

19 *Poſſeſſio Rei conventi in ſalviano probatur ex litis ſubſtentatione.*

20 *Salviano locus eſt probatis Actoris credito cum hypotheca, & poſſeſſione debitoris de tempore obligationis, vel poſt, & Rei conventi de tempore præſenti bonorum, ad quæ agitur.*

21 Cre-

21 *Creditor citatus in subbastatione, & non opponens, nec appellans amittit hypothecam. Declar. ut num. 22. & 23.*

24 *Judex per sententiam functus dicitur officio suo, nec potest aliam in eadem causa ferre sententiam. Lim. ut num. 25. & 30.*

26 *Judex potest pronunciare, non liquere.*

27 *Pronuncia Judicis, quod non liqueat, videtur habere vim sententiæ absolutoriæ ab observatione judicii.*

28 *Sententia absolutoria ab observatione judicii non tollit actionem, quin denuò agi possit. Ampl. ut num. 29.*

31 *Judex deferens appellationi ligat sibi manus. Decl. ut nu. 33. 34. & 35.*

32 *Expensarum articulus est separatus à negotio principali.*

36 *Expensarum condemnatio in sententia absolutoria ab observatione judicii est Judici arbitrarium.*

37 *Expensarum condemnatio est Judici arbitrarium in omnibus causis.*

38 *In arbitrariis Judex argui non potest, nec admittitur appellatio.*

39 *Reservatio juris meliùs agendi in absolutoria ab observatione judicii nihil de novo tribuit.*

40 *Probari possunt non probata in alio judicio, vel instantia.*

41 *Avocatio causæ coràm alio Judice introductæ in dubio non præsumitur. Ampl. ut num. 42. & 43.*

44 *Causa terminari debet coràm primo Judice, de avocatione non constito.*

45 *Clausula Constituti, & Precarii ex formulario Bononiæ dat facultatem subbastandi.*

46 *Subbastatio in judicio salviani de iure communi non admittitur sine Principis licentia.*

DECISIO XVII.



LUCRETIA de Mullis collocata fuit in matrimonium à Flaminio patre cum qu. Vincentio de Cagnolis sub die 23. Novembris 1627. constituta, assignataque sibi dote lib. 2000. & addita per eundem Vincentium contradote aliarum similium libr. 2000. specificata causa *per l'affetto grande, che porta alla predetta Sig. Lucretia sua sposa*; quam dotem, & contradotem ipse Vincentius vir restituere promisit in omnem restitutionis casum juxtà formam Statutorum Bononiæ cum obligatione bonorum, ut in instrumento desuper celebrato in Civitate Venetiarum.

Vita functo dicto Vincentio de anno 1642. condito priùs testamento, in quo prævia ratificatione dicti instrumenti dotalis, & donationis eandem dotem, & donationem eidem D. Lucretiæ legavit, & ipsammet hæredem universalem instituit; Adivit Lucretia hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii, & deindè coram

coram D. Auditore Generali Bononiæ sine præjudicio possessionis, & illius continuationis, ac utendi propria auctoritate productis dictis instrumento, & testamento petiit, ac obtinuit mandatum de associando, ac immittendo in Prædio sito in Communi Crepaleori, cum quo illius Tenutam appræhendidit; Sed cum R. D. Thomas Papazzonus successivè ad judicium venisset, faciendo se dicti Prædii possessorem, ex quo illud emerat sub hasta vivente adhuc dicto Vincentio sub die 18. Julii 1641. pro se, & D. Capitaneo Alexandro Papazzono, & instando pro manutentione, consensit Lucretia manutentioni præfatæ, & suspensioni Tenutæ ad ejus favorem captæ usque ad jus cognitum in meritis, super quibus prosequuto judicio pro dotium restitutione, & consequutione prævia repetitione productorum, & Tenutæ primò cum dicto Thoma, & eo, ut prætenditur, mortuo cum dicto D. Capitaneo Alexandro Papazzono uti illius hærede, & cessionario, D. Auditor Generalis sub die 16. Novembris 1646. sententiam protulit, in qua dictam Tenutam revocavit, reservato D. Lucretiæ jure iterum de novo meliùs probandi, & ambas partes ab expensis absolvit, præterquam ab honorario.

Undè D. Lucretia sub die 19. dicti mensis Novembris ejusdem anni 1646. inhærendo etiam aliis petitis, quatenùs illis locus esset, novum judicium instituit contrà eundem Papazzonum coràm eodem D. A. Generali petendo confirmationem Tenutæ aliàs captæ in dicto Prædio Crepaleori ad effectum consequendi ejus dotes, & interusuria dotalia decursa, & decurrenda ad rationem libr. 7. pro centenario juxtà formam Statutorum tàm in vim instrumenti dotalis, quam testamenti, & ex remedio salviani, & quocunque alio remedio legis, Canonis, aut Satuti, repetito primo processu, necnon productis dicto instrumento emptionis dicti Prædii sub hasta, atque aditione hæreditatis dicti Vincentii, ac inventario, & prosecuto judicio primò cum dicto Thoma, & eo mortuo cum D. Capitaneo Alexandro Papazzono, pro quo etiam Thomas emit, & illius hærede, sententiam obtinuit confirmatoriam Tenutæ pro libr. 2000. & interusuriis ad rationem 7. decursis, & decurrendis usque ad effectualem satisfactionem ad effectum eam pro se retinendi, donec fuerit satisfacta, vel subhastandi.

Successivè die 23. ejusdem Procurator Papazzoni appellavit à dicta sententia in partibus præjudicialibus, & de nullitate dixit, & D. A. Generalis appellationi detulit, eamque admisit si, & in quantum.

Postmodum die 7. Januarii 1647. idem Procurator Papazzoni adiit Eminentissimum Legatum, & petiit causam dictæ appellationis committi cum toto negocio principali annexis, connexis, & emergentibus, non obstante, quod denuò cœperint, & prosequuti fuerint judicium super eodem negoçio coram eodem D. A.

Ge-

Generali, cum facultate revocandi attentata in primis, & ante omnia, & Eminentissimus causam commisit juxtà petita in hac Rota Excellentissimo D. meo Venturino cum Voto aliorum duorum Rotæ Auditorum sorte extrahendorum, coràm quo sub die 23. dicti mensis fuerunt, parte citata, producta præfatum Rescriptum, & extractiones factæ de Excellentissimis DD. meis Sperandeo Prætore, & Pellicciario, qui inhibitionem decrevit, & relaxavit, quæ solummodò præsentata fuit D. Francisco Galeratæ Notario Fori Civilis Eminentissimi Legati sub die prima Aprilis 1647.

Interim pro parte dictæ D. Lucretiæ fuit prosequutum dictum secundum judicium coram D. A. Generali, citato Procuratore dicti Papazzoni, & etiam ad litem indefensam deputato, & citato Curatore, & demum sub citatione, & instantia pro sententia cadente pro dicta prima die Aprilis 1647. præsente procuratore Papazzoni, & opponente, obstare inhibitionem D. Venturini, quam ad docendum producente, & protestante de attentatis D. A. Generalis secundam sententiam tulit, in qua supradictam Tenutam confirmavit pro summa libr. bis mille, & interusuriis dotalibus decursis, & decurrendis usque ad effectualem satisfactionem ad rationem libr. 7. pro centenario, & anno ad effectum bona pro se retinendi, donec fuerit satisfacta, vel subhastandi juxtà tenorem petitionis.

A qua sententia procurator dicti Capitanei Alexandri Papazzoni appellavit, & de nullitate dixit, & appellationis causam in hoc nostro Auditorio coràm Excellentissimo D. Mengatio antecessore meo per extractionem introduxit.

Undè, causa hodiè pro resolutione, & expeditione à me proposita super confirmatione, vel infirmatione, seù reformatione dictæ ultimæ sententiæ Judicis à quo, Domini resolverunt pro immissione ad favorem D. Lucretiæ ad effectum retinendi, donec illi fuerit satisfactum de eo, quod, reddita per ipsam ratione bonorum hæreditariorum dicti Vincentii viri in inventario descriptorum, debitum remanserit vigore antenuptialis donationis juxtà liquidationem in executione faciendam, & reservatione eidem juribus pro prætensis alimentis dotalibus; necnon salvis dicto Papazzono juribus pro expensis primi judicii cognoscendis in causa dictæ primæ appellationis, & secundùm præmissa bene, vel male respectivè fuisse judicatum, & appellatum.

Visum enim fuit Dominis constare de credito Lucretiæ cum hypotheca ex instrumento dotali, *Pacif. de salv. insp. 1. cap. 5. num. 4. Mantic. decis. 69. num. 1. & 2. Seraph. decis. 1200. num. 1. Duran. decis. 40. num. 11. Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 104. in princip. & nu. 1. & decis. 187. in princ. & num. 1.* 1
quod, licet eadem sit etiam hæres Vincentii viri debitoris, non confusit, stante aditione cum beneficio legis, & inventarii, *Rot. recent.* 2

par.

part. 4. tom. 2. deciſ. 46. num. 6. dec.
145. num. 7. & part. 6. deciſ. 2. num.
2. & 3. & deciſ. 298. nu. 5. & par.
3 *7. deciſ. 114. num. 22.* ſed illud non
eſſe ſufficienter liquidum, prout
requiritur in ſalviano, *Pacific. de*
ſalv. inſp. 1. cap. 5. circa princ. &
inſp. 5. cap. 1. ſub num. 34. & ibi
Rot. deciſ. 203. num. 1. & 3. & *Rot.*
in . . . . penes Marcheſ.
de commiſſ. par. 1. fol. 1042. num. 1.
Card. Mellin. deciſ. 328. num. 1.
4 animadvertendo, quod ea uti
hæres per imaginariam volutio-
nem cenſetur ſibi de bonis hæ-
reditariis ſolviſſe, *Rot. recent. par.*
4. tom. 2. deciſ. 207. num. 13. & par.
6. deciſ. 2. num. 11. & *in Tibutina*
Redditionis Rationis 3. Junii
1647. coram R. P. Meltio, & in
5 terminis, hoc eſt ad effectum
impediendi judicium ſalviani,
Greg. XV. deciſ. 67. num. 10. ubi
6 *Beltram. num. 15.* non obſtante,
quod adiverit cum beneficio
legis, & inventario, dum ex ejus
lectura apparet adeſſe bona,
Greg. d. deciſ. 67. num. 11. & ſeqq.
7 debetque in primis diſtrahere,
& ſibi appropriare bona mobilia,
Rot. recent. par. 7. deciſ. 127. nu. 12.
in fin. & 13. & tenetur imputare
quidquid ad eam pervenit ex
ſubſtantia, & hæreditate teſtato-
ris, *Greg. XV. deciſ. 568. num. 7.*
8 licet aliàs non prohibeatur hæres
cum inventario, & creditor ejus
actiones per viam etiam ſalviani
experiri, uti tertius creditor,
Rot. recent. part. 4. tom. 2. d. deciſ.
9 *187. num. 13.* cujus etiam perſo-
nam repræſentare non prohibe-
tur, *Rot. recent. par. 6. d. deciſ. 2.*
10 *num. 18.* & præſumptio, quod
cenſeatur ſibi ſolviſſe de bonis
hæreditariis ſit inducta in hære-
dis favorem, non in damnum,
Beltram. ad d. deciſ. 67. Greg. nu. 17.
itaut, ſtante inventario, & cre- 11
dito, faciat etiam bona fide fru-
ctus ſuos in præjudicium alio-
rum creditorum hæreditario-
rum, *Rot. recent. part. 4. tom. 3.*
deciſ. 626. num. 7. & 9. & par. 6.
d. deciſ. 2. num. 12. & par. 7. deciſ.
127. num. 10. & ſeqq. nec in præ-
ſenti caſu conſtat de valore
bonorum contentorum in inven-
tario, & conſequenter nec an ea
abſorbeant, vel excedant credi-
tum, ſeù pro qua rata illud dimi-
nuant.

Neque obſtare cenſuerunt, quod Lucretia prætenderet bona hæreditaria inventariata retinere pro alio credito contradotis, expenſis funeris, & debitis hæreditariis ſolutis.

Quia, præterquam quod fu-
neris expenſæ non fuerunt juſti- 12
ficatæ, ut opus erat, *Rot. recent.*
par. 6. deciſ. 5. num. 15. prout nec
verificata fuerunt debita hæredi-
taria, & eorum ſolutiones, ut 13
etiam neceſſe erat, *Rot. recent.*
par. 4. tom. 2. deciſ. 417. num. 18. &
par. 5. tom. 1. deciſ. 184. num. 10.
Reſponſum fuit, quod, dum non 14
conſtat, quod dictum creditum,
pro quo intendit Lucretia reti-
nere ſuperet ſtatum hæreditatis,
non poteſt evitare vexationes,
& compenſationem, ſeu impu-
tationem ad *Rot. recent. par. 6.*
deciſ. 2. num. 15. nec juvari inven- 15
tario, donec non reddat ſuffi-
cienter rationem de bonis inven-
tariatis, *Rot. recent. part. 6. d. deciſ.*

16 2. *num.* 5. nec si hæreditas sit sol-
vendo, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1.
decis. 88. *num.* 13.

17 Prout visum fuit constare de
possessione Vincentii debitoris
ex executione, & subhastatione,
& deliberatione contrà ipsum de
eodem Prædio facta post dictam
obligationem, ad relata per me
in *tract. de subhast. insp.* 58. *num.* 6.
18 & 10. & præcipuè contra Papaz-
zonum, qui licitavit, & emit, &
causam ab eodem Vincentio ha-
bere dicitur, quamvis per manus,
& facto Judicis illum repræsen-
tantis, ut in *d. tract. de subhast.*
insp. 53. *num.* 17. & *seqq.* & *insp.*
65. *num.* 47.

Nec non de moderna posses-
19 sione eiusdem Papazzoni, saltem
ex acerrima litis substentatione,
Pacific. de salv. insp. 1. *cap.* 6. *nu.* 4.
Rot. recent. par. 4. *tom.* 2. *decis.*
187. *num.* 3.

20 Stantibus autem credito cum
hypotheca, & possessione debi-
toris de tempore obligationis,
vel post, ac possessione Rei con-
venti bonorum, de quibus agi-
tur, locus est salviano juribus
vulgatis; suspensa tamen hoc
casu executione usquequo fiet
certa crediti liquidatio mediante
ratione reddenda bonorum hæ-
reditariorum, ut supra.

21 Non obstat, quod Prædium,
de quo agitur, videatur libera-
tum ab hypotheca Lucretiæ,
dum ipsa in illius subhastatio-
ne, & creditorum graduatione,
ad aliorum creditorum instan-
tiam fuit citata, & non opposuit,
nec appellavit, ad tradita per me
d. tract. de subhast. insp. 54. *num.*
24. & *seq.*

Tum quia tunc ea, viro vi- 22
vente, non erat adhuc creditrix
dotis; Tum quia ad effectum
amissionis hypothecæ debebat ei
præfigi terminus ad agendum,
& fieri citatio personaliter ad
dicendum quidquid vellet ad-
versus alienationem, & interes-
sendum venditioni fiendæ, &
jura sua deducendum, *Gait. de*
cred. cap. 4. *quæst.* 12. *num.* 2162.
& *seqq. Cutel. de donat. tract.* 1.
discurs. 2. *partic.* 6. *num.* 53. *vers.*
praxis vero. Ant. Fab. de error.
pragmat. tom. 1. *decad.* 1. *error.* 6.
sub num. 6. *Ursell. in verb. anterio-*
ritas, concl. 119. *num.* 21. *Seraph.*
decis. 994. *num.* 2. & 3. quod fa-
ctum non apparet, & creditori 23
in subhastatione non citato, seù
non legitimè competit salvia-
num, ut dixi *d. tract. de subhast.*
insp. 54. *num.* 18.

Non etiam relevat, quod sen-
tentia D. Judicis à quo fuerit lata
sine jurisdictione, & attentata,
ex quo jam functus esset officio 24
suo, dum tenutam captum antea
revocaverat, *l. Judex, ff. de re*
judic. Lancell. de attent. par. 3. *cap.*
28. *num.* 24. *Gratian. discept.* 42.
num. 30.

Quoniam respondetur pri- 25
mam sententiam non fuisse diffi-
nitivam, sed interlocutoriam,
declarantem, non liquere ob de-
fectum probationum, dum non
obsolvit ab impetitis, & reserva-
vit jus melius probandi, qui mo- 26
dus pronunciandi in his terminis
non videtur novus, ad *Gratian.*
discep. 72. *num.* 46. & 49. & vide- 27
tur habere vim sententiæ absolu-
toriæ ab observatione judicii,
per

28 per quam ſicuti non tollitur
actio, & quin denuo agi poſſit,
Jaſ. in l. properandum, §. & ſi qui-
dem num. 18. *C. de judic. Silvan.*
conſ. 5. *num.* 9. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 3. *de*
29 *dol. & contumac. in nov.* & eo magis
ubi Actori jus reſervatur, ut hic,
Gaballin. ad Conſtit. March. lib. 6.
cap. 1. *in gloſ. appellationibus, ſub*
30 *num.* 20. ita non expirat ejuſdem
Judicis juriſdictio, *Socin. jun. conſ.*
135. *num.* 4. *lib.* 2.
Non obſtat rurſus, quod Ju-
dex à quo detuliſſet appellationi
31 dictæ primæ ſententiæ, & ſic
ligaſſet ſibi manus.
Reſpondetur enim primò,
appellationem legi interpoſitam
eſſe à præjudicialibus, & conſe-
quenter ab abſolutione ab ex-
32 penſis, qui eſt articulus ſeparatus
33 à negocio principali, in quo
propterea non remanſerunt liga-
tæ manus, *Lancell. de attent. par.*
2. *cap.* 12. *num.* 1. & 40.
Reſpondetur ſecundò admiſ-
ſionem eſſe cum clauſula, ſi, &
34 in quantum, quæ non operatur,
ut Judex ligaverit ſibi manus,
ubi agitur de appellatione non
admiſſibili, *Lancell. de attent. loc.*
cit. limit. 1. *num.* 90. *Rot. poſt no-*
ſtrum tract. mand. de manuten. deciſ.
35 219. *num.* 7. & 8. & fortiùs cum
Judex ita facto ſe declaraverit,
dum ante appellationem, & hu-
juſmodi admiſſionem cœpiſſet
procedere in novo judicio, ad
tradit. per me d. tract. de manut.
obſerv. 106. *num.* 30. In præſenti
autem caſu non admittebatur
appellatio, quia condemnatio
36 expenſarum in ſententia abſolu-
toria ab obſervatione judicii eſt

Judici arbitrarium, *Gratian. dec.*
137. *num.* 21. & *in addit. num.* 7. 37
vel immo etiam generaliter in
aliis caſibus, *Gratian. diſcept.* 55.
num. 53. & in arbitrariis Judex 38
argui non poteſt, nec permittitur
appellatio, *Menoch. de arbitr. lib.*
1. *quæſt.* 70. *num.* 6. *verſ. contra-*
rium, & *ſeq.*
Cui non obſtat, quod inter
præjudicialia poſſit conſiderari
etiam reſervatio juris Actori
iterum melius probandi.
Nam reſpondetur hujuſmodi 39
reſervationem nihil de novo tri-
buere, ſtante regula, Non pro- 40
bata probabo &c. *Lancell. ubi ſup.*
limit. 27. *num.* 3. & *ſeqq. Seraph.*
deciſ. 575. *num.* 4. *Greg. XV. deciſ.*
164. *num.* 9. ubi *Add. num.* 12. &
deciſ. 208. *num.* 1. *Cavaler. deciſ.*
421. *ſub num.* 9. *Buratt. deciſ.* 824.
num. 7.
Non obſtat pariter, quod
cauſa appellationis à dicta prima
ſententia penderet commiſſa in
Rota D. meo Venturino cum
toto negocio principali.
Quia reſpondetur in dicta
commiſſione non fuiſſe expreſsè
avocatam cauſam jam introdu-
ctam, & pendentem coràm D.
Auditore Generali, & in dubio 41
avocatam non præſumi, *Lancell.*
de attent. par. 2. *cap.* 10. *num.* 50.
nec ſufficere mentionem litis per 42
clauſulam generalem, Non
obſtante litis pendentia, niſi fiat
mentio de proceſſu, & ſtatu cau-
ſæ, vel fiat motu proprio, & non
ad partis inſtantiam, *Lancell.*
ibid. num. 52. & *ſeqq. Gratian.*
diſcept. 628. *num.* 19. Nec avoca- 43
tio tacita ad inſtantiam partis

facta operatur, quando, ut hic, non fuerunt oppositæ, & exhibitæ secundæ litteræ, *Lancell. loc. cit. num.* 18. *Gratian. d. discept.*
44 628. *num.* 17. *&* 18. Unde, de avocatione non constito, causa terminari debebat coràm primo Judice, *Marches. de commiss. par.* 2. *de comm. avocat. caus.* §. 4. *n.*47. & ibi *Rot. in Laudien. Pecuniaria prima Julii* 1588. coram *Orano fol.* 144. *num.* 3. *& seqq. Seraph. decis.* 597. *num.* 4.

Facultatem verò Prædium subhastandi concessam à Judice à quo Domini non approbarunt, Quia instrumentum dotale non fuit rogatum Bononiæ cum solita clausula constituti, & precarii juxtà illius formularium,
45 quod hanc facultatem subhastandi continet, sed illud rogatum legitur Venetiis, nec habet dictam clausulam, seu clausulas;
46 nec per consequens est compatibilis subhastatio cum judicio salviani, nisi impetretur à Principe licentia, juxtà ea, quæ habui in *d. tract. de subhast. insp.* 38.

Et ita utraque &c.



REINTEGRATIONIS.

Lunæ 3. Augusti 1648.

ARGUMENTUM.

Subhastatio facta, aliquo ex pluribus possessoribus non citato; est nulla, & spoliativa respectu illius portionis, si sit divisibilis, & e contrà respectu totius. Quando facto proprio dicatur quis à possessione cecidisse, vel non, & alia de reintegrationis materia.

SUMMARIA.

1 *Possessore aliquo ex pluribus non citato, nulliter ad executionem, subbastationem, & adiudicationem proceditur. Decl. ut num.* 2. *&* 3.

2 *Possessor unus ex pluribus pro indiviso, suam tantùm ratam possidere dicitur.*

4 *Citationis defectus quoad unum ex pluribus possidentibus an noceat quoad alios legitimè citatos.*

5 *Adiudicatio valere potest quoad unum, & infringi quoad alios.*

6 *Executio, subbastatio, & adiudicatio, possessore aliquo non citato, illum spoliat.*

7 *Reintegrationi locus est, stante spolio, & nullitate processus.*

8 *Clausula, Quam, & quas, dat facultatem pronunciandi tamquam in prima etiam in gradu appellationis.*

9 *Immissionem petens fatetur, se non possidere, vel possessionem amittit. Decl. ut num.* 11.

10 *Rein-*

10 *Reintegratio non competit ei, qui facto proprio à possessione cecidit.*
12 *Solutione ejus, quod debetur, omnis tollitur obligatio, & hypotheca.*
13 *Variationi, & cumulationi actionis quando sit locus.*
14 *Spolii remedium requirit solam antiquiorem possessionem, absque alia justificatione, vel jure.*
15 *Spoliatus est ante omnia restituendus, omni exceptione, & cognitione super meritis postposita. Ampl. ut nu. 16. & 17.*

DECISIO XVIII.



OMMUNITAS Castri Bononiensis habens mādatum executivum ab A. C. relaxatum pro quadam pecuniarum summa contrà Julium, & Antonium de Marabinis, ac bona hæreditaria qu. Marci eorum patris, illud exequi fecit super Vinea, cujus prævia subhastatione adjudicationem quoque obtinuit de consensu etiam Antonii, qui & de rato promisit pro Julio fratre, & pro Joanne nepote minore.

Insurrexit deinde dictus Joannes minor, & tamquam non citatus, & habens jus hypothecæ in Vinea uti creditor dotis maternæ instititit coram D. Auditore Generali pro immissione, qui Communitatem absolvit ab observatione judicii.

Cæterum commissa successivè appellationis causa Excellentissimo D. Gisalpino Auditori Eminentissimi D. Legati cum clausula Quam, & quas, & facultate dictum Joannem reintegrandi cum Voto meo in decidendo, Votum transmisi, & pronunciatum fuit pro reintegratione ad tertiam partem pro indiviso.

Motus fui, ex quo ex depositionibus trium testium formiter examinatorum in hac secunda instantia probata fuit possessio ipsius Joannis dictæ Vineæ pro indiviso cum patruis de tempore executionis, & videtur, eam supposuisse etiam Communitas, dum in adiudicatione procuravit obligationem Antonii de faciendo Joannem ratificare.

Qua stante possessione Joan- 1
nis, nulliter ad executionem, subhastationem, & adiudicationem processum fuit, illo non citato, ad adducta per me in *tract. de subbast. insp. 23. num. 25. & seqq. Gregor. decis. 319. num. 1.* ubi *Beltram. num. 7. Duran. decis. 37. num. 9. Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis. 535. nu. 4. & 5.* Respectu 2
tamen ipsius portionis, (quam solam dicitur possidere, *l. 1. §. si ergo, ff. si pars hæred. pet. Rovit. cons. 45. nu. 7.*) & interesse, secus 3
respectu portionum, & interesse citatorum, cum possit executio, & adiudicatio sustineri in præsenti casu quoad ipsorum citatorum portiones absque eo, quod præjudicetur portioni Joannis non citati, nec sit adeò connexum interesse, ut dividi, separari,

4 rari, & distingui non possit, quo casu defectus citationis quoad unum non nocet quoad legitimè citatos, *Add. ad d. decis. Greg.* 319. *num.* 7. & ego habui *d. tract. de subhast. insp.* 23. *num.* 36. & tradit *Anton. Nigr. eod. tract. sub rubr. de deliber. cap.* 1. *num.* 9. *& ibid.* §. 3.
5 *num.* 10. *& seqq.* & potest adiudicatio valere quoad unum, & infringi quoad alium, *Caball. cons.* 31. *num.* 3. & dixi *d. tract. de subhast. insp.* 50. *num.* 84.

6 Ubi autem fuit processum ad executionem, subhastationem, & adiudicationem, possessore aliquo non citato, ut hoc casu, dicitur ille possessor spoliatus, juxtà relata per me *d. tract. de subhast. inspect.* 23. *nu.* 26. & tradit *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 212.
7 *num.* 1. *&* 7. & stante spolio, ac nullitate processus fit locus actioni spolii, & reintegrationi ad primævam possessionem ad favorem ipsius spoliati, ut habui *d. tract. insp.* 58. *num.* 16. *& seqq. Greg. decis.* 362. *in princ. & per tot. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 363. *num.* 4. *&* 5. & potuit reintegratio in gradu etiam appellationis
8 dari tamquam in prima, stante clausula, Quam, & quas, *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 202. *num.* 7.

Non obstat, quod Joannes facto proprio ceciderit à possessione, dum in prima instantia
9 petiit immissionem, ex qua petitione vel fassus fuit, se non possidere, vel possessionem amisit, si habebat, ad tradita per me in *tract. mand. de manuten. observ.* 57. *num.* 73. & ibi, *Rot. decis.* 14. *num.* 18. *decis.* 179. *num.* 6. *decis.* 329. *num.* 6. *& decis.* 519. *num.* 6. *& in recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 406. *nu.* 6. & ei, qui facto proprio à posses- 10
sione cecidit, reintegratio denegatur, *Put. decis.* 276. *num.* 1. *lib.* 3. *in correct. Rot. recent. par.* 1. *decis.* 628. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 559. *num.* 19. post *Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.* 95.

Etenim respondetur, id pro- 11
cedere in immissione petita ab ipso principali, vel ab illius procuratore speciale mandatum habente, *Greg. decis.* 546. *num.* 12. & *Rot. post d. nostrum tract. mandat. de manuten. decis.* 179. *num.* 7. hic verò petita fuit ab asserto procuratore, de cujus mandato speciali non apparet, ergo &c.

Nec quoque relevat, quod aliàs Joannes pro ejus credito dotis maternæ obtinuerit executionem in Domo, expulso Ciardo, & sic cesset illius jus in Vinea, cum solutione ejus, quod 12
debetur, omnis tollatur obligatio, & hypotheca, *Instit. quib. mod. tollit. oblig. in princ. l. si rem.* §. *omnis, ff. de pignor. act.*

Quia, præterquam quod non constat de executione, & satisfactione consumata, unde locus 13
est variationi, & cumulationi juxtà ea, quæ cumulavi *d. tract. de subhast. inspect.* 27. Respondetur, 14
ad effectum obtinendi in remedio recuperandæ, in quo sumus, requiri solam antiquiorem possessionem spoliati absque alia illius justificatione, seù absque eo, quod constet de aliquo ejus jure, *Menoch. de recuper. d. remed.* 15. *nu.* 383. *& seqq. Gabr. de restit. spoliat. concl.* 1. *num.* 4. *&* 38. *& concl.*

concl. 5. num. 10. 18. 56. & 57. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 51. num. 7. & seqq. Rot. recent. d. par. 4. tom. 2. decis. 363. num. 1. & 12.
15 estque spoliatus ante omnia restituendus omni exceptione, & cognitione super meritis postposita, Rub. in adnot. ad decis. 420.
16 par. 4. tom. 2. recent. nu. 46. & præsertim quæ requirat altiorem indaginem, Rot. recent. par. 7. decis.
17 191. num. 13. Et non obstante, quod fortius videtur, exceptione dominii, vel hypothecæ ipsius spoliatoris, Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 117. num. 11. Undè multò minus attendendus videtur defectus dominii, vel hypothecæ spoliati.

Et ità utraque &c.

VENDITIONIS.
Martis 3. Novembris 1648.

ARGUMENTUM.

An, & quando emptor teneatur stare colono, seu inquilino.

SUMMARIA.

1 *Emptor non tenetur stare colono, seu conductori, sed potest eum expellere, & obligare venditorem ad ei interesse solvendum. & num. 3. Lim. ut num. 2. 4. 5. 6. Sublim. ut sub num. 5. in. fin. Decl. ut num. 8. & seqq.*

7 *Emptor præsumitur se informasse de rei emptæ statu, & qualitatibus à colonis, conductoribus, vicinis, & aliis. Lim. ut num. 25. 26. & 28.*

9 *Decisio Surdi 265. & Gregorii 90. declaratur.*

10 *Decisionis dictum incidenter, perfunctoriè, & non principaliter non attenditur.*

21 *Scriptura in locatione non est necessaria.*

22 *Locatio in dubio præsumitur ad annum.*

23 *Reconductio tacita in urbanis intelligitur ad partium voluntatem diurna, & revocabilis.*

24 *Interesse habens fidem non meretur.*

27 *Conductori domus intimanda sunt comeata per tres menses ante finitam locationem ex Statuto Bononiæ.*

29 *Locationem sciens non præsumitur scire illius pacta, & qualitates.*

30 *Bononiæ formularium attendi debet in instrumentis ibi rogatis.*

31 *Clausula Constituti, & Precarii ex formulario Bononiæ continet clausulam, & obligationem tradendi rem, & possessionem liberam, vacuam, & expeditam, secus de jure communi. & num. 32.*

33 *Venditor cum clausula constituti, & precarii ex formulario Bononiæ tenetur tradere rem, & possessionem vacuam, & liberam etiam à conductione.*

34 *Conductio facit possessionem plenam, seu semiplenam.*

35 *Conductor potest resistere singulari successori, & opponere exceptionem retentionis, etiam si velit pro se. & nu. 36. & 37.*

38 *Locator potest conductorem expellere ante tempus finitum, ubi*

ubi re velit pro se uti.

39 *Vendens rem locatam censetur se restringere ad jus, quod habet, non ad jus conductoris, data scientia emptoris. & num. 40. Contrarium num. 41.*

42 *Verba non debent reputari superflua, sed apposita, ut operentur.*

43 *Beroy cons. 2. lib. 2. declaratur. & num. 44.*

45 *Observantia subsecuta declarat præcedentem intentionem, & omnem tollit dubitationem. & num. 46.*

47 *Obligationem emptoris si venditor suscipiat, illum liberat.*

48 *Interest unicuique litibus, earumque sumptibus non vexari, & à propriis negotiis non distrahi.*

49 *Mulierum genus non est liberale, sed avarissimum.*

50 *Jactare velle suum nemo præsumitur.*

51 *Emptor uti cessionarius potest continuare litem cœptam à cedente.*

DECISIO XIX.



QUONDAM D. Elisabeth Bonassona habens Domum cum Filatorio sitam Bononiæ in Via Burgi Polesii, quam locaverat N. locatione disdicta, præceptoque expulsivo dicti conductori transmisso usque de mense Januarii 1647. eandem cum Filatorio sub die 5. Februarii ejusdem anni vendidit Carolo Mariæ de Parisiis, dictam artem Filatoriam exercenti cum clausula Constituti, & Precarii ad formam formularii Bononien. & cum generali cessione jurium contrà inquilinum, & conductorem, sive inquilinos, & conductores, absque tamen cessione pensionum, & absque specificatione inquilini, & pro quo tempore facta esset locatio, ac absque reservatione jurium inquilini pro pretio libr. 6250. quod in summa libr. 2250. tunc solvit, & deposuit in Monte Pietatis in creditum venditricis ad effectum investiendi pro evictione de ipsius consensu, & alias libr. 4000. solvere promisit infrà quinque annos cum annua interim responsione libr. 180. incipien. à die 8. Maii tunc proximè futuri, solvendo pro mediate in Festo Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, & pro alia medietate in Festis Natalitiis cujuslibet anni, ut in instrumento desuper celebrato, de quo in actis.

Post quæ eadem D. Elisabeth venditrix litem prosecuta fuit contrà dictum conductorem pro exfractatione usque ad sententiam, in qua succubuit, quia fuit compertum, locationem durare ad alios duos annos cum onere hypothecæ pro illius observatione in vim privatæ apocæ, ut etiam in actis.

Judicium movit successivè dicta D. Elisabeth contrà dictũ Parisium emptorem pro relaxatione dicti depositi ad effectum inve-

investiendi, & pro terminis decursis, & decurrendis dictæ annuæ responsionis respectu ratæ pretii non soluti, & decretum, seu decreta executionis obtinuit ab Illustrissimo D. tunc V. Legato, non obstante deducta exceptione non adimplementi in tradendo rem, & possessionem vacuam, liberam, & expeditam etiam à locatione.

Quam deindè pronunciam, & sententiam D. tunc Auditor Generalis Judex appellationis commissarius revocavit, reservatis etiam juribus Parisio pro rescissione contractus in alio judicio.

Causaque hac die in tertia instantia in hac nostra Rota pendente, & proposita per Excellentissimum D. Sperandeum, confirmandam esse credebam sententiam secundi Judicis ex infrascriptis.

Est enim de jure regula, quod
1 emptor non tenetur stare colono, seu conductori, *l. arbores*, *ff. de usufr. l. emptorem*, *C. locat. Bero. cons.* 2. *num.* 10. *lib.* 2. *Natt. cons.* 426. *num.* 1. *lib.* 2. *Manent. cons.* 12. *nu.* 1. *Joseph. Ludovic. decis. Perusin.* 83. *num.* 7. *vers. tertio quia*,
2 *&* *num.* 8. *par.* 2. quotiescunque obligatio locatoris in ipsum emptorem non transit, *Cavaler. decis.*
3 612. *num.* 54. sed potest illum expellere, & obligare venditorem ad solvendum colono, & conductori interesse, *Duran. decis.* 448. *num.* 49.

Neque obstat, quod dicta
4 regula limitetur non procedere, quando emptor scivit locationem, *Rot. in Bononien. Manutentionis* 2. *Martii* 1646. *coram R. P. Ottbobono*, impressa penes *Merlin. de pignor. decis.* 111. *num.* 4. etiamsi 5
in genere, quamvis non in specie, seu in individuo, ut hoc casu, cum tunc dicatur locationi consensisse, *Surd. decis.* 265. *num.* 25. *& seqq. Greg. decis.* 90. *num.* 8. *Rot. penes Merlin. d. decis.* 111. *num.* 4. nisi sit scientia impugnativa, non approbativa, *Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 14. *de loc. & cond. num.* 43. *sub vers. alias fallentias*, *Cavaler. d. decis.* 612. *nu.* 62. & quod 6
id procedat, etiam quod illi non fuerit notificatum, seu notificatum non appareat locationis tempus, & qualitas, cum ex hujusmodi etiam generica scientia redditus fuerit saltem dubius, & proinde teneretur investigare, & potuerit se informare, *Surd. d. decis.* 265. *num.* 62. *Greg. d. dec.* 90. *num.* 12. *&* 13. ac se informasse 7
præsumatur, prout se informare communiter solent emptores, de statu, & de omnibus qualitatibus rei emendæ à colonis, conductoribus, vicinis, & aliis, *Bardellon. cons.* 86. *sub num.* 10.

Nam respondetur primo, contra *d. decis.* 265. *Surdi*, in qua se fundat *Greg. d. decis.* 90. tenuisse 8
Manentem cons. 11. *&* 12. & tàm 9
in casu Surdi, quàm in casu Gregorii scientiam fuisse specificam, non genericam tantùm, ut legitur in *d. decis. Surd.* 265. *num.* 43. *&* 48. *& in d. decis. Greg.* 90. *num.* 12. *&* 13. &, quod ibidem subiungitur circà scientiam genericam, fuisse dictum incidenter, & perfunctoriè, non principaliter discussum, & consequenter 10

non esse attendendum, *Rot. recent. par. 7. decis. 17. num. 9.* & post *Merlin. de legit. decis. 60. in fin.*

11 Respondetur secundò, generalem scientiam locationis obesse posse emptori, ubi particularis, & specifica non potuisset verisimiliter illum ab emptione, vel à solutione tanti pretii retrahere, aut difficiliorem reddere, quia sua non interesset, an res empta esset, vel ne locata, & pro quo tempore, nec esset in aliquo damno, *Surd. d. dec. 265. num. 38. & seqq. & 67. Manent. d. cons. 11. num. 30. & seqq. & 40. & 41. & cons. 12. num. 3. & 32.* sed in præsenti casu Parisii, qui artem Filatorii exercebat, & cui intimata fuerant etiam comiata alterius Domus, & Filatorii sibi locatorum, in quibus tunc habitabat, & exercebat, ut nobis id extrajudicialiter cõstare fecit, inter erat Domum, & Filatorium empta statim habere vacua, libera, & expedita, etiam à conductione, & inquilino ad effectum habitandi, & utendi pro se, & suo corpore, ac manibus, & etiam quia sub die 8. Maii tunc proximi incipiebat in ejus damnum currere annua responsio pro residuo pretii retenti, ut supra. Undè
12 ista generica scientia non videtur adversæ parti suffragari posse, quin debuisset, emptorem certiorare de qualitatibus dictæ locationis, *Surd. d. decis. 265. num. 48. vers. quarto respondetur, &*
13 *num. 49.* Ac per consequens, dum Parisius emptor convenitur ad pretium, jure excipere videtur, ut sibi res libera, & vacua tradatur ab inquilino, ut possit illa ad sui libitum, & per suas manus uti, & frui, & ad pretium interim non teneri, *Manent. d. cons. 12. num. 20. & seqq.* Cum agens ex 14
contractu, & ad pretium debeat in primis docere, se adimplevisse ex parte sua, & emptori rem liberam tradidisse, aliàs hac exceptione repellitur, etiam si adimplementum consistat in minimo, *Greg. decis. 261. num. 3.* ubi *Add. num. 6. & decis. 541. nu. 1. Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 121. num. 3. & 4. & decis. 495. num. 6. & par. 5. tom. 1. decis. 192. num. 13.* ac adimplere teneatur tàm circà 15
substantiam, quàm circà accidentalia, & naturalia, *d. decis. 121. num. 5. part. 4. tom. 2. & d. decis. 192. num. 13. par. 5. tom. 1. recent.* nec ante adimplementum obli- 16
gatio, nec actio ulla oriri potuit, *Buratt. decis. 286. num. 2.*

Respondetur tertiò, tunc 17
scientiam genericam locationis transferre onus conductoris in emptorem, quando in venditione exprimitur locationis substantia, & indicatur illius publicum instrumentum, quod videri possit, *Surd. d. decis. 265. num. 63. Greg. d. decis. 90. num. 12. & 13.* seu ad illud habetur relatio, 18
Manent. d. cons. 11. num. 9. post med. & 43. cum tunc ex notitia instru- 19
menti inferri possit ad obligationem, & hypothecam cum solitis clausulis pro observantia, *Surd. d. decis. 265. num. 37. vers. & quamvis, Greg. d. decis. 90. num. 12.* & ex 20
scientia illius partis ad scientiam totius, *Manent. d. cons. 11. nu. 43.* At in præsenti venditione non fuit

fuit expressa locationis substantia, neque fuit indicatum, nec indicari potuit publicum instrumentum, quia non aderat, nec apertum fuit, quod esset desuper confecta aliqua scriptura, neque ad illam habita fuit relatio, quæ in forma privata detecta, & producta deinde fuit in dicto judicio exfractationis. Quare potuit Parisius emptor emptionis tem-
21 pore credere, scripturam tamquam non necessariam non fuisse confectam, nec propterea adesse aliquam hypothecam ad conductoris favorem, *Manent. d. conf.* 11. *num.* 14. *& seq.* 37. *&* 43. *& d.*
22 *conf.* 12. *nu.* 8. *&* 9. & locationem esse, vel ad annum tantum, prout in dubio præsumitur, vel, si ad plures, quod ille esset ultimus annus, & in fine, *Manent. d. conf.* 11. *num.* 18. *&* 38. *& Surd. d. decis.* 265. *num.* 12. *& seq.* vel esse taci-
23 tam reconductionem, quæ in Urbanis intelligitur ad partium voluntatem diurna, & revocabilis, *l. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. loc. Medic. examinat.* 59. *num.* 10. 32. *&* 33. Nec itaque potuit Parisius emptor de facili plenius certificari de qualitatibus locationis, & quidem nec à condu-
24 ctore, qui fidem non merebatur, tamquam habens interesse, quia prætendebat continuare locationem, & ægrè ferebat expulsionem, neque ab alio verisimiliter
25 informato; sed tantummodo ab ipsa venditrice, *Alex. conf.* 14. *in fin. lib.* 5. & sentit *Surd. d. decis.*
26 265. *num.* 63. quæ ei aliam clariorem informationem dedisse non est dicendum, nisi eam, & sic genericam, quæ resultat ex instrumenti venditionis lectura; vel quod ulteriùs ad inducendum Parisium ad emendum notificaverit illi etiam comeata conductori jam intimata de mense Januarii antecedentis, quæ ex Statuto Bononiæ *lib.* 5. 27
criminal. de pœn. vend. rem alien. §. *præterea Statuimus*, intimanda erant per tres menses ante finitam locationem ad effugiendam tacitam reconductionem, ex 28
qua visà, vel audita intimatione potuit eo magis Parisius certus, & securus fieri de futura evacuatione conductoris in tempore, mediante ipsa venditrice, *Manent. d. conf.* 12. *num.* 27. *vers. quod licet emptor sciat, rem esse obligatam*, nec, qui scit locationem, 29
præsumitur scire illius pacta, & qualitates, *Ruin. conf.* 91. *num.* 10. *in princ. lib.* 1. *Surd. conf.* 150. *num.* 129. 130. 133. *& seqq. & per tot. & conf.* 183. *num.* 32. *Manent. d. conf.* 11. *num.* 43. *post princ.*

Respondetur quartò, quod, data etiam, & non concessa Parisii scientia locationis perfecta, adhuc tamen onus expellendi inquilinum, & tradendi Domum, & Filatorium vacua, libera, & expedita, etiam à conductione remansit apud venditricem, stante clausula Constituti, & Precarii in instrumento venditionis apposita, quæ ex formulario Bononiæ, ad quod se refert instrumentum, quodque est at- 30
tendendum, *Buratt. decis.* 179. *num.* 3. *Duran. decis.* 49. *num.* 8. *Rot. recent. par.* 2. *decis.* 204. *num.* 5. & post nostrum *tract. mand. de*

manuten. decis. 299. *num.* 10. con-
31 tinet obligationem, & clausulam tradendi rem, & illius possessionem vacuam, liberam, & expeditam, ut in *formular. mihi in volum. Statut. in fin. tom.* 2. *post lib.* 7.
32 *fol.* 12. *à tergo*, & 13. quidquid aliud sit de jure communi ex veriori, ut attestatur ibi *Monterent.*
33 *in verb. vacuam*, & venditor, qui sic promisit, tenetur etiam tradere rem, & possessionem vacuam, & liberam etiam à conductione, *Manent. d. cons.* 11. *num.* 45. & 46. *Greg. d. decis.* 90. *num.* 6.
34 & 14. *in fin.* per quam possessio dicitur plena, seu saltem semiplena, *Rot. post nostrum tract. mand.*
35 *de manuten. decis.* 632. *num.* 6. & efficitur, ut conductor possit resistere dicto Parisio singulari suc-
36 cessori, *ead. decis.* 632. *num.* 15. & opponere exceptionem retentionis, *Natt. cons.* 416. *num.* 9. & 12.
37 *lib.* 2. etiamsi velit uti pro se *Rot. in suprad. Bononien. Manutentionis* 2. *Martii* 1636. *coram R.P. Ottbo-*
38 *bono*. licet diversum esset, si vellet uti pro se ipse locator, *Natt. d. cons.* 416. *num.* 9. & *seqq. lib.* 2.

Nec urget, quod, admissa etiam hujusmodi promissione,
39 ea restricta intelligatur respectu juris, quod venditor in re habet, non respectu juris conductoris, *Bero. d. cons.* 2. *num.* 15. *in fin.* 16. *vers.* & ex prædictis, & *num.* 17.
40 cum, præsupposita scientia emptoris circa locationem, sufficiat, ut venditor tradat rem vacuam, liberam, & expeditam eo modo, quo potest, *Bero. d. num.* 17.
41 Quia respondetur, contrarium sentire Rotam coram *Greg. d. dec.* 90. *num.* 6. & 14. *in fin.* ex quo 42
dicta verba non debent reputari superflua, sed unum quodque operari debet, *Greg. d. num.* 6. & 43
eo magis cum hic non agatur de incurrenda aliqua pœna, ut agebatur in casu *Beroy d. cons.* 2. *num.* 12. & 15. immò nec casus Beroy videtur applicari, quia ibi præ- 44
supponebatur, emptorem scivisse locationem esse ad certum tempus, & rem esse obligatam, ut *d. cons.* 2. *num.* 12. 14. & 17.

Sed, quatenùs ex prædictis non fuisset plenè evacuatum obiectum, & sublata dicta limitatio, & sic bene dilucidatum, quod onus expellendi conductorem remanserit venditrici, omnis cessat amaritudo, ex quo post venditionem ipsa venditrix judicium evacuationis contrà conductorem reassumpsit, & prosecuta fuit, per quod declaratur, ita 45
partes à principio se intellexisse *Surd. cons.* 224. *num.* 7. & *decis.* 134. *num.* 9. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 325. *num.* 6. & *par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 26. *num.* 4. & *dec.* 249. *num.* 16. *Buratt. dec.* 85. *num.* 4. & *dec.* 89. *num.* 14. & tollitur omnis dubita- 46
tio, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 6. *num.* 8. & quatenùs etiam ab initio obligatio translata fuisset in emptorem, diceretur hic libe- 47
ratus, & obligationem hanc in se suscepisse ipsam venditricem, *Gratian. discept.* 338. *num.* 14. nec est præsumendum, quod id gratis fecerit, cum sua interesset lite, 48
ac illius sumptibus non vexari, & à propriis negotijs nō distrahi, *Duran. decis.* 212. *num.* 9. & *decis.* 224. *num.* 14. & simus in Muliere,

seu

feu Mulieribus nunc illius hære-
49 dibus, quarum genus non eſt liberale, *Rot. recent. par.* 1. *deciſ.* 621. *num.* 2. ſed immo eſt avariſſimum, *Gratian. diſcept.* 576. *nu.* 28. & 29. & *diſcept.* 669. *nu.* 17.
50 ac ideo eo magis non præſumatur, ſeu præſumantur, voluiſſe jactare ſuum, *l. cum de indebito, ff. de probat. Rot. recent. d. par.* 1. *dec.* 621. *num.* 2. cum maximè ipſe
51 emptor uti ceſſionarius poſſet continuare litem cœptam à cedente, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *deciſ.* 248. *num.* 1.

Alii tamen Excellentiſſimi DD. mei numero duo, & ſic pro majori parte, cum deficeret quintus Auditor, & D. Ponens votum non haberet, prædictis, vel non attentis, vel non bene ponderatis, & evacuatis, ni fallor, vel ſecundùm eos non obſtantibus, reſolverunt pro revocatione ſecundæ ſententiæ, & confirmatione primæ ex *Bero. d. conſ.* 2. *lib.* 2. & *Surd. d. deciſ.* 265. ac *Greg. d. deciſ.* 90. & ut in deciſione extendenda per Excellentiſs. D. meum Ponentem.

Et ita fui in Voto, utraque parte informante.



ACCOLLATIONIS.
Jovis 5. Novembris 1648.

ARGUMENTUM.

Accollator, & obligatus in forma Cameræ tenetur ad favorem omnium, quorum intereſt, & precipuè nominatorum. An poſſit ab accollatione recedi; & quid, dimiſſis bonis, quorum contemplatione facta fuit.

SUMMARIA.

1 *Accollatio vim habet aſſumptionis debiti in ſe, & ſubintrationis ad illius commoda, & incommoda. & num.* 2.
3 *Obligatus in forma Cameræ dicitur efficaciter obligatus.*
4 *Accollator efficitur principalis debitor, ac ſi ab initio ſe obligaſſet.*
5 *Obligatus in forma Cameræ tenetur omnibus, quorum intereſt.*
6 *Obligatio in forma Cameræ ſtipulata cenſetur ad favorem omnium, quorum intereſt, & ii omnes ex ea agere poſſunt. Decl. ut nu.* 7. *Ampl. ut nu.* 8.
9 *Stipulatio operatur in alterius etiam abſentis favorem nominatim concepta, & pro eo, ſive ſit tertii, ſive Notarii. Ampl. ut num.* 10. 11. & 12.
13 *Verbum, Promiſit, importat ſtipulationem.*
14 *Stipulatio præſupponit nominati præſentiam, & acceptationem, vel acceptationem Notarii.*

De-

15 *Delegatio per creditorem acceptata liberat debitorem.*
16 *Obligatus in forma Cameræ urgeri potest ad solvendum. & via executiva, & in vim etiam Justinianarum Constitutionum, & num. 17. & 18.*
19 *Accollatione, & delegatione acquiritur jus creditori, nec ab ea sine creditoris consensu potest recedi. & nu. 20. & 21.*
22 *Nemini invito jus suum auferri potest, nec alteri per alterum iniqua afferri conditio.*
23 *Accollator à solutione non liberatur, rem, cujus causa se obligavit, voluntariè dimittens.*

DECISIO XX.



IN locatione, quam fecit D. Josephus Elefantutius sub die 22. Maii 1647. instrumento publico mediante, de quibusdam ejus bonis DD. Capitaneo Petro Joanni Rivano, & Alberto de Taffonis insolidum ad annos quinque pro annuo affictu libr. duodecim millium, mandavit per dictos conductores ex dicto affictu solvi quolibet anno libr. 1500. in tribus terminis (prout ipsi conductores in forma Cameræ solvere insolidum promiserunt) D. Hieronymo Maliano ejus creditori in librar. decem millibus in vim instrumenti obligatione pariter camerali vallati, & rogati sub die 2. Julii 1641.

Sed postmodum sub die 7. Aprilis 1648. Procurator dicto D. Elefantutii locatoris ex una, & dict. D. Rivanus alter ex conductoribus ex altera devenerunt ad aliud instrumentum, in quo, narrata supradicta locatione, & delegatione, & factis computis solutorum, & inter ea posita solutione facta libr. mille dicto Maliano locatoris creditori locutionem prædictam ad quinquennium, ut suprà stipulatam reduxerunt, & declararunt, terminare debere ad proximum Festum omnium Sanctorum, non obstantibus delegationibus in dicto primo locationis instrumento factis, quas idem Procurator revocavit, & annullavit.

Quibus ità se habentibus D. Malianus judicium constituit contrà dictum D. Rivanum conductorem sub die 5. Junii hujus anni coram Illustrissimo D. V. Legato, in quo petiit in vim dicti instrumenti delegationis, & accollationis contrà cum relaxari executionem pro tertia rata, & tertio termino decurso in Festo Pascatis Resurrectionis, & pro aliis ratis, & terminis in futurum decurrendis, quinquennio primæ locationis durante, & juxtà illius formam, & tenorem, quatenùs illi sit locus, sin minùs usque ad Festum omnium Sanctorum præsentis anni, ad quod locatio restricta fuit per dictum secundum instrumentum.

At causa deindè in statu, & terminis, in quibus reperiebatur, mihi ab Eminentiss. D. Legato commissa cum Voto in deciden-

do Excellentissimi D. Cesalpini
ejus Auditoris, pro illius termi-
natione executionem relaxavi-
mus pro duobus terminis, hoc
est pro terminis decursis usque
ad diem reductæ conductionis,
& sic usque ad Festum omnium
Sanctorum proximè præteritum,
salvo dicto Maliano jure quoad
reliquos terminos in futurum
quatenus &c.

1 Habet enim accollatio hujus
debiti facta per D. Capitaneum
Petrum Joannem Rivanum vim
assumptionis debiti in se, *Greg.*
2 *XV. dec.* 386. *nu.* 1. & subintratio-
nis ad illius commoda, & in-
commoda, *Rot. recent. par.* 4. *tom.*
3 2. *dec.* 490. *n.* 10. & 13. & cum se
obligaverit in forma Cameræ
efficaciter obligatus dicitur,
4 *Duran. dec.* 75. *num.* 3. & effectus
principalis debitor, ac si ab initio
se obligasset, *Rot. post Merlin. de*
5 *pignor. decis.* 116. *num.* 8. atque
tenetur omnibus, quorum inte-
rest, *Duran. decis.* 270. *num.* 5.
6 cum ad eorum omnium favorem
censeatur obligatio stipulata, &
ex ea possint illi agere, *Rot. recent.*
par. 4. *tom.* 2. *decis.* 105. *num.* 7. &
seq. & *tom.* 3. *decis.* 540. *num.* 13.
& 14. & *par.* 6. *decis.* 44. *num.* 19.
dec. 77. *num.* 7. & 8. & *par.* 7. *dec.*
46. *num.* 7. & *dec.* 177. *num.* 9. &
dec. 273. *num.* 3. *Duran. decis.* 147.
num. 3. & *dec.* 287. *num.* 5. *Buratt.*
dec. 135. *num.* 8. & *dec.* 788. *num.* 3.
8 ubi adest juramentum, & Notarii
stipulatio, ut hic, *Duran. d. decis.*
287. *nu.* 9. & 11. *Rot. post Merlin.*
9 *de pignor. dec.* 117. *num.* 11. Exten-
diturque præcipuè hujusmodi
obligatio ad enunciativè nomi-
natum, *Rot. recent. par.* 7. *dec.* 273.
num. 2. Atque operatur stipulatio 10
in alterius etiam absentis favo-
rem nominatim concepta, & pro
eo, ut in præsenti, sive sit stipu-
latio tertii, *Buratt. dec.* 476. *nu.* 13.
sive sit stipulatio Notarii, *Duran.*
decis. 253. *num.* 3. cum non requi- 11
ratur, quod interesse habens, seù
nominatus in instrumento ipso
interveniat, *Rot. recent. d. par.* 7.
dec. 273. *num.* 3. & apud *Merlin.*
de pignor. d. decis. 117. *num.* 11.
Quod absque difficultate proce- 12
dit, quando concurrit individua
promissio de solvendo illi, ut hoc
casu, *d. decis.* 273. *num.* 3. *in fin.*
alias promissio ipsa inanis redde-
retur, *ead.* 273. *num.* 4. Importat- 13
que verbum, Promisit, stipula-
tionem, quæ præsupponit nomi- 14
nati præsentiam, & acceptatio-
nem, vel si sit cæteratum, accep-
tationem Notarii, *Buratt. decis.*
788. *nu.* 1. & per acceptationem
creditoris sequi videtur etiam
debitoris liberatio, *Ferdinand.* 15
Arias. var. resol. lib. 1. *cap.* 43. *sub*
num. 4.

Dictus itaque Capitaneus Ri- 16
vanus in forma Cameræ obliga-
tus urgeri potest, & precisè cogi
ad solvendum, *Rot. recent. par.* 5.
tom. 1. *decis.* 33. *num.* 8. & quidem 17
via executiva, *Rot. recent. par.* 6.
decis. 44. *nu.* 3. & *decis.* 161. *nu.* 18.
& in vim etiam Justinianarum 18
Constitutionum hujus Civitatis
rubr. 14. *num.* 35. & *seq.*

Non obstat exceptio prætensæ
remissionis affictus ob assertum
damnum passum ex prætensa
ruptura fluminis.

Quoniam, quatenus ei sit lo-
cus,

cus, non excedit summam libr. 1600. secundum peritorum relationem, de qua in actis, & affictus ascendit ad libr. annuas duodecim mille, cujus ipse Rivanus est debitor.

Non etiam relevat exceptio vexationum Civitatis Imolæ.

Quia creditum Communitatis est solummodo libr. 400. & conversum apparet in debitum proprium dicti Rivani ex illius etiam accollatione.

Non obstant demum sequestra ad instantiam D. Barbaræ Matiæ Gibiolæ pro prætenso credito libr. 3540.

Nam postmodum sequestratio restricta fuit ad libr. 1000. & ea firma remanente pro hac summa, conventum fuit in reliquis consignationi ad favorem dicti Maliani, ut in actis legitur.

Ita ut, demptis etiam dictis tribus summis, & partitis, adhuc in manibus Rivani ex affictibus decursis, & debitis, remaneat pecuniarum summa, & quantitas longè excedens creditum Maliani, quam sine aliqua legitima causa retinet.

Respectu verò terminorum futurorum in nostra sententia reservatorum, de quibus alias suo loco, & tempore videndum erit,
19 prætendit D. Malianus ad illos D. Rivanum teneri juxtà conventa in prima locatione, & accollatione, ex quo ex ea fuerit sibi jus quæsitum, & non potuerit à contrahentibus ab hujusmodi conventione in ejus præjudicium recedi, *Rot. recent. part. 5. tom. 1. decis. 328. num. 29. & seq. & par. 6. decis. 44. num. 20.* & facit *Rot. recent. part. 4. tom. 2. decis. 463. num. 2. & seq. & Greg. XV. decis. 157. num. 22.* sine illius consensu, ad 20
Rot. recent. part. 5. tom. 1. decis. 175. num. 12. Prout nec accollator potest se eximere ab obligatione 21
suscepta, *Guidobon. advocat. 90. sub num. 3.* cum nemini invito jus 22
suum auferatur, nec alteri per alterum iniqua afferatur conditio, *Guidobon. ibid.* neque à solu- 23
tione liberatur, ubi voluntariè rem, propter quam in se debitum accollavit, possidere desinit, *Cutell. de donat. tom. 1. discurs. 2. partic. 10. in 5. quæst. num. 53. & seqq.* ubi respondet contrariis, ampliat, & declarat.

Et ità utraque &c.

CONTROVERSIARUM.

Lunæ 16. Novembris 1648.

ARGUMENTUM.

Cessio terminorum solvendorum an intelligatur de decurrendis, vel etiam de decursis, & non solutis. Facultatem, qui habet aliquid faciendi, ad illud cogi non potest. Contractus venditionis, vel locationis quando, vel non censeatur fœneratitius. Stocchi contractus quando intervenisse dicatur. Actore non probante Reus absolvitur. De probatione non numerationis, & numerationis. Pretium justum quod dicatur. Periculum rei sequestratæ ad quem spectet.

SUMMARIA.

1 *Cessio affictuum solvendorum an*

an comprehendat terminos decursos, & num. 2. & 3.
4 Obligatio in forma Cameræ paratam habet executionem.
5 Necessitas in actu voluntario considerari non potest.
6 Facultatem habens ea uti, vel non uti potest ejus arbitrio.
7 Favore alicujus inducta in odium revocari non possunt.
8 Venditionis contractus ut dicatur fœneratitius, quæ requirantur.
9 Venditor ex subsecuta in continenti conductione dicitur remansisse in possessione.
10 Pretii vilitas dicitur, si sit usque ad dimidiam pretii justi.
11 Contrahentibus in emptione, & venditione licet se invicem decipere, dummodo non ultra dimidiam justi pretii.
12 Usura non datur in locatione, nisi in conductorem transferatur dominium, tamquam tunc sit mutuum palliatum, & num. 13.
14 Locatio non probat rei valorem.
15 Usura ut excludatur, semper est facienda interpretatio.
16 Stocchi contractus quando dicatur, & num. 17.
17 Stocchi contractus continet usuram.
18 Actore non probante Reus absolvitur.
19 Testis unicus non probat non numerationem pecuniæ.
20 Numeratio pecuniæ probatur ex verbis instrumenti.
21 Pretium in venditione conventum præsumitur justum, & contrarium dicens debet probare, & num. 22. Ampl. ut num. 26.
23 Pretium non probatur ex præterita emptione, sed ex præsenti æstimatione, & quare.
24 Subhastatione regulariter res, & pignora deliberantur viliori pretio, quam valeant.
25 Subhastatione quæ venduntur, minoris sunt æstimationis, si sine cautione de evictione, & bona sint decocti.
27 Sequestrum relaxari potest in vim publici instrumenti.
28 Sequestrata res si pereat, vel recuperari non possit, cujus damno cedat, & nu. 29. & seq.
30 Damnum pertinet, ad illum, qui est in culpa.
31 Damnum quis pati non debet ex alterius culpa.
32 Culpa unius non debet imputari in culpam alterius.
33 Commodum ex culpa propria non debet quis reportare.
34 Sequestrum non infert ad solutionem, seù receptionem, nec privat possessione.
35 Sequestrum est species executionis.
36 Sequestrum factum dicitur ad effectum, ut solvatur.
37 Solutio, uti quid facti non præsumitur, sed est probanda.
38 Communitas tenetur pro ejus Alassano, & Officiali.



DECISIO XXI.



Luribus vertētibus controversiis inter Illustriss.mum D. Marchionem Ioannem Mariam Fontanam ex una, & DD. Leonardum, Angelum Michaelem fratres de Volta partibus ex altera occasione emptionum, & venditionum, & aliorum contractuum inter eos initorum, ac prætensi erroris calculi, illisque ab Eminentissimo D. Card. Legato commissis in Rota cum ordine, illas omnes simul, & semel intrà certum, & limitatum tempus expediendi, & cum clausula, Appellatione remota, hodie pro dictarum Causarum resolutione

Primò condemnatus fuit D. Marchio ad solvendum dictis de Volta pro adæquatione computorum, & calculi libr. . . . . juxtà relationem peritorum, de qua in actis; ad effectum tamen deponendi, & convertendi per Voltas in extinctionem infrascriptorum censuum, vel eorum ratam, seu fructuum.

Secundò relaxatum fuit mandatum ad favorem Marchionis contrà Voltas pro extinctione census cum Gadiis, & pro extinctione alterius census cum Monasterio, & fratribus Sancti Dominici in se accollatorum, prout in actis.

Tertiò absolutus fuit D. Marchio à prætensa usuraria pravitate.

Quartò idem absolutus fuit ab impetita restitutione tritici, sibi, ut prætendebatur, consignati, & traditi.

Quintò absolutus idem similiter fuit à prætensa læsione, & simulatione.

Sextò, & ultimò absolutus idem pariter fuit à prætensa redditione rationis fructuum sequestratorum in manibus qu. Joannis Baptistæ Bonaghæ Massarii Communis Lungariæ.

Condemnatus autem fuit D. Marchio ad solutionem, & restitutionem dictarum pecuniarum ex quo eandem summam exegerat Joannes Baptista Zuccolus ejus procurator à Cervia debitore per dictum D. Marchionem cesso pro summa librar. decem, & septem millium Joanni Ludovico Donello, & à Donello cesso dictis Voltis.

Nec existimatum fuit, posse D. Marchioni suffragari, quod Cervia esset illius debitor in majori summa, & ipse Marchio cesserit primas ratas sortis, & affictuum solvendorum, & sic ratas maturandas, non jam tunc maturatas, & debitas, quas solùm dictus Zuccolus procurator exegit, tamquam eæ, uti non ex- 1
pressæ, non comprehenderentur in cessione, sed remansissent in creditum, & dominium Marchionis, *Duran. decis.* 183. *num.* 3. *Peratt. decis.* 703. *num.* 6. *in fin.* & 7. & *decis.* 735. *num.* 2. & ad effe- 2
ctum non compræhensionis in cessione haberentur pro exactis, *Ruyn. cons.* 190. *num.* 2. & 3. *lib.* 1.

Quia cessio cantat de primis paghis

3 paghis solven. quarum appella-
tione videntur venire etiam pa-
ghæ, quarum dies cessit, & quæ
adhuc in effectu solutæ non fue-
rant. Neque ex hoc D. Mar-
chioni damnum aliquod resultat,
dum non constat, Donellum,
aut Voltas hanc summam à Cer-
via ex aliis paghis deindè matu-
ratis exegisse. Ultrà quod in hoc
etiam Informantes pro D. Mar-
chione dabant manus.

Secundò loco relaxata fuit
executio ad instantiam D. Mar-
chionis contra Voltas pro extin-
ctione dictorum duorum cen-
4 suum. Quia de eorum obliga-
tione in forma Cameræ de illlos
extinguendo intrà certum ter-
minum jam diù elapsum satis,
superque constat ex publicis in-
strumentis, de quibus in actis.

Cui non visum fuit obstare,
quod hujusmodi extinctio spe-
ctaret ad D. Marchionem, ex
quo deinde ille fuit à Voltis ele-
ctus depositarius pecuniarum
solvendarum per D. Cerviam
debitorem cessum ad effectum
cum eis extinguendi dictos, &
alios census.

Nam responsum fuit, D. Mar-
chionem non legi obligatum ad
extinguendum, sed extinctio-
nem fuisse positam in ejus facul-
tate pro illius majori cautione,
ut posset, extinguendo, ab hu-
jusmodi oneribus liberare bona,
5 quæ à Voltis emerat, nec in hoc
actu voluntario potest aliqua
necessitas considerari, *Rub. in
addit. ad decis.* 431. *num.* 42. *par.* 4.
tom. 2. *recent.* & *Rot. recent. par.* 6.
6 *decis.* 209. *num.* 15. Sed poterat
D. Marchio hac facultate uti
ejus arbitrio, *Buratt. decis.* 848.
num. 10. prout nec inducta ad 7
alicujus favorem debent in ejus-
dem odium retorqueri, *Rot. re-
cent. d. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 118. *nu.* 7.
& 12. & *Buratt. decis.* 49. *num.* 8.

Tertiò loco absolutus fuit D.
Marchio à prætensa usuraria pra-
vitate (quam Voltę deducebant,
ex quo D. Marchio bona à Vol-
tis empta, seù permutata in
Communi Lungariæ eisdem
deindè locasset majori pensione,
vel affictu, quam caperet eorum
pretium, & utilior, & quia con-
traxisset cum eis stocchum,
dum eisdem vendidit, seù dedit
in permutationem Domum
sitam Bononiæ in Capella Sancti
Barbatiani, & eamdem deindè
reemit.) Quia contractus ven- 8
ditionis, ut arguatur fœnerati-
tiùs, tria copulativè requiruntur,
nempè reconductio illico facta,
facultas reservata redimendi, &
vilitas pretii, *Rot. recent. par.* 4.
tom. 2. *decis.* 253. *num.* 5. In præ-
senti autem casu reconductio
non fuit facta illico, & eodem
contextu, ita ut possit dici, ven- 9
ditorem in possessione reman-
sisse, & possidere non desiisse,
ut in *d. decis.* 253. *num.* 5. & 6. sed
facta ostenditur die sequenti, &
sic post dimissam possessionem,
nec fuit appositum pactum redi-
mendi, neque constat de vilitate
pretii, quia ad eam probandam 10
ad hunc effectum requiritur, ut
modicitas sit usque ad dimidiam
justi pretii, *d. decis.* 253. *num.* 13.
cum alias in emptione, & vendi- 11
tione liceat contrahentibus se

invicem decipere, *d. decis.* 253.
12 *num.* 9. neque potest dari usura in locatione, nisi dominium etiam rei transferatur in conductorem,
13 quo casu contractus habetur pro mutuo palliato, *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 132. *num.* 7. 9. *&* 19.
14 prout nec locatio probat rei valorem, *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 342. *num.* 10. *& tom.* 3. *decis.*
15 583. *num.* 8. & in dubio semper interpraetatio facienda est pro usurariæ pravitatis exclusione, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 35.
16 *num.* 18. *& dec.* 153. *num.* 9. Stocchi vero contractus tunc dicitur, cum aliquid venditor cariori pretio, ut posteà ab eodem emptore viliori pretio venditori revenda-
17 tur, qui est modus contrahendi continens usurariam pravitatem, cum idem sit, ac si pecunia mutuaretur, *Boccat. de interd. uti possid. cap.* 48. *num.* 189. *Gratian. discept.* 549. *nu.* 21. *&* 22. in quo casu non versamur, quia D. Marchio Domum reemit pro eodem pretio.

Quarto loco D. Marchio absolutus fuit ab impetita restitutione, seu compensatione tritici; Quia Voltæ defecerunt in proba-
18 tione, & Actore non probante, Reus absolvitur, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 71. *num.* 7. *& decis.* 143. *num.* 16.

Quinto loco absolutus fuit D. Marchio à prætensa læsione, & simulatione ex defectu pariter probationum. Deducebatur enim læsio Primo ex quo in revenditione Domus facta à Voltis D. Marchioni pro libr. 30000. idem Marchio solverit in contanti tantummodo libr. 6000. quamvis instrumentum cantet in librarum 14m. quod probatum prætendebatur ex unico teste, qui tamen id non concludit, & nihilominus unicus testis non 19
probat non numerationem, *Rot. post addit. Cenc. de censib. dec.* 107.
num. 3. & ipsa numeratio proba- 20
tur ex verbis instrumenti, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 32. *num.* 5. *&* 6. *dec.* 60. *num.* 3. *& decis.* 160. *num.* 30.

Secunda læsio afferebatur, quia D. Marchio in reemptione dictæ Domus in solutum, & ad pretii computum assignaverit Voltis bona Seravallis pro libr. 9000. quæ ipse paulo antea emerat sub hasta pro libr. 6000. tantum. Sed fuit consideratum, præ- 21
sumptionem esse pro justitia pretii conventi, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 462. *num.* 1. *& par.* 6. *dec.* 135. *num.* 16. *Greg. dec.* 194. *num.* 21. *dec.* 321. *num.* 10. *dec.* 524. *num.* 5. *& dec.* 552. *num.* 2. *Buratt. dec.* 399. *num.* 10. & ibi *Add. littera A. & dec.* 538. *num.* 2. *Card. Mellin. decis.* 197. *num.* 3. & dicenti 22
contrarium incumbere onus probandi, *d. decis.* 135. *num.* 17. *par.* 6. *recent. & Greg. d. dec.* 194. *num.* 21. *& Mellin. d. dec.* 197. *num.* 3.
neque illud probari ex præterita 23
emptione, sed ex presenti æstimatione, ut habui *in tract. de subhast. insp.* 47. *num.* 67. *Greg. dec.* 101. *num.* 2. cum in dies varietur, & etiam augeatur, *ut d. insp.* 47. *n.* 68. *&* 69. *& Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *d. dec.* 462. *num.* 3. *vers. & in omnem eventum, & par.* 6. *dec.* 46. *nu.* 10. eoq; minùs attendenda visa fuit

emp-

emptio à D. Marchione facta,
quia illa fuit per viam judicialis
ſubhaſtationis, per quam regula-
24 riter res, & pignora deliberantur
viliori pretio, quam valeant, ad
relata per me *d. tract. de ſubhaſt.
insp.* 49. *num.* 1. *& ſeq. & insp.* 60.
25 *num.* 69. & ſunt tunc minoris æſti-
mationes, dum deliberantur abſ-
que cautione de evictione, & agi-
tur de debitore decocto, ut hoc
caſu, *d. insp.* 70. *num.* 73. *Rot. recent.*
26 *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 253. *num.* 16. Sed
omnis ceſſat amaritudo, quia
iidem Voltæ ſtatim eadem bona
revendiderunt pro eodem pre-
tio, ut in inſtrumento, de quo in
actis. Et ex hoc tollitur etiam
motivum, quod D. Marchio par-
tem dictorum bonorum con-
fuſerit cum aliis bonis ejus tunc
Comiteæ in Mutinæ Ducatu, &
conſequenter Voltas deceperit
etiam in quantitate bonorũ cum
contrarium ſuadeat dicta reven-
ditio, quam Voltæ in continenti
fecerunt pro eodem pretio libr.
9000. Canterio eorumdem bo-
norum conductori, & ſic bene
etiam informato.

Sextò demum loco D. Mar-
chio abſolutus fuit à prætenſa
redditione rationis fructuum
ſequeſtratorum, ex quo D. Mar-
chio ſequeſtrum alias obtinuerit
ſuper bonis Lungariæ, quæ tunc
Voltę retinebant ab eodem Mar-
chione titulo conductionis, dum
prætendebant ipſi Voltæ, vel D.
Marchionem dictos fructus con-
ſecutum fuiſſe, vel prætenſam
Maſſarii loci ſequeſtratarii deco-
ctionem, & fructuũ peritionem
ipſius Marchionis damno cedere
debuiſſe. Quia reſponſum fuit, 27
nos eſſe in ſequeſtro permiſſo,
cum fuerit relaxatum in vim pu-
blici inſtrumenti, *Pariſ. conſ.* 107.
num. 86. *lib.* 3. *Natt. conſ.* 32. *nu.* 5.
libr. 1. *Buratt. dec.* 595. *num.* 1. quo 28
caſu, ſi res ſequeſtrata pereat, vel
alias recuperari non poſſit, non
cedit id damno ſequeſtrantis, ut
à contrario ſenſu ſentit *Bart. in l.
ſi oleum nu.* 5. *ff. de dol. mal. Rebuff.
de ſequeſtr. art.* 4. *gl.* 3. *num.* 6. *&* 7.
Pract. Papien. in form. ſequeſt. nu. 4.
Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.
111. *num.* 106. *&* 107. ſed cedere 29
debet damno debitoris, qui non
ſolvit, nec curavit revocationem
data cautione, & conſequenter
eſt in culpa, ad quem propterea 30
& damnum pertinet, *cap. damnum
de reg. jur. in* 6. *Rot. recent. par.* 5.
tom. 1. *dec.* 347. *num.* 7. *& par.* 7.
dec. 263. *num.* 7. non autem ad
creditorem, cum damnum quis 31
pati nõ debeat ex alterius culpa,
Rot. recent. par. 4. *tom.* 2. *dec.* 382.
num. 7. nec unius culpa debeat 32
imputari in culpam alterius, *Rot.
recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 289. *nu.* 12.
& par. 6. *dec.* 312. *num.* 42. neque 33
ex culpa propria debet quis com-
modum conſequi, *Rot. recent. d.
par.* 6. *dec.* 91. *num.* 16. Nec ſeque- 34
ſtrum infert ad ſolutionem, ſeu
receptionem, nec privat poſſeſ-
ſione, ut habui *in tract. mand. de
manuten. obſerv.* 60. *num.* 1. *& ſeq.
& obſerv.* 75. *num.* 53. & ibi *Rot.
deciſ.* 417. *num.* 11. *deciſ.* 423. *num.*
2. *deciſ.* 514. *num.* 4. *deciſ.* 634.
num. 10. *juxtà novam impreſſ. &
Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 200.
num. 20. *& dec.* 333. *num.* 22. *&* 27.
Sed eſt ſpecies executionis, 35
Buratt.

36 *Buratt. dec.* 653. *num.* 3. & factum dicitur ad effectum, ut solvatur,
37 *Buratt.* 166. *num.* 5. solutio vero uti quid facti non præsumitur, nisi probetur, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 335. *num.* 8. *& tom.* 3. *dec.* 725. *num.* 11. Verum, & id ponit gladium ad radices, si Massarius sequestratarius non est solvendo, habent Voltæ actionem contra Communitatem, quæ pro ejus Massario, & Officiali tenetur.

Et ita utraque &c.

FIDEICOMMISSI DE PLODIIS.
Lunæ 16. Novembris 1648.

ARGUMENTUM.

Banniti an, & quando amittant bona, & habeantur pro mortuis, & detur locus fideicommisso. De morte naturali, & civili, earumque differentiis, & similitudinibus. Et an per solum ingressum gravati in Religionem, vel per illius mortem naturalem dicatur evenisse casum Fideicommissi.

SUMMARIA.

1 *Confiscationi bonorum non est locus in Civitate, & districtu Bononiæ.*

2 *Bannitis in statu Ecclesiastico, Bononia excepta, bona etiam publicantur.*

3 *Bannitus, quem Statutum, seu sententia condemnat in pœnam capitis, & personalem tantum, bona non amittit, sed retinet.*

4 *Bannito patre absque bonorum confiscatione non potest filius legitimam prætendere, secus si cum confiscatione, & nu.* 19.

5 *Banniti in contumaciam, & damnati ad mortem naturalem habentur pro mortuis.*

6 *Ampl. etiam in bannitis ex delicto, quod pœnam mortis mæretur.*

7 *Ampl. etiam in bannito, qui ex forma Statuti impune offendi potest.*

8 *Banniti non reputantur esse in rerum natura.*

9 *Banniti habentur pro mortuis civiliter.*

10 *Mors, de qua in dispositionibus fit mentio, intelligitur de naturali, non de civili.*

11 *Mors civilis est ficta, non vera.*

12 *Mors civilis an æquiparetur naturali in conditione, si sine filiis &c.*

13 *Mors civilis in bannitis non operatur eumdem effectum, quem naturalis, nec intrat in utraque eadem ratio, & quare, & num.* 14. *Decl. ut num.* 18.

15 *Fideicommissum sub conditione, si sine filis &c. potest evanescere, & caducari.*

16 *Banniti filii in conditione positi an, & quando faciant deficere conditionem, sint fideicommissi capaces, & admittantur, & num.* 17.

20 *Bannito patre cum bonorum confiscatione, aperitur via filiis ad consequendum beneficium l.* 1. *& l. cum ratio §. fin. ff. de bon. damnat. & fœminæ à Statuto propter masculos*

culos exclusæ ad petendam reintegrationem, & num. 21.

22 *Fideicommissi dies ex banno, & confiscatione gravati non cedit, nisi secuta illius morte naturali, & interim fructus, & bona spectant ad Fiscum, & ad tertium possessorem respectivè, & num.* 23. & 24.

25 *Jura loquentia de bannito non habent locum in bannito in contumaciam, in alterius saltem præjudicio.*

26 *Fideicommissi casus in gravato Religionem ingredienti an dicatur venisse tempore ingressus, vel expectanda sit ejus mors naturalis, & num.* 27.

28 *Sententia iniusta est revocanda.*

DECISIO XXII.



CAPITALITER per sententiam in contumaciam bannitis Virginio, & Paulo fratribus de Plodiis Mercatoribus Bononiæ sub prætextu fraudolentis decoctionis juxtà formam Statutorum Universitatis Mercatorum *rubr.* 53. *& seqq.* DD. Albertus, Bernardinus Felix, & Carolus filii dicti Pauli, prætendentes ex hoc fuisse ad eorumdem favorem locum factum fideicommisso qu. D Hypolliti eorum avi sub conditione decedentiæ dictis Virginii, & Pauli illius primorum hæredum sine filiis, uti in conditione positi, petierunt, & obtinuerunt à D. tunc Auditore Generali sententiam immissionis ad quædam bona detenta per Societatem Salarolorum, de quibus in actis.

Quam hodie Lunæ 16. Novembris 1648. Domini mei, me Ponente, & referente, in gradu appellationis revocandam esse sentierunt, & revocavimus.

Ratio resolutionis, & revocationis fuit, quia fuit animadversum, Statutum, & in illius executionem sententiam non imponere pœnam confiscationis bonorum, prout nec generaliter 1
illi locus est in Civitate, & districtu Bononiæ, ut notum est, quidquid aliud sit in aliis locis, 3
& Terris Status Ecclesiastici, in quibus ex Constitutionibus Pontificiis bannitis bona etiam publicantur, *Gall. de except. in success. tàm ab intest. quàm ex testam. par.* 1. *tit.* 4. *except.* 1. *num.* 36. sed condemnare in pœnam capitis, & 3
personalem tantum, in quo casu bannitus non amittit, sed retinet bona, *Boss. in pract. tit. bannit. quid amitt. num.* 10. & 12. *Peregr. de jur fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 1. & 7. ac ideo nec filius legitimam potest 4
prætendere, *Merlin. de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 4. *num.* 1.

Et, quamvis banniti in contumaciam, & damnati ad mortem 5
naturalem habeantur pro mortuis, *Caball. resol. crimin. cas.* 239. *num.* 9. *Gall. d. tract. de exception, par.* 2. *tit.* 3. *except.* 10. *num.* 14. prout, & capitaliter banniti ex 6
delicto, quod pœnam mortis meretur, *Petr. Ant. à Petr. de*

fidei-

fideicomm. quæst. 111. *num.* 13.
7 quemadmodum & banniti, qui ex forma Statuti impunè offendi possunt, ut isti ex *d. Statuto Mercatorum rubr.* 56. *Ruin. cons.* 26.
8 *num.* 5. *lib.* 5. & non reputentur esse in rerum natura, *Caball. ubi sup. cas.* 222. *num.* 48. *& cas.* 264. *num.* 24.

9 Attamen est hæc mors civilis, ad tradita per *Fusar. de fideicomm.*
10 *quæst.* 442. *num.* 4. *& seqq.* & ubi in dispositionibus fit mentio mortis, intelligitur de naturali, non de civili, *l. ex ea parte §. insulam, ff. de verb. oblig. l. fideicommissum, ff. de condit. & demonstr. l. si ita quis, §. fin. ff. de leg.* 1. *Peregr. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 18. *Fusar. de fideicomm. quæst.* 430. *nu.* 17.
11 quæ est ficta, & non vera, *Fusar. ead. quæst.* 430. *num.* 20. *sub vers.*
12 *ex prædictis autem*. Nec civilis æquiparatur naturali in conditione, si sine filiis, nisi ex civili resultent iidem effectus, vel in utraque vigeat eadem ratio, *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 94. *Peregr. de jur. fisc. d. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 19. *Petr. Ant. à Petr. de fideicomm. quæst.* 11. *num.* 620. *Crass. de success. §. fideicommissum qu.* 41. *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 71. *num.* 3. *Fusar. de fideicomm. d. quæst.* 430. *num.* 14. 17. *vers. respondetur* 18. *&* 19. *& quæst.* 442. *nu.* 1. *&* 3. *Add. ad Buratt. decis.* 461. *num.* 14.
13 In morte autem civili banniti iidem effectus non resultant, neque militat eadem ratio, cum
14 bannitus possit, durante ejus vita naturali, in gratiam redire, & ad patriam restitui, & sic resurgere, & ad bona etiam, quatenus amiserit, reintegrari, & possint etiam intereà filii in conditione positi naturaliter mori, & sic possibile sit, eorum successioni locum non fieri, & fideicommissum quoad 15
eos evanescere, & caducari, *Peregr. de jur. fisc. d. lib.* 3. *tit.* 5. *nu.* 20. *Fusar. de fideicom. d. quæst.* 430. *num.* 11. *vers. responderi tamen num.* 12. *in fin. num.* 13. *vers. respondetur tamen num.* 16. *vers. altera igitur, & num.* 20. *vers. respondent tenentes, vers. sextò principaliter, vers. ex prædictis autem & qu.* 442. *num.* 1. 4. *&* 6. Ita ut filii faciant 16
solum deficere conditionem fideicommissi ipsis nunc bannitis iniuncti, & sint fideicommissi capaces, *Peregr. de jur. fisc. d. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 22. *Fusar. de fideicomm. quæst.* 423. *num.* 3. ac ad illud suo tempore admittantur, *Fusar. d. quæst.* 423. *num.* 4. etiam si nascan- 17
tur post bannum, *Petr. Ant. à Petr. de fideicomm. quæst.* 11. *num.* 620. *&* 621. *Fusar. de fideicomm. quæst.* 424. *num.* 1.

Quinimmò, quamquam mors 18
civilis banniti æquiparetur naturali, habeatque eumdem effectum, quem naturalis, ubi quis est bannitus cum publicatione bonorum, ac ideò dicatur tunc 19
aperta via filio ad petendam legitimam, *Merlin. de legit. d. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 4. *num.* 2. *Add. ad Buratt. d. decis.* 461. *num.* 16. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 267. *num.* 13. *& seqq.* seu filiis ad consequen- 20
dum beneficium *l.* 1. *& l. cum ratio, §. fin. ff. de bon. damnat. Peregr. de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 34. & fœminæ à statuto propter mas- 21
culos exclusæ ad petendam reintegra-

tegrationem, *Rot. penes Gilian. ad Statut. Peruſ. deciſ.* 52. *num.* 1.

22 Non tamen cedit fideicommiſſi dies, donec ſecuta non fuerit banniti mors naturalis, *l. cum pater*, *§. hæreditatem*, *ff. de leg.* 2. *l. Statius*, *§ Cornelio*, *ff. de jur. fiſc. Boſs. in pract. tit. de bon. public. nu.* 34. *in fin. Peregr. de jur. fiſc. d. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 17. *&* 20. *& tit.* 7. *num.* 22. *in fin. Craſſ. de ſucceſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt.* 32. *num.* 3. *verſ. & nota*, *Ruſtic. in tract. an, & quand. lib. in. cond. poſit. voc. lib.* 1. *cap.* 2. *par.* 1. *num.* 62. *Mantic. de conject. lib.* 11. *tit.* 6. *nu.* 16. *Fuſar. de fideicomm. quæſt.* 430. *num.* 13. *in fin. & num.* 20. *verſ. quintò ad idem*, *verſ. reſpondent tenentes*, *verſ. ſextò principaliter*, *& verſ. ex prædictis in fin. & quæſt.* 442. *num.* 4.

23 Proindeque interim fructus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum repertorum penes bannitum ſpectant ad fiſcum, & ideò penes ipſum bona manent, *Peregr. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 20. *verſ. & idem ſentio*, *& in fin. & lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 67. *Fuſar. de fideicom.*

24 *quæſt.* 529. *num.* 3. *&* 7. & quoad alia exiſtentia apud emptorem, ſeu tertium, ante ſecutam banniti mortem naturalem actio aliqua non competit, *Peregr. d. tract. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 20. *verſ. plerique tamen ibi*, *ſicut enim ſi ex*

25 *contractu*. Prout nec jura loquentia de bannito locum habent in bannito in contumaciam, ſaltem quoad alterius præjudicium, *Petr. à Petr. de fideicomm. quæſt.* 11. *num.* 614. Ut etiam in

26 ſimili, ſi gravatus Religionem, præſertim bonorum incapacem, ingrediatur, dicitur ex ipſo ingreſſu, eveniſſe caſum fideicommiſſi reſpectu bonorum ab ipſo poſſeſſorum ingreſſus tempore, 27

ſed non reſpectu alienatorum, niſi expectata illius morte naturali, *Peregr. de jur. fiſc. lib.* 3. *cap.* 5. *in fin. & Fuſar. de fideicomm. quæſt.* 428. *num.* 10. *& quæſt.* 430. *num.* 10. *& num.* 20. *ſub verſ. reſpondetur in d. §. inſulam*, *& nu.* 21. & cum hac diſtinctione intelligi debent, ni fallor, *Addentes ad Buratt. deciſ.* 461. *num.* 15.

Non obſtat, quod Paulus, prætendatur naturaliter mortuus. Quia hoc non fuit in actis probatum, neque actum, neque obtentum fuit in prima inſtantia ex hoc capite, nec reſtrictivè ad portionem, & jura ob illius prætenſam mortem naturalem competentia.

Quibus ſtantibus ſententia Judicis à quo revocari debuit uti iniuſta, *Greg. deciſ.* 1. *num.* 1. *& deciſ.* 264. *num.* 4. *juncto princ. Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 55. *num.* 7. *& par.* 6. *deciſ.* 263. *num.* 13. 28

Et ita utraque &c.



L Fidei-

FIDEICOMISSORUM.
Mercurii 18. Novembris 1648.

ARGUMENTUM.

De fideicommissi materia. De legitimatione per subsequens matrimonium. De probationibus faciendis ab agente ad rem, & fideicommissario, & præsertim circà identitatem, & confinia. Solutio impostæ an probet rei possessionem. An sub unica Citatione, & termino possint ferri plures sententiæ.

SUMMARIA.

1 *Fideicommissum fieri potest etiam in contractu donationis.*
2 *Fideicommissum quando non dicatur restrictum in casu tantum delicti, sed ordinatum etiam in casu mortis, & nu. 8. & 10.*
3 *Dictiones, Vel, Sive, & Seu, ponuntur inter diversa, repetunt, & distinguunt substantiæ dispositionem, disiungunt, & ampliant, & utrumque casum comprehendunt, & num. 4. 5. 6. & 7.*
9 *Fideicommissum declaratur, & ampliatur ex adiecta causa conservationis bonorum in agnatione.*
11 *Clausula, Tunc, & eo casu, non impedit, fideicommissi extensionem ex præsumpta voluntate disponentis. Ampl. ut num. 12.*
13 *Clausula, Ad habendum, cæterata, & non extensa non importat licentiam alienandi, sed restringitur ad naturam contractus, & eliditur per prohibitionem alienationis, & fideicommissum, & num. 14. 15. & 16. Ampl. ut num. 18. & 19.*
17 *Fideicommissum virtualiter includit alienationis prohibitionem.*
20 *Matrimonium subsequens legitimat filium naturalem, non spurium, seu adulterinum, & num. 21. Ampl. ut num. 22.*
23 *Legitimatus ex subsecuto matrimonio an veniat appellatione filiorum legitimorum, & naturalium, & includatur in fideicommisso, et num. 24. & 25.*
26 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit immissionem fideicommissario.*
27 *Fideicommissarius contrà tertium, et extraneum ad effectum immissionis an debeat probare dominium.*
28 *Fideicommissarius ad immissionem obtinendam tenetur probare, bona fuisse in bonis, et eorum identitatem, & n. 32.*
29 *Bona fuisse in bonis fideicommittentis probatur ex probata illius possessione.*
30 *Bona fuisse in bonis disponentis non probatur, nisi etiam probetur eorum identitas.*
31 *Identitas probari debet ab eo, qui rei petit restitutionem, et relaxationem.*
33 *Identitas probari non potest nisi cum expressione nominis loci, vel cognomine Prædii cum*

cum duobus confinibus, cum quibus conveniant confinia bonorum nunc possessorum per reum conventum, & num. 34.

35 *Identitatis rei, & confinium immutatio quando præsumatur.*

36 *Identitatem ad probandam plurimum suffragantur confinia.*

37 *Identitas confinibus mutatis, quomodo articulanda, & probanda.*

38 *Identitas in bonis babentibus diversos fines non præsumitur, sed pluralitas, nisi probetur.*

39 *Identitatem ad probandam debent testes deponere de modernis, & antiquis confinibus.*

40 *Identitas non probatur confinibus, & demonstrationibus generalibus, & æquivocis aliis etiam convenientibus, sed specialibus, particularibus, & certis.*

41 *Identitas domus inter plures cobærentes non probatur ex denominatione, quæ aliis etiam conveniat.*

42 *Identitas domus non probatur ex confinibus generalibus, quæ alteri domui ejusdem personæ conveniat.*

43 *Bona fuisse in bonis fideicommittentis, et eorum identitas probatur ex testamento. Decl. ut num. 44. et 53.*

45 *Identitas eliditur ex confusione, et incorporatione cum aliis bonis non assignatis, et probatis particularibus confinibus, et concludenter, et per demonstrationes non æquivocas, et num. 46. Secus è contrà, ut num. 47.*

48 *Fideicommissario datur immissio ad totum non obstante incorporatione aliorum bonorum facta per gravatum, seu illius bæredem, nisi ipse bæres antiquos, et distinctos confines designet, et probet.*

49 *Melioramentis non probatis in aliqua domo, vel loco, seu parte particulari, eorumque valore, et sic incertis ratione loci, et quotæ, et quantitatis, non datur immissio. et num. 50. et 51. Nisi præcedente liquidatione, et specifica indicatione, et probatione specialium confinium antiquorum, et recentium, ut num. 51. et 52.*

53 *Nuncio an, et quando credatur circà immissionem in possessionem bonorum, et eorum identitatem, et num. 54. 55. 56. 58. et 59.*

57 *Nemini creditur in causa propria.*

58 *Tenuta de facto, sine citatione, et causæ cognitione capta est nulla, et non constituit gradum aliquem probationis, nisi contrà tenutarium, et num. 59. Ampl. ut num. 60.*

61 *Exceptio ad repellendum actorem non potest illius intentionem fundare.*

62 *Identitas ut dicatur probata, debent concordare demonstrationes antiquæ cum modernis.*

63 *Locationes in antiquis probant identitatem, etiam contrà tertium. Lim. et decl. ut nu. 66. et seqq.*

64 *Bona fuisse in bonis, probatur*

 per

per instrumentum etiam contrà tertium, et quare. Ampl. ut num. 65.

73 *Confines regulariter non probantur ex instrumentis inter privatos confectis. Lim. ut num.* 74. *&* 77.

75 *Antiquum quid dicitur, si excedat spatium centum annorum, maximè contrà tertium, & num.* 76.

78 *Enunciativa contrà tertium non probat, maximè quando de enunciato disputari contingit.*

79 *Hæres fuit, ergo hoc prædium possedit, non est bona consequentia.*

80 *Hæredi non acquiritur bonorum possessio sine apprehensione.*

81 *Solutione impostæ non probatur possessio contrà tertium.*

82 *Sententiæ plures an, & quomodo possint ferri sub unica citatione, & per plures cædulas, & num.* 83. 84. *&* 85.

DECISIO XXIII.



CUM anno 1543. 9. Julii Federicus junior de Augucchiis testamentum, cum quo decessit, condiderit, in quo universales hæredes instituit Eliseum, & Antonium filios, eosque invicem substituit vulgariter; & per fideicommissum, & illis quandocunque decedentibus sine filiis masculis, vel fœminis legitimis, & naturalibus, vel eorum filiis, & descendentibus masculis decedentibus quandocunque sine filiis masculis, vel fœminis legitimis, & naturalibus, ultimò eorum sic decedenti substituit Antonium de Dosiis ejus ex filia nepotem, & successivè expressè prohibuit aliquo modo per aliquem ex dictis ejus hæredibus alienari posse Domum ipsius Testatoris, in qua tunc habitabat, positam in Capella S. Josephi in Contrata Galeriæ juxtà illos de Samanchinis, Baptistam Capistrarium, & illos de Poetis, & Possessionem cum duabus Domibus, Area, Puteo, Furno, & aliis suis super extantibus divisam in duabus petiis Terræ tornaturarum 100. vel circà juxtà Paulum de Poetis, Viam publicam, bona Hospitalis Vitæ, & Hæredes Caroli de Gandulphis; addita ratione, quia voluit dicta res perpetuo esse, & remanere in sua Familia, & Casata, & penes hæredes ipsius Testatoris, de quibus suprà.

Cumque etiam anno 1588. 22. Junii supradictus Eliseus dicti Federici Testatoris filius donaverit inter vivos Horatio ejus nepoti ex dicto Antonio fratre filio omnia ejus bona tunc à se possessa cum clausula, Ad habendum, salvo sibi usufructu, & cum conditione, quod in casu mortis Horatii succedere deberent in bonis donatis primo illius filii masculi legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati, & illis non existentibus, filiæ fœminæ; itaut

itaut dicti filii, seu filiæ semper in qualibet parte ejus portionis censerentur positi in dispositione, & dispositivè vocati, vel vocatæ, & ut in eventum, quod dictus Horatius scelus aliquod committeret, propter quod plectendus esset pœna confiscationis, tunc, & eo casu in eisdem bonis donatis voluerit, substitutos esse illius filios masculos, sin minus fœminas, vel, si sine filiis, legitimis, & naturalibus decessisset, fratres ejusdem; addita causa, quia intentio ejus fuit, & est, ut bona conserventur in agnatione.

Hinc fuit primo de anno 1642. in vim fideicommissi dicti Federici ex parte dicti qu. Antonii de Augucchiis, alias de Spagnolis, tàm nomine proprio, quàm uti patris, & legitimi administratoris Proculi Elisei ejus filiis motum judicium super immissione ad infrascripta corpora bonorum, citatis D. Horatio Spagnolo de Augucchiis, DD. Josepho Maria, & fratre de Grimaldis, & DD. Bartholomeo, Camillo, & Joanne Paulo de Salarolis illorum respectivè possessoribus.

Et deindè anno 1644. aliud judicium immissionis super iisdem bonis institutum fuit in vim prætensi fideicommissi compræhensi in dicti Elisei donatione ad instantiam D. Franciscæ Mariæ uti filiæ dicti Horatii donatarii contrà dictorum DD. Josephum Mariam, & fratrum de Grimaldis, D. Lucretiam Canalem de Scappis, D. Vittoriam de Vulpariis, DD. Camillum, & alios de Salarolis, & D. Joannem Dominicum de Baraldis.

In suspenso successivo relicto dicto primo judicio ob secutam mortem dicti Antonii processum fuit in secundo cœpto per dictam D. Franciscam Mariam, in quo D. Auditor Generalis quinq; protulit sententias, prout quinque erant corpora bonorum, & illorum separati possessores, quarũ quatuor fuerunt absolutoriæ à petitis salvo jure meliùs probandi in alio judicio, & quinta contrà Salarolos fuit pro immissione in medietatem Domus positæ in Via Galeriæ, & pro restitutione fructuum perceptorum à die motælitis, & percipiendorum usque ad illius effectualem relaxationem.

A quibus cum appellatum fuerit ad hanc Rotam, & coniunctim, ac unitim ad causam venerit etiam præfatus Proculus Eliseus dicti Antonii filius prævia reassumptione, & unione dicti primi ejus moti judicii super fideicommisso dicti qu. Federici, & mediante etiam commissione Eminentissimi D. Card. Legati, fuit in propositione, & expeditione causę, seu causarum votis omnium firmatum pro absolutione quoad omnia corpora, & quoad omnes possessores, & tàm respectu fideicommissi testamentarii Federici, & sic interesse, & prætensionis dicti Proculi Elisei, quàm respectu fideicommissi Elisei in dicta donatione, & sic interesse, & prætensionis dictæ Franciscæ Mariæ; & in resolutionis executionem latæ fuerunt

runt decem sententiæ.

Ratio autem resolutionis fuit, quia Actores defecerint in probationibus.

Nam, admisso, quod constet de fideicommisso Federici, & descendentia ad favorem Proculi Elisei, nec non de fideicommis-
1 so Elisei in dicta donatione (in qua de jure fieri potest, *Fusar. de substit. quæst.* 14. *per tot.*) ad favorem D. Franciscæ Mariæ, & qui-
2 dem non restricto ad casum delicti; ut pars adversa prætendebat, sed ex ordinatione, & conventione firmato etiam in casu mortis ex traditis per *Duran. dec.* 126. *nu.* 6. *et seqq.* stante maximè
3 dictione, Vel, quæ ponitur inter diversa, *Rot. recent. par.* 7. *dec.* 229. *num.* 25. & post nostrum *tract. de*
4 *subbast. decis.* 99. *num.* 7. ac repetere, & distinguere solet substantiæ dispositionem, *Rot. recent.*
5 *par.* 6. *decis.* 232. *num.* 16. atque disiungere, *Gratian. decis.* 201. *num.* 35. & ampliare, *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 69. *num.* 5. & *par.* 6. *decis.* 206. *num.* 17. *Greg. decis.* 21.
6 *num.* 2. ut dicitur de dictione, Sive, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 316. *num.* 5. & Seu, *Paris. cons.* 7. *num.* 38. *lib.* 2. & *cons.* 42. *num.* 8. *lib.* 3. & *Rot. recent. par.* 7. *decis.*
7 287. *num.* 9. & utrunque casum compræhendit, ut de dictione, Seu, tradit *Paris. cons.* 101. *nu.* 22.
8 *lib.* 4. ac stante etiam expressa causa conservationis bonorum
9 in agnatione, quæ declarat, & ampliat fideicommissum, *Paris. cons.* 22. *nu.* 65. *lib.* 2. *Sim. de Præt. de interpretat. ult. volunt. lib.* 3. *mihi*
10 *col.* 12. *num.* 10. *fol.* 294. & ad utrunque casum refertur, *Duran.*
d. decis. 126. *num.* 8. & *seqq.* nec 11
clausula. *Tunc, & eo casu*, impediat, quin fiat etiam extensio ex præsumpta voluntate disponentis, *Gratian. discep.* 662. *nu.* 17.
& 18. & non obstante clausula, 12
Ad habendum &c. in donatione
apposita, cum tamquam cætera- 13
ta, & non extensa cum licentia alienandi eamdem licentiam importare non possit, & nihil operetur, *Buratt. decis.* 89. *num.* 5.
atque restringatur ad naturam 14
contractus, *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 415. *num.* 21. & *par.* 5.
tom. 1. *decis.* 60. *num.* 12. & illius 15
virtus penitus evacuetur, & elidatur per prohibitionem alienationis, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 74.
num. 15. & consequentèr per fidei- 16
commissum, & onus alteri restituendi, quod virtualiter prohi- 17
bitionem alienationis includit, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 37. *num.* 20. *decis.* 426. *num.* 10. & 11. & *par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 408. *num.* 9. *Add. ad Buratt. decis.* 690. *litt. B.*
& eo magis quando hujusmodi 18
clausula est posita in clausulis executivis quia tunc non alterat principalem dispositionem, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *d. decis.* 415. *num.* 20. *Buratt. decis.* 87. *num.* 3.
& ibi *Add. num.* 20. & ejus viribus 19
enervata jacet, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 86. *num.* 9.

Nec non admisso etiam, quod
D. Francisca Maria per subse- 20
quens matrimonium legitimata fuerit, ex quo esset naturalis, non spuria *Gratian. discep.* 83. *num.* 22. *seu adulterina*, *Gabr. de legitimat. concl.* 1. *num.* 57. *Merlin. de legit. lib.*

lib. 1. tit. 2. quæst. 7. num. 20. & 29.
21 & esset concepta, & nata ex so-
luto, & soluta, & ex personis,
inter quas tunc posset esse coniu-
gium; non autem ex personis,
inter quas matrimonium tunc
esse non posset propter aliquod
impedimentum, quod posteà
cessaverit, Instit. de hæreditat. quæ
ab intest. defer. §. quibus, Bart. in l. ex
libera num. 1. C. de suis, & legit.
Socin. sen. cons. 44. num. 43. & seq.
lib. 2. Ruin. cons. 51. num. 4. lib. 5.
Cephal. cons. 276. num. 18. & cons.
390. num. 20. & seq. Roman. cons.
367. num. 7. Gabr. de legitimat. d.
concl. 1. num. 2. Merlin. de legit. d.
quæst. 7. num. 14. & in terminis
dispensationis Pontificiæ, Greg.
22 decis. 19. num. 3. ac etiamsi inter
nativitatem, & matrimonium
aliud matrimonium intercessis-
23 set, Merlin. loc. cit. num. 28. & ideò
intelligatur vocata, & veniat
appellatione filiorum legitimo-
rum, & naturalium, & includi
debeat in dicto fideicommisso,
24 Merlin. d. qu. 7. nu. 10. et 28. atque
obtinere possit immissionem, ut
in terminis immissionis ex reme-
dio, Quorum, bonorum, tradit
Menoch. de adipsc. remed. 1. num.
25 42. & 43. quamvis videatur hæc
quæstio vocationis hujusmodi
legitimati de apicibus juris, &
valdè controversa, & afferatur
communis, & magis communis
hinc indè, Buratt. decis. 781. nu. 2.
26 et decis. 899. num. 4. ita ut tam-
quam articulus requirens altio-
rem indaginem impedire non
possit immissionem, Petr. Ant. à
Petr. de fideicomm. quæst. 11. nu. 476.
vers. quintus casus, Gratian. discept.
264. num. 51. & seq. Rot. post no-
strum tract. mand. de manuten. decis.
566. num. 6.

Et quidquid sit, an contrà ter- 27
tium, & extraneum, ut in casu
præsenti, sit probandum etiam
dominium, de quo Mascard. de
probat. concl. 778. num. 9. & seqq.
Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 6. nu. 5.
Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 6.
& dec. 2. num. 1. Fusar. de subst.
quæst. 614. num. 4.

Non fuit concludenter proba-
tum, bona fuisse in bonis fidei-
committentium, neque sufficien-
ter constitit de eorum identitate,
prout utrunque probandum erat 28
ab Actoribus, ut de primo Man-
tic. de coniectur. lib. 7. tit. 6. num. 5.
Petr. Ant. à. Petr. de fideicom.
quæst. 12. num. 7. Fusar. de subst.
quæst. 616. per tot. Rot. recent. par.
4. tom. 2. decis. 336. num. 3. & tom.
3. dec. 518. num. 11. & par. 5. tom.
1. dec. 84. num. 1, dec. 330. num. 1.
& dec. 408. num. 7. & par. 7. dec.
8. num. 1. Greg. dec. 194. num. 1. &
ibi Beltram. num. 24. Buratt. dec.
589. num. 18. & dec. 621. num. 1. 29
quod probatum dicitur, probata
fideicommittentis possessione,
Rot. post nostrum tract. mand. de
manut. dec. 52. nu. 1. & de secundo
Fusar. d. quæst. 616. num. 20. cum 30
non possit probari, bona fuisse in
bonis disponentis, nisi etiam
probetur identitas, Petr. à Petr.
de fideicomm. d. quæst. 12. nu. 1369.
Rot. recent. d. decis. 8. nu. 1. part. 7.
& benè Buratt. decis. 201. num. 1.
quæ probari debet ab eo, qui rem 31
ipsam sibi restitui, vel relaxari
petit, Buratt. decis. 641. num. 10.
& à fideicommissario immissio- 32
nem

nem prætendente, *Rot. recent. par.*
5. tom. 1. d. decis. 330. num. 3. par. 6.
dec. 93. num. 13. decis. 298. num. 2.
& decis. 306. num. 1. & par. 7. d.
decis. 8. num. 1. & dec. 135. num. 22.
33 *& Duran. decis. 24. num. 1.* & pro-
bari non potest, nisi exprimatur
nomen loci, ubi res sita est, vel
cognomen Prædii una cum duo-
bus confinibus, *Petr. Ant. à Petr.*
de fideicom. d. quæst. 12. num. 1369.
34 *&* 1370. cum quibus conveniant
confinia bonorum nunc possesso-
rum per Reos conventos, *Gra-*
tian. discept. 447. num. 33. Natt.
conf. 225. num. 15. lib. 2. Rot. recent.
par. 4. tom. 2. decis. 417. num. 6. &
par. 5. tom. 1. decis. 42. num. 4. &
par. 6. dec. 286. num. 1. & par. 7.
decis. 88. num. 12. vers. esse autem.
35 Quibus probatis, intrat præsump-
tio identitatis, & confinium im-
mutatio, *Petr. Ant. à Petr. de fidei-*
comm. d. qu. 12. nu. 1370. & 1371.
36 Ad identitatem enim proban-
dam plurimum suffragantur con-
finia, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. dec.*
37 359. *num.* 44. Et quatenùs confi-
nia sint lapsu temporis mutata,
debet articulari, & probari, quod
res, hoc est, Prædium, vel Do-
mus, quæ hodiè possidetur ab N.
seu quæ est enunciata in tali pos-
sessione de illa capta, habens talia
confinia est illamet, quæ de tali
tempore erat posita intrà tales
confines, *Buratt. dec. 131. num. 6.*
38 *&* 7. Quia, ubi bona habent di-
versos fines, nisi probetur iden-
titas interim præsumitur rerum
pluralitas, *Rot. recent. par. 5. tom.*
39 *1. decis. 226. num. 13.* Debentque
testes deponere de antiquis, &
modernis confinibus, non autem
sufficit, ut de modernis tantùm,
vel de antiquis tantum attesten-
tur, *Petr. Ant. à Petr. de fideicom.*
d. quæst. 12. num. 1373. Prout non 40
sufficit, quod doceatur de con-
finibus, & demonstrationibus
generalibus, & æquivocis, aliis
Prædiis, seu corporibus bonorum
etiam convenientibus, sed debet
identitas probari per speciales, &
particulares, ac certas demon-
strationes, & confinia, *Rot. recent.*
par. 4. tom. 2. dec. 443. num. 1. &
par. 6. dec. 236. num. 1. decis. 175.
num. 2. & 4. et dec. 236. num. 1. &
par. 7. dec. 96. num. 5. Duran. decis.
281. *num.* 6. *&* 10. *Buratt. decis.*
131. *num. 8. & decis. 424. num. 5.*

In proposito verò quoad Do-
mum possessam per Salarolos
dant Actores pro illius confini-
bus Viam Galeriæ, & bona DD.
de Poetis, quæ inter alia enun-
ciantur in testamento Federici,
quæ sunt nimis generalia, & con-
veniunt infinitis aliis Domibus
in illa contrata, cum latè se ex-
tendant, ut est notorium, atque
conveniant præsertim cum con-
finibus aliarum duarum Domo-
rum ab hæredibus Federici, alie-
natarum in alias personas cum
assertione, quod essent hæredita-
tis Federici, ut ex instrumentis
à D. Francisca Maria productis.
Neque identitas Domus inter 41
plures cohærentes dici potest
probata ex denominatione, quæ
aliis etiam convenit, *Rot. recent.*
par. 7. dec. 96. num. 4. nec ex con- 42
finibus generalibus, quæ alteri
Domui ejusdem personæ conve-
niant, seu convenire possint, ut de
Via publica, *Rot. recent. par. 4.*
tom.

tom. 3. decis. 622. num. 7. & 9. Et
43 quamvis ex testamento fidei-
committentis probetur Præ-
dium fuisse in ejus bonis, Rot.
recent. par. 5. tom. 1. decis. 67. num.
3. & decis. 330. num. 25. ac illius
identitas, Fusar. de substit. quæst.
44 68. num. 30. & Rot. recent. d. par,
5. tom. 1. decis. 330. num. 25. id ta-
men procedit contrà ejus hære-
des tantum, & habentes ab eis
causam, etiam mediatè, non au-
tem contrà tertios possessores, ut
sunt Salaroli, quos non constat
habere causam ab hæredibus,
Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 336.
num. 4. & 5. & d. par. 5. tom. 1. dec.
45 330. num. 26. Eoque magis red-
ditur hujusmodi probatio irrele-
vans, & turbida, quia constat in
actis Domum fuisse ampliatam
ex emptione, & incorpora-
tione aliarum Domorum eidem
adhærentium, & eliditur identi-
tas, ubi adest confusio, & incor-
poratio cum aliis bonis non assi-
gnatis, & probatis particulari-
bus confinibus, Rot. recent. par. 6.
46 decis. 16. num. 9. vers. demum, &
quidem concludenter, & per
demonstrationes non æquivocas,
Rot. recent. d. par. 6. dec. 175. nu. 4.
cessatque immissio, Rot. recent. d.
47 par. 6. dec. 286. num. 5. & 6. Quid-
quid aliud sit, quando adhuc con-
fines adsunt, cum tunc bona non
possint dici confusa, Rot. recent.
ead. par. 6. decis. 236. num. 11. Pro-
ceduntque maximè prædicta,
dum non agitur contrà hæredem
gravati, ex cujus acquisitionibus,
& incorporatione, ac culpa, &
facto fuerint confinia confusa,
48 quo casu non solet fideicommis-
sario immissio ad totum impe-
diri, nisi ipse hæres antiquos,
& distinctos confines designet,
Ruin. cons. 14. num. 15. lib. 1. Fusar.
de substit. quæst. 618. num. 49. Du-
ran. decis. 325. num. 8. Add. ad
Greg. dec. 575. num. 12. Rot. recent.
par. 6. decis. 175. num. 5.

Neque etiam fuit locus im-
missioni ad favorem D. Franciscæ
Mariæ respectu melioramen-
torum factorum, ut prætenditur,
ab Eliseo donante, quia illa non
fuerunt probata, nisi aliquali-
tèr, & generalitèr in confuso,
quod scilicet in dictis Domibus
hæredes Federici fabricarunt, 49
quod non relevat, non probato,
quæ sint, sivè in quibus consistant
hujusmodi melioramenta, Gra-
tian. decis. 81. num. 31. & in qua
Domo, vel loco, seu parte facta
sint, ad Pacific. de salv. insp. 2. cap. 2.
nu. 239. & 240. & nec probatus sit 50
melioramentorum valor, Rot.
recent. par. 4. tom. 2. decis. 306. nu. 3.
nec probatum fuit, quod adessent
tempore donationis, nec quæ
fecerit Eliseus, prout est neces-
sarium, Menoch. de recuper. remed.
15. num. 567. Rot. recent. par. 7. dec.
88. num. 28. Undè, cum sint in- 51
certa ratione loci, ac quotæ, &
quantitatis, non potest immissio
concedi, Rot. recent. par. 6. d. decis.
282. num. 5. non præcedente li-
quidatione, Surd. cons. 248. num.
13. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art.
47. num. 68. & seqq. & specifica 52
indicatione, & probatione spe-
cialium confinium tàm antiquo-
rum, quàm recentiorum, d. decis.
286. num. 6. par. 6. recent.

Quo verò ad Possessionem

Beverariæ retentam per DD. de
53 Grimaldis non videtur probatum eam fuisse in bonis Federici, neque respectu antiquorum confinium ex propria ejus assertione contrà tertios possessores, in quibus sumus, ex *d. decis.* 336. *num.* 4. *&* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *& d. dec.* 330. *num.* 26. *par.* 5. *tom.* 1. *recent.* neque respectu confinium recentiorum ex capta tenuta, seu tenutis ad instantiam Actorum, citatione aliqua non præcedente.
54 Nam, licet videatur credendum Nuncio referenti se in vim licentiæ Judicis accessisse ad locum, ubi sunt sita bona hæreditaria alicujus, & misisse hæredem in possessionem, *Menoch. de adipisc. remed.* 4. *num.* 924. *& seq.*
55 *Buratt. decis.* 292. *num.* 2. id tamen procedit, ubi non constat de alterius possessione, & sumus in dubio, an alter possideat, *Me-*
56 *noch. ibid.* & nisi contradictor protestatus fuerit illa bona esse à se possessa, & non à defuncto, *Menoch. loc. cit. num.* 927. *vers. declaratur secundò, & seq.* in casu verò præsenti constat de possessione, & protestatione DD. de Grimaldis, nec potuit Nuncius se informare de facto tam antiquo, nisi à parte, de cujus interesse agitur,
57 cui in causa propria non est standum. Et cum sit tenuta capta de facto absque citatione, & causæ cognitione ex stylo Curiæ Bononien. uti nulla, & quæ habet solum vim citationis, & introdu-
58 ctionis causæ, & judicii non constituit gradum aliquem probationis, *Christophor. Mart. Medic. inter suas decis. examinat.* 39. *n.* 16. nisi contrà ipsum tenutarium, 59
Rot. recent. part. 5. *tom.* 1. *decis.* 38. *in fin. &* 39.

Nec relevat, quod pars con- 60
venta petierit revocari tenutam, asserendo se possedritricem, ex quo videatur falsam fuisse identitatem.

Quia ultrà quod actus hujusmodi legitur gestus ab asserto procuratore, de cujus sufficienti mandato non constat, ex eo non infertur ad identitatem, sed ad possessionem præsentaneam corporis, & membri, super quo molestiæ illi inferantur, nec, quod 61
excipitur ad repellendum Actorem, illius intentionem fundare potest *l. non utique, ff. de except. Niger de except. cap.* 1. *tit.* 19. *nu.* 10. *& seq. Rot. in Legien. Prioratus* 6. *Martii* 1587. *coram claræ memor. Card. Pamphilio.*

Præterea non concordant de- 62
monstrationes antiquæ cum modernis; etenim in testamento Federici, & mandato Judicis describitur Possessio tornaturarum 100. divisa cum duabus Domibus, & assignatur Via publica pro confine ab uno latere tantùm, in dicta autem tenuta, & illius relatione describitur Possessio cum una Domo tantùm, & datur Via publica pro confine à duobus lateribus, nec non Stradella ab alio latere, nec fit mentio illius divisionis in duabus petiis terrarum, nec de numero tornaturarum, & assignantur etiam alii diversi confines, nempè Hospitale Mortis, & Magnanus, neque nominatur confine Hæredum Caroli Gandulfi,

quod

quod nominatur in testamento, & mandato.
Nec obstant respectu D. Franciscæ Mariæ prætensæ duæ locationes factæ ab Eliseo, & Ho-
63 ratio, ex quo locationes in antiquis probent identitatem etiam contrà tertium, *Petr. Ant. à Petr. d. quæst.* 12. *nu.* 29. *Fusar. d. tract. de substit. quæst.* 618. *num.* 7. *&* 8.
64 cum probatio per instrumentum in probatione, quod bona fuerint in bonis, probet etiam contrà tertium, quia probat rem sic gestam fuisse, *Petr. d. quæst.* 12.
65 *num.* 43. præsertim in antiquis, *Fusar. d. quæst.* 618. *num.* 27. *et* 28.
66 Tum quia illæ non possunt suffragari D. Franciscæ Mariæ habenti à locatoribus causam, *Hieronym. de Mont. de finib. cap.* 60. *nu.* 11 *et* 13. *Lott. in suo tractat. seu cons. de fin. nu.* 266. *Franc. de Aret. in cap. cum causam col.* 4. *de prob.*
Tum quia locationum instru-
67 menta non sunt antiqua, quo casu est satis controversum, an probent contrà tertium, ut per *Petr. Ant. à Petr. d. quæst.* 12. *n.* 31. *& Fusar. d. quæst.* 618. *nu.* 7. *&* 8.
68 Tum quia videtur procedere, vel, si constet etiam de effectuatione, *Marescott. var. resol. lib.* 1.
69 *cap.* 59. *num.* 47. vel si simus in tertiò, qui non possideat, *Menoch. de retin. remed.* 3. *num.* 574. *vers. declaratur quartò*, *Gabr. de*
70 *locat. concl.* 4. *num.* 3. *&* 4. seu possessio sit vacans, *Mar. Ant. var. resol. lib.* 1. *resol.* 106. *nu.* 39. *Gabr.*
71 *loc. cit. num.* 8. cum aliàs contrà tertium hujusmodi instrumenta sine actuali perceptione fructuum non probent, *cap. inter dilectos*, *ff. per instrumenta de fid. instrum. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 740. *num.* 37. immò nec si
constet de perceptione, & solutione pensionum, si tertiùs verè possideat, *Gabr. d. concl.* 4. *num.* 5. *&* 9. *Beltram. ad Greg. dec.* 6. *nu.* 7. 72
Quantum ad Prædium S. Mariæ in Donis partim possessum per D. Victoriam Vulpariam, & partim per D. Joannem Dominicum Baraldum, quod prætenditur fuisse Federici uti hæredis Petronii senioris ejus patrui, non probatur fuisse in bonis ipsius Federici, sed probationes deductæ ex enunciativis instrumentorum tendunt ad probandum illud fuisse in bonis dicti Petro-
nii, & tamen regulariter instru- 73
menta inter privatos confecta non probant confines, *Natt. cons.*
235. *num.* 7. *lib.* 2. nisi in antiquis, 74
Natt. ibid. in quibus non sumus,
cum ad hoc requiratur lapsus 75
spatii centum annorum, *Dec. cons.* 321. *num.* 11. *Cravet. de antiquit. tempor. par.* 1. *in princ. & par.* 3. *num.* 20. *Petr. Ant. à Petr. de fideicomm. quæst.* 13. *num.* 96. 103. 144. *& seq. Affl. decis.* 245.
& 251. præcipuè contrà tertium, 76
Alex. cons. 139. *num.* 9. *&* 14. *lib.* 6. *Rot. in Romana Domus* 2. *Maii* 1588. *coram Orano*, & hic agatur
de spatio annorum 60. undè ex 77
præfatis instrumentis confines non probantur, *Lott. in d. suo cons. seu tract. de fin. num.* 20. 235. 236. 239. 269. *&* 270.
At, dato etiam, quod Præ-
dium istud fuerit in bonis Petro- 78
nii, non ex hoc inferri potest, quod fuerit deindè in bonis Fe-

derici;

derici ; Tum quia non constat Federicum fuisse illius hæredem, nisi per ipsius Federici assertionem in quodam instrumento cum contradictione etiam partis
78 contrahentis, quæ enunciativa contrà tertium non probat, maximè quando de enunciato disputari contingit, *Veralk dec. 328. num. 3. par. 2. Coccin. decis. 199.*
79 *num. 9. & 10.* Tum quia non est bona consequentia, Federicus fuit illius hæres, ergò possedit hoc Prædium hæreditarium,
80 cum hæredi non dicatur acquisita possessio bonorum hæreditariorum sine illius actuali apprehensione, ut habui in *tract. mand. de manuten. observ. 55. num. 26. & ibi Rot. dec. 150. num. 9. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 799.*

Respectu vero Prædii Cinquanta, & S. Georgii, quod est sub emphyteusi, quodque præsens possessor habuit à Domino directo, non fuit data nisi fides
81 solutionis impostæ, ex qua contrà tertium possessio non probatur, *Rot. in forolivien. Capellaniæ 2. Junii 1586. coram Orano.*

Nec est mirandum, dum protulimus decem sententias, per decem cedulas separatas, & di-
82 stinctas, cum videretur pronunciandum unica sententia, & unica cedula, ac unica charta ad effectum ; ne posset prætendi sententias latas esse diverso tempore, & non unico contextu.
83 Quia stylus est notorius in his partibus sic pronunciandi, &
84 quemadmodum, si unica fuisset cedula, & charta, stantibus diversis capitibus, & corporibus bonorum à diversis personis possessorum dicerentur contineri in ea plures, & diversæ sententiæ, ac tot, quot essent personæ, & capita, ac corpora diversa, ita potest Judex, antequam ad aliū actum extraneum divertat, eodem contextu, & in continenti pronunciare per plures cedulas, & chartas diversas, distinctas, & separatas, ferendo, & publicando unam sententiam post aliam, ut dixit *Rot. in Romana Pecuniaria 17. Martii 1645. coram R. P. Corrado.* Nec turbare debet, quod primus Judex tulerit quinque tantum sententias, & Rota decem. Quia primus Judex pronunciavit solum super interesse D. Franciscæ Mariæ venientis ex fideicommisso Elisei in donatione; Rota autem pronunciavit in prima instantia super interesse etiam Proculi Elisei provenientе, non à donatione Elisei, sed à fideicommisso Federici in testamento, & sic à diverso fonte adversus eadem corpora bonorum ; Et ita utraque &c.

BONONIEN. DONATIONIS.

Jovis 3. Decembris 1648.

ARGUMENTUM.

Debitorum solutio an, & quando spectet ad hæredem, vel donatarium.

SUMMARIA.

1 *Donatarius universalis, seu maximæ vel majoris partis bono-*

bonorum est loco hæredis, tenetur ad donantis debita, & conveniri potest actionibus realibus, & personalibus, prout ille, secus in donatario particulari. & num. 2. & 3.

4 *Decl. ut sit hæres quoad quædam tantum, & secundum quid. & num. 5.*

6 *Decl. ut in donatione per contractum non teneatur ad debita posteriora, nec ad anteriora personalia.*

7 *Bona in donatarium translata non sunt amplius donantis, nec sub illius hæreditate, sed donatarii.*

8 *Donatarius non tenetur via executiva ex obligatione camerali donantis, nisi se hæredem declaraverit.*

9 *Donatarius non tenetur respondere donantis creditoribus.*

10 *Donatarius universalis recta via conveniri potest, & tenetur ad donantis debita anteriora ut hæres, quando alius hæres non adest, vel hæreditas non est solvendo, econtra vero tenetur hæres, & pro supplemento deindè donatarius, & num. 11. et 12. Ampl. ut num. 13.*

14 *Creditores mulieris, quæ omnia bona dedit in dotem, aliquibus reservatis, agere priùs debent contrà reservata, & parapharnalia, et in subsidium deindè contrà alia, & num. 15. Contrarium num. 16.*

17 *Hæres semper tenetur ad omnia, ad quæ tenebatur defunctus, & ad debita, & onera hæreditaria, quando hæreditas est solvendo, & pro valore rerum hæreditariarum. & num. 18. & 19.*

20 *Hæres potius, quam alius in dubio gravatus censetur ad hæreditaria onera.*

21 *Obligationes omnes defuncti transeunt in hæredem.*

22 *Hæres quis dici non potest, antequam sit creditoribus satisfactum, nec quidquam ex hæreditate lucrari. & num. 23.*

24 *Hæreditas continet omnia debita, et credita, damnum, & lucrum, commodum, & incommodum, & num. 25.*

26 *Hæreditas diminuitur per es alienum.*

27 *Hæreditatis status apparere non dicitur, nisi ære alieno detracto.*

28 *Hæreditas est nomen juris.*

29 *Hæreditatis substantia consistit in jure, & in intellectu.*

30 *Hæreditas aliquo loco non circumscribitur.*

31 *Hæreditas potest esse sine rebus, & aliquo corpore, & absque aliqua utilitate.*

32 *Hæreditas aliud est, & aliud res hæreditariæ.*

33 *Hæreditatis substantia non consistit in rebus hæreditariis.*

34 *Reservatio pro facultate testandi facit donationem valere, quamvis maximam summam suprà vires patrimonii contineat, & quare. & nu. 35.*

36 *Donatarius tenetur in subsidium ad donantis debita anteriora. & num. 91.*

37 *Actio subsidiaria datur contrà possidentem titulo lucrativo.*

38 *Actio subsidiaria contrà donatarium*

tarium non intrat pro quantitate, quæ reperitur in hæreditate donantis, sed in quo hæreditas non est solvendo.

39 *Actio subsidiaria datur ex quadam necessitate, æquitate dictante, non extantibus bonis hæreditariis.*

40 *Necessitatis causa quæ conceduntur, regulantur ab ipsa necessitate, & æquitate.*

41 *Actio subsidiaria locum non habet, quando adsunt alia remedia, sed illis deficientibus, & num. 42.*

43 *Subsidii jus est extremum remedium competens illi, qui omni alio jure destituitur.*

44 *Bona in certum eventum obligata exequi non possunt, nisi facta prius excussione super bonis principaliter obligatis, & hæreditariis, seu hæredis, & num. 45.*

46 *Dotes mulierum ubi ex privilegio Fisci, vel Statuti dispositione cadant in obligationibus, et hypothecis maritorum pro debitis publicis, discutienda sunt prius bona maritorum, et deinde in subsidium fit executio super dotibus.*

47 *Legitima, vel ejus supplementum debetur ex bonis possessis per hæredem, et in subsidium, cohærede reperto non solvendo, pro illis agitur contra tertium possessorem.*

48 *Dotis restitutio non debetur in bonis datis æstimatis penes tertium existentibus, nisi in subsidium, facta excussione bonorum mariti, seu soceri ad restitutionem obligati.*

49 *Alienatorum pro revocatione non agitur contra possessores, nisi alienante existente non solvendo.*

50 *Retentionis exceptio admittitur etiam in remedio l. fin.*

51 *Retentio competit etiam singulari successori creditoris, et etiam quod non habeat cessionem, et num. 52.*

53 *Exemplis non est judicandum.*

54 *Spectandum non est, quid actum fuerit, sed quid agi, et fieri debeat. Ampl. ut num. 55.*

56 *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. gl. 3. par. 7. num. 57. declaratur, et num. 57.*

57 *Hæres creditor per aditionem confundit ejus actiones, et quare.*

58 *Ex eo, quod donatio intelligatur, deducto ære alieno, non infertur ad translationem oneris solvendi debita, sed quod bona donata sint libera, vel respectu creditorum cum suis oneribus, et hypothecis, et num. 59.*

60 *Donatarius molestari potest pro ære alieno, pro quo bona reperiuntur affecta, et qua actione, et num. 61. et 62.*

63 *Donatio non præjudicat creditori habenti anteriorem hypothecam, et num. 69. et 70.*

64 *Donatum censetur jus tantum, quod donator habet, et eo minus, quod per æs alienum detrahitur, non plus. et nu. 65.*

66 *In bonis nostris esse dicitur, quod superat æs alienum.*

67 *Donatio omnium bonorum bona simpliciter donantis comprehen-*

bendit, non quæ quoquo modo sunt affecta, et pro concurrenti quantitate hypothecæ, et num. 68.

71 *Evictio debetur etiam in donatione, ubi est promissa. Ampl. ut num.* 72. 75. 76. *et* 77.

72 *Evictionis promissio in donante efficit, ut ille teneatur ad interesse, vel æstimationem, et valorem, vel donatarium relevare, et num.* 73.

74 *Ampl. ut transeat hæc obligatio etiam in hæredem beneficiatum super bonis hæreditariis.*

78 *Evictionis promissio in clausulis executivis non alterat contractum, nec ampliat. Contrarium, ut ibid. Decl. ut num.* 79. 80. 81. *et* 82.

83 *Donatarius in tantum tenetur ad debita donantis anteriora, ut, si solvat hæres, possit ab illo repetere, et quare. Decl. ut num.* 84.

85 *Donatio omnium bonorum præsentium dicitur universalis, & etiam particularis, stante reservatione pro facultate testandi.*

86 *Donatio bonorum præsentium tantum quando dicatur, & num.* 87. 88. *&* 89.

89 *Evictio non habet locum in donatione omnium bonorum.*

90 *Evictionis promissio in donante indicat, ut donans non intellexerit donare omnia bona.*

91 *Donatarius, dum est obligatus in subsidium, et habet beneficium excussionis hæredis, consequens est, ut debitum sit hæredis, & num.* 92. *Decl. ut num.* 93.

94 *Fidejussoris obligatio dicitur accessoria, et intrat in subsidium, si principalis non sit solvendo, et num.* 95.

96 *Fidejussor habet exceptionem discussionis principalis.*

97 *Tertius possessor habet exceptionem discussionis principalis debitoris, et tenetur in subsidium, et num.* 98.

99 *Obligatus accessoriè, et in subsidium, si solvat, debet à principali relevari, et quare.*

100 *Donatarius an teneatur ex anteriori obligatione donantis de evictione, et nu.* 101. *et seq.*

102 *Circuitus sunt evitandi.*

103 *Quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio.*

104 *Actionem qui habet, rem habere videtur.*

105 *Exceptio facilius datur, quam actio.*

106 *Excipiendo opponi potest, quod non potest per viam actionis.*

107 *Hæres in reservatis in donatione videtur hæres particularis, et in re certa.*

108 *Hæres particularis, et in re certa non tenetur ad debita, nec potest dici hæres universalis, et num.* 109.

110 *Hæres in re certa tunc tantum habetur pro hærede particulari, seu legatario, quando datur alius cohæres universalis.*

111 *Hæredis verbum ex propria significatione significat quid universale, et illius appellatione verè, et propriè venit tantum hæres universalis, et num.* 112.

113 *Hæ-*

113 *Hæreditas est quid universale complectens universum jus defuncti, et totum id, quod subiacet liberæ facultati disponendi, et omnia bona existentia tempore mortis illius, et nu.* 114. 125. 116. *et* 122.

117 *Hæreditas consistere potest etiam in uno corpore.*

118 *Hæreditas quanvis parva non differt à magna, cum semper dividatur in* 12. *uncias, et num.* 119.

120 *Dispositio particularis dici non potest, quæ testamentum continet.*

121 *Testamenti caput est universalis institutio.*

122 *Verba*, cuncta mea bona habendi, *operantur institutionem universalem, et complectuntur omnia à defuncto possessa, et idem, quod hæreditas, et num.* 123.

124 *Bonorum specificatio in institutione hæredis quando intelligi debeat facta demonstrationis gratia, et ad majorem cautelam.*

125 *Hæres etiam particularis, alio non instituto, propriè dicitur hæres, et universalis, et obligatur creditoribus, et aliis oneribus hæreditariis, et num.*127.

126 *Testatus quis non potest decedere pro parte, et pro alia parte intestatus.*

128 *Donatarius an teneatur ad debita, si in donatione specificentur etiam bona censuata, et obligata, et num.* 129.

130 *Per donationem omnium bonorum inter vivos non transeunt in donatarium onera alieni juris, nec jura, & actiones passivæ, nisi ea nominatim cessa sint.*

131 *Evictionis promissio in donatione quid respicere videatur.*

DECISIO XXIV.



Etiamsi regula sit, ut Donatarius universalis, seu maximę, vel majoris partis bonorum, qualis videtur esse Illustrissimus D. Comes Antonius Isulanus ex donatione sibi facta à quond. Horatio de Cambis juniore, habeatur, seu sit loco hæredis, *Mozz. de contract. tit. de donat. in rubr. de natural. donat. num.* 25. *fol.* 157. *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.*8. *sub num.* 68. *Cutell. de donat. tract.* 2. *discurs.* 1. *special.* 1. *nu.* 14. *ubi de communi special.*20. *num.*23. *special.* 29. *num.* 16. & *special.* 38. *num.* 2. *vers. nam quando, Put. dec.* 124. *num.*3. *lib.*3. *in correct. Duran. dec.* 348. *sub num.* 4. & *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 207. *num.* 9. & per consequens teneatur ad debita donantis ante donationem contracta, *l. fideicommissum* 50. *§.* 1. *ff. de judic. Mozz. loc. cit. Corn. cons.* 260. *num.* 3. *lib.* 1. *Socin. sen. cons.* 236. *num.* 3. *lib.*2. *Dec. cons.* 237. *num.* 2. 3. 4. & 7. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 25. *num.* 7. *vers. sed hæc sententia, Cancer. ubi sup. Gratian. disc. ept.* 256. *num.* 17. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 7. *gl.* 3.

3. par. 7. nu. 57. tom. poster. fol. 529. Ant. de Amat. resol. 58. nu. 7. tom. 2. Giurb. decis. 62. num. 33. Cutell. de donat. tract. 1. discurs. 2. partic. 10. num. 64. & tract. 2. discurs. 1. special. 29. num. 16. & decis. 26. nu. 1. Duran. d. dec. 348. num. 1. & seqq. & Rot. in Romana Bonorum de Ceulis 10. Decembris 1593. coram Orano, & in Romana de Curialibus 9. Julii 1645. coram. R. P.
3 *Peutingerio*, & contrà eum competant actiones, quæ contrà donantem exerceri poterant, tàm reales, quàm personales, *Rot. recent. par. 7. decis. 135. nu. 10.* Cujus contrarium dicendum esset, si esset donatarius particularis, *l. cogi, §. inde quæritur, ff. ad trebell. l. æris alieni, C. de donat. Gratian. d. discept. 256. num. 18. Cancer. ubi sup. num. 70. Pen. dec. 149. num. 3.*

4 Attamen videtur, seu est hujusmodi donatarius hæres donantis quoad quædam tantum, *Cutell. de donat. d. tract. 2. discurs. 1.*
5 *special. 38. num. 7.* seu secundum quid, non simpliciter, *Ant. Fabr. in Codic. Fabr. lib. 8. tit. 36. de*
6 *donat. difin. 5. in princ.* ac propterea non æquiparatur hæredi propter universitatem bonorum in eum translatam, quando translatio facta fuit, ut hoc casu, per contractum, respectu debitorum contractorum per donantem post donationem, vel debitorum personalium contractorum etiam ante donationem, *Abb. cons. 102. vers. nec hospitale, & vers. aut illi debitores, lib. 2. Dec. d. cons. 237. num. 6. vers. sextò hoc lib. 1. Cancer. d. cap. 8. num. 68. Anton. de Amat. d. resol. 58. num. 8. Pen. decis. 563. num. 4. et seqq.* cum 7
bona uti jam transfusa, & translata in donatarium non possint dici amplius donantis, nec sub illius hæreditate, sed donatarii, *Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis. 561. num. 14.* nec contrà eum potest 8
agi via executiva ex obligatione camerali donantis, nisi se declaraverit hæredem, *Rot. recent. par. 7. decis. 97. num. 16. & 17.* neque 9
tenetur respondere illius creditoribus, *Capell. Tholos. quæst. 386.* & sentit *Molin. de primog. lib. 1. cap. 10. num. 5. vers. quæ omnia*, ibi secus tamen, atque tunc tantum 10
conveniri potest recta via, ac tenetur ad debita anteriora donantis, ut hæres, quando alius hæres non adest, aut hæreditas non est solvendo, *glos. in d. l. æris alieni, Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. cætera bona, nu. 46. vers. ubi vero donator, Guid. Pap. decis. 105. num. 1. vers. sed dum essemus*, ibi, nisi in casu, *Mozz. ubi sup. Dec. d. cons. 237. num. 6. propè fin. lib. 1. Add. ad Capell. Tholos. d. quæst. 386. Boer. dec. 204. num. 43. Caroc. decis. 125. nu. 3. & 9. vers. aut igitur, & vers. & prædicta, Giurb. d. decis. 62. num. 33. Cancer. d. par. 1. cap. 8. num. 68. Cyriac. contr. 14. num. 11. par. 1. Ant. de Amat. d. resol. 58. num. 13. Andreol. controv. for. .... Ant. Fabr. in d. Codic. fabr. lib. 8. tit. 36. de donat. defin. 5. Cost. de remed. subsid. remed. 108. num. 12. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 143. num. 4. vers. distinctionis fœdere. & num. 6. Ant. Nigr. de execut. rei judic. cap. 2. §. 2. nu. 32. 43. 44. et 60.*

N Sed

11 Sed, exiſtente hærede bono-
rum reſervatorum in donatio-
ne, qualis eſt in præſenti D.
Margarita Iſabella Inſula de
Spadis actrix, ad eam ſpectat
onus ſolvendi debita, etiam per
prius ante donationem contra-
cta, *Caroc. d. dec.* 125. *num.* 3. *verſ.*
onus, & ſeq. & num. 4. *verſ. cum*
igitur, & num. 9. *verſ. aut igitur,*
& Rot. poſt Cenc. de cenſib. deciſ.
12 284. *num.* 6. & ea prius eſt diſcu-
tienda, & pro ſupplemento de-
inde recurrendum eſt ad bona
donata, tamquam ea ſint tranſ-
lata cum ſua cauſa, & onere,
Abb. d. conſ. 102. *num.* 2. *in fin. &*
num. 3. *lib.* 2. *Dec. d. conſ.* 237.
num. 7. *lib.* 1. *Cancer. d. cap.* 8.
num. 68. *Ant. Fab. d. defin.* 5. *Du-*
ran. d. dec. 348. *num.* 3. & quod,
13 & ſi ex probabilibus argumen-
tis conſtet donationem factam
fuiſſe in fraudem creditorum,
non tamen poſſit donatio à cre-
ditoribus revocari, niſi excuſſis
prius aliis bonis donantis, ex
quibus, quod ſibi debetur, con-
ſequi poſſint, tradit *Mantic. de*
tacit. d. lib. 13. *tit.* 38. *num.* 11.
14 & in ſimili in muliere, quæ om-
nia bona ſua dedit in dotem
viro, reſervatis ſibi aliquibus,
quod pro debitis anterioribus ſit
dirigenda executio contra bona
ab ea reſervata, & parapherna-
lia, & contra eam facienda ſit
prius excuſſio, tradit *Cutell. d.*
tract. de donat. tom. 1. *diſcurſ.* 2.
partic. 10. *ſub num.* 68. *Add. ad*
15 *Caſtill. deciſ.* 97. & quod in ſubſi-
dium deinde agendum ſit contrà
maritum, tradit idem *Caſtill. ead.*
16 *deciſ.* 97. *num.* 9. *in fin.* Quidquid
contrà ſentiat *Gutierrez practic.*
quæſt. lib. 11. *tit.* 58. *num.* 5. *& ſeqq.*
Tenetur enim ſemper hæres 17
ad omnia, ad quæ erat obligatus
defunctus, *Rot. recent. par.* 4. *tom.*
2. *deciſ.* 56. *num.* 1. & ad debita, 18
& onera hæreditaria, quando
hæreditas eſt ſolvendo, *§. cæte-*
rum, Auth. ut cum de appell. cognoſc.
Gratian. deciſ. 181. *num.* 2. & pro 19
valore rerum hæreditariarum ad
eum devolutarum, *Rot. recent. d.*
par. 4. *tom.* 2. *deciſ.* 201. *num.* 10.
& 25. & ille potiùs, quam aliis 20
cenſetur in dubio gravatus ad
hæreditaria onera, *Alex. conſ.* 72.
in princ. vol. 5. in eumque tran- 21
ſeunt omnes defuncti obligatio-
nes, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.*
14. *num.* 1. nec antequam ſatisfa- 22
ctum ſit creditoribus, poteſt dici
hæres, *Rot. recent. d. deciſ.* 201.
num. 17. *tom.* 2. *par.* 4. nec quid- 23
quam ex hæreditate lucrari, *Rot.*
recent. par. 5. *tom.* 1. *deciſ.* 304. *nu.* 6.
Cum hæreditas contineat om- 24
nia debita, & credita, *Guid. Pap.*
deciſ. 460. *in princ. Rot. recent. par.*
7. *deciſ.* 257. *num.* 3. *Buratt. deciſ.*
283. *num.* 3. & damnum, & lu- 25
crum, ac commodum, & incom-
modum, *Guid. Pap. d. deciſ.* 460.
num. 3. atque diminuatur per æs 26
alienum, *Gratian. diſcept.* 998.
num. 1. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2.
deciſ. 409. *num.* 1. *& par.* 6. *deciſ.* 2.
num. 16. nec dicatur de ejus ſtatu 27
conſtare, niſi ære alieno detracto,
Rot. recent. part. 4. *tom.* 2. *deciſ.* 409.
num. 1. Et, quia ea eſt nomen 28
juris, *Abb. d. conſ.* 102. *num.* 2. *verſ.*
mihi tamen lib. 2. *Guid. Pap. d. deciſ.*
460. *in princ. Gratian. diſcept.* 532.
num. 17. & in jure conſiſtit illius 29
ſub-

substantia, *Castr. cons.* 11. *num.* 6.
30 *lib.* 3. ac in intellectu, nec aliquo
loco circumscribitur, *Rot. recent.*
par. 5. *tom.* 1. *decis.* 137. *num.* 30.
& post *Gilian. ad Statut. Perus.*
31 *decis.* 99. *num.* 29. *&* 30. potest
etiam esse sine rebus, & aliquo
corpore, *Castr. d. cons.* 11. *num.* 6.
lib. 3. *Abb. d. cons.* 102. *num.* 2. *vers.*
mibi tamen lib. 2. *Mantic. de tacit.*
d. lib. 4. *tit.* 10. *num.* 26. *& lib.* 13.
tit. 25. *sub num.* 9. & absque aliqua
32 utilitate, *Abb. loc. cit.* cum aliud
sit hæreditas, & aliud res hære-
33 ditariæ, *Castr. ubi sup.* nec in re-
bus hæreditariis consistit hære-
ditatis substantia, *Castr. ibid.*
34 Prout & reservatio pro facultate
testandi facit donationem vale-
re, quamvis maximam summam
suprà vires patrimonii sui dona-
35 tor donaverit, cum sufficiat,
quod possit acquirere, & poten-
tialiter hæredem habere, quam-
vis de facto non acquirat, nec
habiturus sit hæres, *Mantic. de*
tacit. d. lib. 13. *tit.* 31. *num.* 3. *&* 10.
36 Tenetur itaque D. Co: Anto-
nius donatarius in subsidium ad
debita donantis anteriora dona-
tione, *Caroc. d. decis.* 125. *num.* 6.
vers. aut igitur, *Ant. de Amat. d.*
resol. 58. *num.* 13. *Cost. de remed.*
subsid. remed. 108. *num.* 6. *Ant.*
Nigr. de execut. rei judic. cap. 2. §.
37 2. *num.* 47. Actio autem subsidia-
ria, quæ datur contrà possiden-
tem titulo lucrativo, *Buratt. dec.*
38 874. *num.* 9. non intrat pro con-
currenti quantitate, quæ reperi-
tur in hæreditate donantis, sed
in eo, in quo hæreditas non est
solvendo, *Duran. decis.* 241. *n.* 20.
& in eadem causa, quæ intitulata

est *Rot. in Ancomitana Censuum*
26. *Novembris* 1636. *coram Mer-*
lino vers. fundamentù vero, & vers.
minùs obstat, quoniam ea datur ex 39
quadam necessitate, sic dictante
æquitate, non extantibus bonis
hæreditariis, *Duran. ead. decis.*
241. *num.* 22. & quæ pro necessi- 40
tate conceduntur, regulantur
pro modo necessitatis, aut qua-
tenus necessitas urgeat, vel æqui-
tas dictet, *Duran. ibid. num.* 23.
nec actio subsidiaria locum ha- 41
bet, quando adsunt alia remedia,
Rot. recent. par. 6. *dec.* 77. *num.* 27.
sed illis deficientibus, *Rot. in d.* 42
Ancomitana Censuum 26. *Novem-*
bris 1635. *coram Merlino*, *vers.*
minùs obstat, cum jus subsidii sit 43
extremum remedium compe-
tens illi, qui omni alio jure desti-
tuitur, ut in eadem *Ancomitana*
Censuum d. vers. minùs obstat, nec 44
bona in certum eventum obli-
gata exequi possunt, non facta
priùs excussione super bonis
principaliter obligatis, *Buratt.*
decis. 285. *num.* 3. *&* 4. & super 45
bonis hæreditariis, seù hæredis,
Ant. Nigr. de execut. rei judic. cap.
2. §. 2. *num.* 47. ut in simili dicitur
quoad dotes mulierum, quæ ex 46
Fisci privilegio, vel Statuti dis-
positione sint obligatæ, & hypo-
thecatæ pro debitis publicis per
maritos contractis, nam sunt
priùs discutienda bona mariti,
antequam deveniatur ad dotem
uxoris, & excussione hujusmodi
facta, in subsidium posteà fit
executio contrà uxoris dotem,
Gratian. discept. 733. *nu.* 9. *&* 11.
Prout, quando hæres possidet 47
tantum, quod sufficiat pro solu-

N 2 tione

tione legitimæ, seu illius supplementi, tunc ipse est condemnandus, & tertius possessor conveniri non debet, nisi in subsidium, & hærede reperto non solvendo, *Rot. post Merlin. de legit. decis.* 80.
48 *num.* 1. Ut etiam mulier, seu illius hæres, quæ pro dotis restitutione potest in subsidium agere adversus bona in dotem data æstimata, tamquam ad fundum dotalem, non valet hoc jure uti, nisi facta bonorum mariti, seu etiam soceri, si & is ad restitutionem sit obligatus, excussione, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 590. *nu.*
49 16. *& seqq.* Quemadmodum in subsidium quoque agitur pro revocatione alienationis contrà possessores, alienante existente non solvendo, *Gargier. patrocin.* 10. *num.* 11.

Ex quibus sequitur, quod D. Margaritæ Isabellæ hæredi dicti Horatii junioris agenti ad consecutionem bonorum reservatorum in donatione adversus D. Co: Antonium ejusdem Horatii donatarium obstet exceptio retentionis pro credito dotis eidem adversariæ solutæ, in cujus locum
50 successit, quæ admittitur etiam in remedio *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll. Pacific. de salv. insp.* 3. *cap.* 8. *num.* 308. *& seqq. Gratian. discept.* 731. *num.* 23. *&* 24.
51 & competit singulari successori creditoris, *Hond. cons.* 16. *num.* 23. *lib.* 1. *Gabr. cons.* 33. *num.* .... *lib.* 2. *Surd. cons.* 4. *num.* 8. *& cons.* 183. *num.* 5. *Gratian. discept.* 117. *num.* 25. *discept.* 269. *num.* 23. *& decis.* 224. *num.* 1. *&* 2. *in addit. Thomat. decis.* 19. *num.* 12. ut est dictus D. Co: Antonius, & etiam sine cessione, *Gratian. discept.* 734. *nu.* 18. 52
Mantic. decis. 69. *num.* 3.

Et successivè revocanda videtur sententia D. Judicis à quo, quæ in effectu mandat bona reservata consignari D. Margaritæ Isabellæ, & debita solvi per D. Co: Antonium, prout dicta die 3. Decembris omnium votis revocata fuit.

Nec obstat primo, quod *Fontanella d. gl.* 3. *par.* 7. *num.* 57. referat duos casus, in quibus in Senatu Cathaloniæ fuit resolutum pro hærede contrà donatarium.

Nam, præterquam quod non 53
est judicandum exemplis, *l. nemo C. de sent. & interlocut. omn. judic.* nec spectandum est, quid actum 54
fuerit, sed quid agi, & fieri debeat, *Gratian. discep.* 127. *num.* 51. præsertim inter paria Tribunalia, 55
Gratian. ibid. num. 50. Respond. ibi actum fuisse de hærede, qui 56
erat simul creditor anterior, & prætendebat sibi satisfaciendum fuisse per donatarium, cui oppo- 57
nebatur de confusione actionis per aditionem, ex quo actio, & passio erat in eodem subiecto, & Senatum pronunciare pro non confusione, & donatarium teneri illi satisfacere, & ad debita ex eo probabiliter, quia hæreditas non esset solvendo, & sic agere de casu, seu casibus limitationis, cum Fontanella non explicet, quod hæreditas esset solvendo.

Et ad rationem, quam ponit Fontanella, donantem scilicet 58
donasse censeri, quæ supersunt, deducto ære alieno, Respond. ex hoc non inferri ad translationem oneris

oneris ſolvendi, ſed immò infer-
ri, quod bona translata ſint libera
ab ære alieno, ubi ſumus in con-
tractu, ut ſentit *Molin. de primog.*
d. lib. 1. cap. 10. num. 5. verſ. quæ
omnia, ibi, ſecùs tamen, *Rot. in d.*
Romana Bonorum de Ceulis 10.
Decembris 1693. *coram Orano*,
59 vel quod non intelligatur in do-
natione comprehenſa ſumma,
& valor, ad quem aſcendit æs
alienum, & ſic bona non intelli-
gantur donata libera à debitis, &
obligationibus reſpectu credito-
rum, ſed translata cum ſuis one-
ribus, & hypothecis, ut declarat
Amat. d. reſol. 58. *num.* 7. & *Duran.*
60 *d. deciſ.* 348. *num.* 3. *& ſeqq.* itaut
pro ære alieno, pro quo bona
reperiuntur affecta, poſſit dona-
tarius moleſtari, *Dec. d. conſ.* 237.
61 *num.* 6. *in fin. lib.* 1. & conveniri
hypothecaria, *Ant. Fab. d. defin.* 5.
Ant. Nigr. de execut. rei judic. cap.
2. *§.* 2. *num.* 55. *Amat. d. reſol.* 58.
num. 11. ſeu à creditore hypothe-
cario, *Cyriac. d. contr.* 14. *num.* 6.
62 vel etiam in caſu, quo teneatur
in ſubſidium actione perſonali,
ſecundum eumdem *Amat. ibid.*
63 *num.* 13. cum donatio non præju-
dicet creditori habenti anterio-
rem hypothecam, *l. debitorem*,
C. de pign. & hypoth. Rot. in Ro-
mana Salviani 12. *Januarii* 1646.
coram R. P. Arguelles in fin. &
64 cenſeatur donatum jus tantum,
quod donator habet, *Duran. dec.*
337. *num.* 65. & eo minus, quod
per æs alienum detrahitur, *Corn.*
conſ. 289. *num.* 4. *ſub verſ. licet au-*
tem, *lib.* 4. *Mantic. de tacit. d. lib.*
65 13. *tit.* 25. *ſub num.* 7. nec ſit plus
in promiſſione, aut donatione

bonorum, quam quod ſupereſt,
deducto ære alieno, *Gutierrez*
pract. quæſt. d. lib. 2. *quæſt.* 58. *ſub*
num. 8. cum illud tantum in bonis 66
noſtris eſſe dicatur, *§. fin. Inſtit.*
de leg. falcid. gloſ. mag. in princip.
Inſt. quibus ex cauſ. manumitt. non
lic. & in donatione etiam om- 67
nium bonorum veniant bona,
quæ ſunt ſimpliciter donantis,
non quæ quoquo modo ſunt affe-
cta, *Caroc. d. deciſ.* 125. *num.* 6. & 68
pro concurrenti quantitate hy-
pothecæ, *Ant. de Amat. d. reſol.*
58. *num.* 11. nec creditoribus po- 69
tuerit præjudicium aliquod infer-
ri, *Pariſ. conſ.* 70. *nu.* 31. *& ſeqq.*
lib. 4. *Ruin. conſ.* 130. *num.* 5. *&* 6.
lib. 1. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *deciſ.*
675. *num.* 7. ſed immò donatio 70
cenſeatur facta ſine eorum præ-
judicio, *Rot. recent. par.* 2. *deciſ.*
552. *num.* 1.

Reſpondetur ſecundò tolli
hoc caſu difficultatem ex pro-
miſſione facta per donantem de
evictione, quæ debetur etiam in 71
donatione, ubi eſt promiſſa, ut
hic, *Mantic. de tacit. lib.* 5. *tit.* 10.
num. 42. *& lib.* 13. *tit.* 23. *num.* 12.
Mangil. de evict. quæſt. 68. *num.* 14.
& 22. *& quæſt.* 69. *num.* 9. *& ſeqq.*
Cutell. de donat. tract. 2. *diſcurſ.* 1.
ſpecial. 29. *num.* 1. *Gratian. diſcept.*
657. *num.* 47. *& ſeqq. Beltram. ad*
Greg. deciſ. 340. *num.* 13. & etiam 72
quod ſit promiſſa occaſione alie-
nationis juris univerſalis, *Mantic.*
de tacit. lib. 4. *tit.* 10. *num.* 29. per 73
quam promiſſionem, quatenùs
evictio ſequatur, tenetur donans
ad intereſſe, *Gratian. d. diſcept.*
657. *num.* 48. *Mangil. de evict. d.*
quæſt. 69. *num.* 10. ſeu æſtimatio-
nem,

nem, & valorem, vel donatarium
relevare, *Mangil. d. quæst.* 69.
74 *num.* 48. & transit hæc obligatio
etiam in hæredem, qui adeat
cum beneficio legis, & inventa-
rio super bonis hæreditariis, *Pen.*
75 *decis.* 723. *num.* 3. *& seqq.* cum
maximè non sit obligatio restri-
cta ad datum, & factum pro-
prium, ad *Ruin. cons.* 184. *num.* 3.
10. *&* 14. *lib.* 1. & *Dec. cons.* 492.
num. 1. *vers. his tamen*, *& per tot.*
76 *lib.* 2. atque sit hujusmodi promis-
sio latissimè interpretanda, *Corn.*
cons. 141. *num.....lib..... & Go-*
77 *zad. cons.* 60. *num.* 16. & eo magis
cum simus in donatione facta
nepoti dilectissimo, & ad illum
extollendum, *Gozad. d. cons.* 60.
num. 18.

Cui non obstat replicatio,
quod promissio evictionis sit in
78 clausulis executivis, & ideo non
alteret contractum, nec illum
ampliet.

Nam respondetur vel hoc non
79 esse verum, cum maximè pósita
sit ante perfectam dispositio-
nem, *Gratian. discept.* 609. *nu.* 11.
aut saltim statim post dispositio-
nem continuando sermonem,
80 quo casu auget, *Gratian. d. discep.*
609. *num.* 13. *& seqq. & discept.*
81 627. *num.* 33. *in fin.* vel deservire
nihilominus pro meritis, & in-
tentionis declaratione, *Gratian.*
discept. 201. *num.* 8. *&* 92. *discept.*
609. *nu.* 15. *&* 16. *& discept.* 627.
num. 35. *Beltram. ad Greg. decis.*
311. *num.* 19. *Rot. recent. par.* 4.
tom. 2. *decis.* 174. *num.* 4. *& tom.* 3.
82 *decis.* 311. *num.* 19. aut potiùs
etiam ampliare, quando non
ponitur obiter, & incidenter,
sed in ea disponitur principaliter
illud, quod ex ea prætenditur,
ut hìc, *Molina de primog. lib.* 4.
cap. 3. *num.* 50. *Gratian. decis.* 106.
num. 4. *in addit.*

Non obstat secundò *Cancer.*
var. resol. d. cap. 8. *num.* 68. affir-
mans, donatarium in tantum 83
teneri ad debita donantis ante-
riora, ut, si solvat hæres, possit à
donatario repetere, quia debeat
habere reservationem liberam ab
omni debito.

Quia, ultrà quod non loqui- 84
tur in casu promissæ evictionis,
& quod reservatio debeat esse
libera ab omni debito, videtur
posse habere locum respectu
crediti, quod posset prætendere
donatarius ex persona propria,
non respectu crediti ex alteriùs
persona, cui solverit, & in cujus
locum successerit, Respondetur
ejus opinionem tamquam con-
trà communem, & Rotæ aucto-
ritatem non esse attendendam,
& loqui in universali donatione
omnium bonorum præsentium,
& futurorum, & contrarium sen-
tire in donatione omnium bo-
norum præsentium, *ut d. cap.* 8.
num. 70. *in fin.* (quæ etiam dicitur 85
universalis, *Rot. in d. Romana bo-*
norum de Ceulis 10. *Decembris*
1593. *coram Orano*, vel etiam par-
ticularis, stante reservatione pro
facultate testandi, *Fontanell. de*
pact. nupt. clauf. 4. *glos.* 25. *num.* 3.)
qualis est donatio, de qua nunc
agitur, tum quia in ea nulla 86
mentio facta est neque præsen-
tium, neque futurorum, *Mantic.*
de tacit. d. lib. 13. *tit.* 25. *num.* 9.
Buccafer. cons. 78. *num.* 52. *Pen.*
decis.

decis. 397. *num.* 4. *Buratt. decis.* 7.
num. 2. *& ibi Add. num.* 14. tum
87 quia donantur bona per donan-
tem tenta, & possessa, & ubicun-
que existentia, *Castr. cons.* 132.
nu. 8. *lib.* 1. *Surd. decis.* 233. *nu.* 11.
88 *Buratt. d. decis.* 7. *num.* 2. tum quia
in promissione de evictione obli-
gantur bona futura, & sic ea separ-
rantur à donatis. Tum demum,
89 quia in donatione omnium bo-
norum locum non habet evictio,
90 *Boer. decis.* 33. *num.* 26. *in fin.* & in
consequens evictionis promissio
operatur, ut donans non intel-
lexerit omnia bona donasse,
Boer. loc. cit.

91 Et quidem, dum donatarius
obligatus est in subsidium, &
habet beneficium excussionis
92 hæredis illius, consequens est, ut
debitum sit hæredis, *Natt. cons.*
93 531. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 3. sitque
hæres principalis debitor, & do-
natarii obligatio sit accessoria,
94 *ad Duran. decis.* 40. *num.* 50. ut
dicitur de obligatione fidejusso-
ris, *Paris. cons.* 162. *num.* 25. *lib.* 4.
Gratian. discept. 122. *num.* 6. *&*
95 *decis.* 117. *num.* 7. *&* 8. quæ etiam
intrat in subsidium, si principalis
non sit solvendo, *Gratian. discept.*
96 549. *num.* 5. & habet & ipse fide-
jussor exceptionem discussionis,
auth. præsente, C. de fidejuss. Natt.
cons. 52. *num.* 3. *&* 7. *lib.* 1. *& cons.*
416. *sub num.* 6. *lib.* 2. *Rolan. cons.*
97 5. *num.* 45. *lib.* 1. prout eam habet
tertius possessor, *Natt. d. cons.*
521. *num.* 6. *lib.* 3. *& cons.* 398. *sub*
num. 2. *lib.* 2. *Rot. apud Nigr. de*
subhast. decis. 9. *num.* 3. *& seqq.* &
ego habui *eod. tract. insp.* 38. *nu.* 49.
& in causis, quæ aguntur Bono-
niæ, sentit *Constitut. Justin. rubr.*
14. *num.* 147. *&* 162. qui etiam 98
tenetur in subsidium, *Natt. eod.*
cons. 521. *num.* 7. *lib.* 3. Ille autem, 99
qui est accessoriè, & in subsidium
obligatus, quatenus solvat, debet
à principali relevari, quià gerit,
seù gessit negotium principalis,
ut in terminis fidejussoris est
textus in cap. pervenit, de fidejuss.
& tradit *Gratian. discept.* 130.
num. 24. *discept.* 310. *num.* 42. *di-*
scept. 549. *num.* 3. *& decis.* 147.
in fin.

Non obstat tertiò, quod ex 100
anteriori promissione donantis
de evictione teneatur donata-
rius omnium bonorum, nec
possit excipere, quod discutia-
tur priùs donator notoriè etiam
solvendo, dum idem donatariùs
tantum habet in bonis ex bonis
donatis, *Castill. decis.* 74. *num.* 38.
vers. bis etiam, & seqq.

Quoniam respondetur, quod 101
illud ibi opponebatur per viam
exceptionis contrà donatarium
agentem uti Dominum dire-
ctum ad caducitatem ob aliena-
tionem rei emphytheuticæ sine
Domini consensu, & concurre-
bat etiam præscriptio. Undè,
quia donatarius, qui causam
habebat à donante obligato ad
favorem conventi de evictione,
contrà quem donatarium pote-
rat conventus exercere ejus hy-
pothecam super bonis donatis,
fuit ibi idem donatarius rejectus 102
ad evitandos circuitus, juxtà *l. si*
dominus, ff. de cond. indeb. & ex
regula, quem de evictione tenet 103
actio, eumdem agentem repellit
exceptio, *l. vindicantem, ff. de*
evict.

evict. Rot. recent. par. 5. *tom.* 1. *dec.* 407. *num.* 20. & quasi uti habens actionem videretur rem ipsam habere, *l. qui actionem, ff. de reg. jur. Gratian. discept.* 674. *num.* 11. daturq; faciliùs exceptio, quam actio, *Greg. decis.* 425. *num.* 2. atque potest per viam exceptionis opponi, quod non licet per viam actionis, *Gratian. discept.* 524. *nu.* 21. *& decis.* 151. *num.* 10.

Non obstat quartò, quod D. Margarita Isabella uti hæres in reservatis in donatione videatur hæres particularis, & in re certa,
108 qui non tenetur ad debita, *l. quoties, C. de hæred. instit. Menoch. de*
109 *adipisc. remed.* 4. *num.* 137. nec possit dici universalis, *Ruin. cons.* 165. *num.* 10. *lib.* 3.
110 Quia, præterquamquod tunc tantum hæres institutus in re certa habetur pro hærede particulari, seu legatario, quando datur alius cohæres universalis, *Rot. post Merlin. de legit. decis.* 68. *num.* 5.

Respondetur primò institutionem non esse restrictam ad sola reservata, nec in ea particulares res fuisse nominatas, sed sonare in institutionem universalem; nam verba testamenti Venetiis rogati sunt infrascripta, videlicet (*Doppo la donatione del Sig. Cont' Antonio Isolani mi restorno certi avanzi, de quali mi riservai di poter disporre à chi à me fosse piaciuto, nelli quali chiamo mia Moglie, & in tutto quello, che è in Casa, & che pretendo &c.* & deindè subditur. Pætereà plenissimam virtutem, & potestatem do, tribuo, atque confero supradictæ meæ hæredi hanc meam hæreditatem habendi, tenendi, petendi, recipiendi, perficiendi, gubernandi, ac cuncta mea bona habendi à quibusvis, &c.) Undè ponderandum est, quod testator usus fuit verbo, Hæredi, quod ex propria vi 111
significat quid universale, *Greg. decis.* 495. *num.* 4. & illius appel- 112
latione verè, & propriè venit tantum hæres vniversalis, *Cutell. decis.* 17. *mum.* 8. nec non usus fuit verba *Hæreditatem*, quæ est 113
etiam quid universale, *Mantic. de tacit. d. lib.* 13. *tit.* 25. *num.* 9. *& Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 137. *num.* 30. & complectitur uni- 114
versum jus defuncti, *Gratian. discept.* 650. *num.* 8. *discept.* 685. *num.* 8. *discept.* 866. *num.* 19. *& discept.* 971. *num.* 25. *& Rot. recent. par.* 7. *decis.* 164. *num.* 13. & totum 115
id, quod subiacet liberæ facultati disponendi, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 423. *nu.* 5. ac omnia bona 116
existentia tempore mortis illius, *Gratian. decis.* 81. *num.* 13. Ac 117
potest hæreditas consistere etiam in uno solo corpore, *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 6. *num.* 23. Nec, 118
si hæreditas sit parva respectu rerum hæreditariarum, differt à pingue, cum quælibet hæreditas, 119
sive magna, sive parva dividatur in 12. uncias, *Castr. d. cons.* 11. *num.* 6. *lib.* 3.

Nec potest hujusmodi dispo- 120
sitio haberi pro institutione particulari, quia concernit testamentum, *Paris. cons.* 32. *num.* 42. *lib.* 2. cujus caput, & fundamen- 121
tum est institutio universalis, *§. ante hæredis, Inst. de legat. Guid. Pap.*

Pap. decis. 459. *num.* 2. *vers. non obstant*, *Gratian. discept.* 404. *nu.*2. *Rot. recent. par.* 4. *tom.*2. *decis.* 263. *num.* 4. *Mantic. de coniect. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 2. *lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 1. *lib.* 9. *tit.* 13. *num.* 5. *& lib.* 12. *tit.* 4. *num.* 6.

Et tollitur difficultas ex subsequentibus verbis universalibus,
122 *Cuncta mea bona habendi*, quæ pariter operantur, ut institutio sit universalis, cum nihil excludant, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 120. *num.* 5. *& par.* 7. *decis.* 62. *num.* 6.
123 sed omnia à defuncto possessa complectantur, *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 19. *num.* 11. & idem judicetur de illis, quod de hæreditate, & è contra, *Gratian. discept.* 134. *num.* 31. *& decis.* 81. *num.* 12.

124 Adeo ut, etiamsi aliquo modo possent dici specificata bona, habenda essent uti facta majoris expressionis, & demonstrationis gratia, ac ad abundantiorem cautelam, & ut hæres sciret omnia testatoris bona, *Gratian. d. discept.* 404. *num.* 5. *& seqq.*

125 Respondetur secundò hæredem etiam particularem, vel institutum in re certa, nullo alio hærede in eodem testamento instituto, ut hic, esse propriè hæredem, *Menoch. de adipisc. d. remed.* 4. *num.* 117. & intelligi uni-
126 versalem, ne alias testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, *Mantic. de coniect. d. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 17. *& tit.* 4. *art.* 7. *num.* 8. *& lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 23. *Ruin. cons.* 36. *nu.* 2. *cons.* 51. *nu.* 16. *& cons.* 54. *num.* 1. *lib.* 2. *Cutell. d.*
127 *decis.* 26. *num.* 3. ac accrescere sibi totam hæreditatem, atque obligari creditoribus, & omnibus aliis oneribus hæreditariis, *l.* 1. *§. si ex fundo*, *& l. quoties*, *§. si duo*, *ff. de hæred. instit. Paris. cons.* 17. *num.* 40. *lib.* 3. *& Ruin. cons.* 157. *num.* 5. *lib.* 3. *Cutell. d. decis.* 26. *num.* 3.

Non obstat quintò, quod fuerint donata omnia, & quæcunque donantis bona mobilia, stabilia, se moventia, res actiones, & jura, ac debitorum nomina sibi quomodolibet spectantia, & pertinentia, ubicunque posita, sita, & laterata, & per eum quomodolibet tenta, & possessa, vel quasi, etiam locata ad breve, vel longum tempus, seu alias quomodolibet censuata, seu obligata, & sic per illa verba, *Censuata*, 128
seu obligata, videatur translatum onus solvendi debita.

Quia respondetur hujusmodi 129
verba fuisse apposita ampliativè, ad ampliandam videlicet donationem, non ad illam diminuendam, & restringendam, nec per modum conditionis, vel oneris, & ideo intelligenda esse vel de censibus, & obligationibus activis, & ad favorem donantis constitutis, vel de eo jure dominii, aut possessionis ad donantem spectante super ipsius bonis censitis, 130
vel obligatis; nec enim onus alieni juris, ac jura, & actiones passivè transeunt in donatarium ex donatione omnium bonorum inter vivos, *Molin. de primog. d. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. *vers. quæ omnia*, ibi, *nec in eum*, juncto antecedenti *vers. Ideoque in utroque*, *Anton. de Amat. d. resol.* 58. *num.* 4. *&* 6.

& 6. nisi ea nominatim sint cessa, ut sentit *Cyriac. d. contr.* 14. *num.* 7. *vers. potest etiam.*

Quod etiam suadetur ex subsequenti donantis obligatione de
131 evictione, quæ videtur respicere casus, quibus ex antecedentibus obligationibus, & censibus bona forte donata evincerentur, & sic tantum abest, ut donator voluerit donatarium teneri ad debita, ut immò in casu, quo bona à creditoribus evincerentur, voluerit ipse donator teneri ad illum relevandum.

Et ita utraque &c.

BONONIEN. SOCIETATIS.
Veneris 4. Decembris 1648.

ARGUMENTUM.

An teneat sententia contrà sententiam, prima non revocata. Quando locus sit tertio perito.

SUMMARIA.

1 *Sententia contrà sententiam, prima non revocata, est nulla.*

2 *Clausula, Quam, & quas, dat facultatem pronunciandi, prout in prima.*

3 *Peritis duobus discordibus, eligendus est tertius. Ampl. ut num. 4.*



DECISIO XXV.



IN propositione hujus causæ super confirmatione, vel infirmatione sententiæ D. Auditoris Generalis, in qua declaratum fuit societatem ad nummulariam ad commodum, & incommodum D. Nicolai Calcinæ filii, & hæredis qu. Scipionis continuatam, & prorogatam fuisse inter ipsum ex una, & D. Alexandrum Asinellum, ac ejus hæredes ex altera usque ad annum 1617. inclusivè, & esse inter eos dividendam juxtà relationem duorum peritorum à partibus electorum (quidquid sit circà merita, & sententiæ justitiam) placuit Dominis sententiam revocare utpotè nullam. Tum quia est sententia 1
contrà sententiam alias latam in foro Mercatorum, prima non revocata, *l.* 1. *ubi DD. C. quand. provoc. non est necess. cap. inter Monasterium de sent. & re judic. Butr. cons.* 27. *num.* 2. *Roman. cons.* 410. *num.* 4. *Gabr. cons.* 54. *num.* 8. *lib.* 1. *Cassad decis.* 1. *num.* 4. *de sequestr. poss. & fruct. Rot. recent. par.* 7. *dec.* 223. *num.* 1. & 2. & nulla præcedente commissione cum clausula, *Quam, & quas*, in cujus vim 2
potuerit Judex pronunciare, prout in prima, *Rot. recent. d. par.* 7. *decis.* 26. *num.* 3. Tum quia, 3
stante peritorum discordia, locus erat electioni tertii, tàm de jure com-

communi, *l. item si unus*, *§. pen. ff. de accept. arbitr. cap. innotuit*, *eod. tit.* & utrobique DD. & conferunt tradita per nos in *tract. de subbast. insp.* 47. *num.* 78. & *seq.* ac tradit *Baratt. decis.* 58. *num.* 1. & *Add. ad ejusd. decis.* 70. *num.* 14. & ex *Constitutione Justiniana rubr.* 12. *num.* 31. quam ex clara conventione partium.

Et ità utraque &c.

SALVIANI.

Jovis 17. Decembris 1648.

ARGUMENTUM.

De probatione identitatis bonorum, & possessionis Rei conventi ad effectum salviani. De exceptione præscriptionis, fideicommissi, & anterioris crediti. Et an & quomodo debitor, seù cedens possit præjudicare creditori; seù cessionario, & hypothecam jam constitutam dissolvere.

SUMMARIA.

1 *Salvianum requirit probationem præsentaneæ possessionis Rei conventi, & identitatis bonorum, & num.* 2.

3 *Clausula constituti an probet possessionem emptoris, & n.* 5.

4 *Identitas probatur ex instrumento factæ acquisitionis à debitore, & ex alio simul venditionis ab eodem, deindè factæ Reo convento, vel ejus auctori, in quibus duo, vel plures confines concordent.*

6 *Identitas ut probetur, debent antiqua confinia concordare cum novis.*

7 *Identitatis ad probationem, si confinia sint mutata, quid sit articulandum, & probandum.*

8 *Identitas probanda est per eum, qui illam allegat.*

9 *Hæredem quem esse non infert ad possessionem.*

10 *Salvianum intentatum contrà defunctum non potest prosequi contrà hæredem, illius possessione non probata.*

11 *Possessio Rei probatur ex litis substentatione, & ex ejus confessione in instantia pro revocatione, vel suspensione tenutæ ex adverso captæ. Decl. ut num.* 12. & 13.

14 *Judicium redditur in irritum.*

15 *Salvianum evitatur exceptione præscriptionis ab eo, qui possedit per decem annos.*

16 *Præscriptio interrupta potest ex integro induci.*

17 *Prædium comprehendere videtur terras, quibus adaptentur eadem confinia, & duæ demonstrationes.*

18 *Identitas probatur duobus confinibus, & demonstrationibus. Ampl. & Decl. ut num.* 19. & *seqq.*

21 *Confinium in materia multum defertur congruentiæ, & verisimilitudini.*

24 *Identitas regulariter facilè præsumitur.*

26 *Identitas prædii divisi in pluribus petiis terrarum probatur ex probatione duarum demonstrationum, seu confi-*

nium ejusdem prædii cum loco, situs absque specificatione particularium confinium singularum petiarum, & è contra, & num. 27.

28 *Identitas prædii an reddatur turbida ex augmento, vel diminutione, seu alteratione, & num. 29.*

30 *Contrariorum est eadem juris disciplina.*

31 *Mutatio, & alteratio rei, & confinium cursu temporis facilè succedit, & præsumitur, & num. 32.*

33 *Mutatio nominis, vel alteratio in antiquis attendi non debet, remanentibus duobus confinibus, vel demonstrationibus, secùs è contra, & num. 34.*

35 *Hypotheca super bonis fideicommisso suppositis vel ab initio non acquiritur, vel resolvitur constituentis obitu, & eveniente conditione, & casu fideicommissi, & nu. 36. & 55.*

37 *Exceptio fideicommissi incontinenti probati impedit Salvianum, secùs in turbida, & quæ requirat altiorem indaginem, & num. 56.*

38 *Fideicommissi jura realia habens præfertur quibuscunque hypothecis acquisitis ab aliis, quam à fideicommittente post ipsius mortem.*

39 *Exceptio non comprehensionis admittitur etiam in judicio possessorio.*

40 *Salvianum cessat, cessante hypotheca, & num. 55.*

41 *Sententia in aliquo excessiva est nulla, & revocanda in totum ut individua. Decl. ut num. 69.*

42 *Emptor, cujus pecunia primus creditor dimissus est habet retentionem, & est tuendus adversus posteriores, & num. 73. Decl. ut num. 58. 60. 61. 74. & 75.*

43 *Filii majoris obligatio pro patre tenet.*

44 *Filius obligatus pro patre censetur fidejussor.*

45 *Fidejussor tenetur ad omnia, & singula, quæ principalis promisit, & tenetur ratione contractus, & num. 46.*

46 *Evictionis obligatio continet obligationem tradendi rem liberam.*

47 *Obligatio, & cessio bonorum, & jurium continet nomen debitoris, jus, & hypothecam.*

48 *Hypothecæ effectus est afficere rem obligationis nexu, & in ea jus tribuere.*

49 *Cedentis, & vendentis jura transferuntur in emptorem, cessionarium, & creditorem, & eorum successores.*

50 *Ampl. etiam in jure excipiendi, & consequendi creditum super re hypothecata, & nu. 51.*

52 *Emptor, & cessionarius potest uti omnibus exceptionibus, & defensionibus competentibus venditori, & cedenti.*

53 *Immissio denegatur creditori posteriori in concursu anterioris, & nisi ei priùs fuerit satisfactum, & num. 54. & 73. Decl. ut num. 60. 61. 74. & 75.*

57 *Identitas est bene probanda.*

59 *Pignus, stante solutione, amplius*

plius

plùs non durat, & num. 79.

62 Præparatoria relevant actorem ab onere probandi.

63 Præparatoriis non respondens sibi præjudicat.

64 Salvianum non præscribitur nisi spatio 30. annorum, ut alia interdicta.

65 Obligationes tot censentur in præstationibus annnis, & successivis, quot sunt anni, & præstationes.

66 Præscriptio in annuis præstationibus quomodo reguletur.

67 Præscriptionis exceptio est de impedientibus litis ingressum, et opponi debet ad processum, non ad merita, et post processum, nec in calculo ferendæ sententiæ, et num. 68.

70 Sententiam nullam solus Princeps potest confirmare, et nullitates tollere.

71 Sententia Principis ad relationem Referentis deputati non. dicitur Principis, sed Referentis.

72 Judex ad referendum potest sententiam Judicis à quo reformare, et reducere.

73 Reipublicæ interest, ut lites abbrevientur.

76 Hypothecam habens anteriorem est in bonis debitoris præferendus.

77 Hypotheca extinguitur satisfactione, vel mediante aditione hæreditatis debitoris cum beneficio legis, & inventarii, vel mediante sententia graduatoria juncta bonorum hæreditariorum possessione, et num. 79.

78 Aditio cum beneficio legis, & inventarii in hærede creditore facit præsumere satisfactionem per imaginariam solutionem, babentem vim solutionis judicialis cum Judicis auctoritate.

80 Solutione pignus omne solvitur, & num. 59.

81 Satisfactione cessat rei obligatio.

82 Hypotheca in nominibus debitorum durat, quantum ipsum nomen manet in posse, & dominio debitoris, & solvitur statim, atque, qui illud pignori dedit, debitum exegit, & num. 83.

84 Creditori occasione nominis debitoris sibi hypothecati, si nomen sit deindè à debitore exactum, non competit ampliùs actio, nec exceptio, vel retentio.

85 Resoluto jure dantis, vel obligantis, seù debitoris, resolutum censetur etiam jus, & hypotheca accipientis, et creditoris. Ampl. ut num. 86. Lim. ut num. 87.

88 Hypotheca semel acquisita non potest novo contractu dissolvi.

89 Debitor alienare non valet in præjudicium creditorum, nec illis in hypotheca præjudicare, & num. 90. Decl. ut nu. 91.

92 Creditum exigens non dicitur voluntariè alienare, nec creditoribus præjudicare, sed consequi, quod suum est, & uti jure suo.

93 Jure suo qui utitur, non dicitur dolo facere, nec ut aliis præjudicet, nec alteri afferre injuriam, sed id facere, ut eodem

eodem jure suo fruatur, & num. 94.

95 *Jure suo ne utatur, non est quis sine justa causa impediendus.*

96 *Nomen debitoris obligatum non est ampliùs debitoris, sed creditoris. Decl. ut num. 97. & seqq.*

98 *Nomen debitoris translatum in alium dicitur cum sua causa, & onere hypothecæ.*

99 *Nomen debitoris non est in bonis debitoris simpliciter, sed donec duret.*

100 *Nomen debitoris non transit simpliciter in obligationem creditorum favore, sed revocabiliter, donec duret.*

101 *Debitor debitoris mei non est meus debitor.*

102 *Hypothecæ effectus remanet, quamvis principalis obligatio summoveatur. Decl. ut n. 103.*

104 *Agere ubi quis non potest, potest excipere. Lim. ut nu. 105.*

DECISIO XXVI.



GEBANT D. Carolus Gabriel Balzanus filius, & heres Joannis fratris, & hæredis etiam Laurentii, & Gabrielis, necnon D. Margarita mater, & usufructuaria judicio Salviani pro fructibus decursis, & decurrendis annui census libr. 208. impositi 5. Aprilis 1601. à Comite Alberto Bentivolo sub fidejussione qu. Petri Baptistæ Teggiæ, & venditi dictis Laurentio, Joanni, & Gabrieli pretio libr. 2600. adversus Prædium terræ arativæ, arboratæ, & vitatæ, cum domo, area, puteo, & tegete, positum in Commune Burgi Panigalis Comitatus Bononiæ, distinctum in duas petias terræ, confin. juxtà Viculum publicum à duobus lateribus tenden. in viam publicam, illos de Tartinis à sero, Hæredes olim Joannis de Zecchellis, Jacobum Philippum de Mazzolis, uti tempore obligationis, & post à præfato Teggia possessum, & nunc à RR. DD. Francisco, & Joanne fratribus de Parentibus; Quibus citatis, prævia legitimatione personarum ipsorum actorum, ac productione instrumenti dicti census, ac instrumenti emptionis factæ per qu. Peregrinum dictorum citatorum Patrem, cum clausula *constituti*, & *precarii* de anno 1623. 9. Februarii à dicto Petro Baptista Teggia cum consensu, & cessione jurium præsentium, & futurorum, ac fidejussione, & obligatione usque ad summam libr. 4900. Jacobi Philippi filii, tunc ætatis perfectæ, de Prædio terræ arativæ, arboratæ, & vitatæ, cum domo, area, puteo, furno, & tegete tornaturarum 40. vel circà, & quantacunque sit posito, ut suprà, & distincto in duabus petiis terræ; videlicet in una, super qua sunt ædificia, juxtà ab oriente bona Hospitalis delli Bastardini, Hæredes Antonii de Mazzolis ab occidente, viam publicam à Septentrione, Stradellum à Meridie, & in Altera confin. juxtà illos

illos de Tartinis ab Oriente, &
Occidente, duos Vicolos à Meridie, & à Septentrione, pretio
in totum librarum 9800. cum
declaratione, quod sub hujus
Prædii corpore comprehenderentur tornaturæ sex terræ in
loco nominato la fetta larga à
Petro Baptista emptæ ab hæredibus Antonii Mazzoli, & sententiam obtinuerant à R. P. D.
Vicario Eminentissimi D. Cardinalis Archiepiscopi.

A quà commissa mihi ad referendum appellatione ab Eminentissimo D. Legato antecessore, cum Voto Excellentissimorum DD. meorum Beccii Prætoris, & Pellicciarii Coadiutoris

Prætendebant Parentes, sententiam esse revocandam.

Primò, quia non fuisset probata eorum præsentanea possessio bonorum, ad quæ agitur,
1 neque identitas, ut in judicio
Salviani requiritur, ut de primo
tradit *Greg. decis.* 491. *num.* 6. *Buratt. decis.* 420. *num.* 1. *& decis.*
822. *num.* 1. *Duran. decis.* 40. *nu.* 6.
& de secundo *Scapuccin. de Salv.
lib.* 1. *cap.* 25. *in fin. Rot. recent. par.*
2 6. *decis.* 56. *num.* 1. & in eo, qui se
fundat in instrumento concessionis bonorum cum clausula *constituti*, tradit *Rot. recent. par.* 4.
tom. 3. *decis.* 187. *num.* 11. cum
3 dicta clausula nec contrà ipsum
emptorem constitutarium, si ille
Salviano conveniatur, aliam
probationem faciat, quam adminiculum, *Duran. decis.* 401. *n.* 10.
4 licet alias identitas probetur ex
instrumento factæ acquisitionis
à debitore, & ex instrumento
simul venditionis ab eodem
deindè factæ Reo convento, seu
ejus auctori, in quibus duo, vel
plures confines concordent, *Rot.
recent. par.* 6. *decis.* 59. *num.* 5. un- 5
dè, stante etiam dicta clausula,
possessio emptoris probari solet
testibus, ad *Buratt. decis.* 420.
num. 1. *& decis.* 780. *sub num.* 2.
Debentque pro identitatis pro- 6
batione confinia antiqua concordare cum novis, *Gratian.
discept.* 447. *num.* 33. *Rot. recent.
part.* 6. *decis.* 286. *num.* 1. & qua- 7
tenùs sint mutata, articulandum,
& probandum est per testes,
quod Prædium, seu Domus,
quæ vendita, seu empta fuit, de
tali tempore ab N. sub talibus
confinibus, est illa, ac eademmet, quæ modo possidetur ab N.
& posita est intrà talia confinia,
Buratt. decis. 132. *num.* 6. *&* 7. *&
decis.* 323. *num.* 12. atque semper 8
identitas probanda est per eum,
qui in illa se fundat *Greg. decis.*
195. *nu.* 5. *Buratt. decis.* 189. *nu.* 2.
ubi Add. littera A. & decis. 191.
num. 17.

Nec obstare affirmabant ipsos esse hæredes Peregrini emptoris, Tum quia de hoc non
constaret, Tum quia ex eo non 9
posset inferri ad possessionem,
atque ideo Salvianum intentatum contrà defunctum non 10
posse prosequi contrà hæredem,
ipsius hæredis possessione non
probata, *Fontanell de pact. nupt.
claus.* 7. *glos.* 1. *par.* 13. *num.* 9. *&
seqq.*

Neque rursus obstare assere- 11
bant, eorum possessionem probari ex litis substentatione, & ex

eorum

eorum confessione in instantia pro revocatione, seu suspensione tenutæ ab adversariis sine citatione adeptæ, in qua se allegant dominos, & possessores bonorum, de quibus agitur. Quoniam
12 id posset procedere, si alias constaret de ipsorum bonorum identitate, seu ea non controverteretur, *Rot. recent. part.* 1. *decis.* 294. *num.* 4. *& par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 412. *num.* 4. sed illam in præsenti casu Parentes impugnarunt, dum in exceptionibus generalibus sub die 9. Decembris 1647. opposuerunt Actores non esse tales, quales se faciebant, juraque nec minùs competere agendi contrà comparentes, & eorum bona, cum illa nunquam fuissent in bonis dicti asserti Petri Baptistæ
13 de Teggiis, & sic negabant eorum identitatem, & Petrum Baptistam ea possedisse, *Menoch. de adipisc. remed.* 4. *num.* 927. *vers. declaratur secundo*, & per consequens non deberet eis nocere, quod subierint, & subeant judicium, *Rolan. cons.* 20. *num.* 20. *vers.*
14 *non obstat lib.* 1. quod redditur in invitum, *l. inter stipulantem*, *§.* 1. *ff. de verb. oblig. Duran. decis.* 18. *num.* 25.

Secundò ad sententiæ revocationis effectum Parentes in hac
15 instantia allegabant actionis Salviani præscriptionem, ex quo à die acquisitionis possessionis Peregrini, emptione media, & ortæ actionis ad diem cæpti iudicii effluxerint decem, & ultrà anni, *Crot. cons.* 306. *num.* 6. *lib.* 3. *Pacific. de Salv. insp.* 2. *cap.* 2. *nu.* 224. *& insp.* 5. *cap.* 1. *num.* 107. *& ibi Rot. decis.* 82. *num.* 11. *& decis.* 86. *per tot. Scapucc. eodem tract. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 1. *Gratian. discept.* 88. *num.* 1. *& decis.* 15. *num.* 8. *Mantic. decis.* 291. *num.* 3. *Coccin. decis.* 50. *num.* 8. *Rot. recent. decis.*
315. num. 2. *par.* 4. *tom.* 1. quæ, qua- 16
tenùs etiam interrupta esset ex antecedenti judicio cæpto cum Peregrino de anno 1625. & mediante etiam ultimo sequestro, revivixisset ex alio decennio deindè etiam elapso ante diem moti præsentis judicii, quæ fuit die 7. Octobris 1647.

Tertiò Parentes pro sententiæ revocatione proponebant exceptionem fideicommissi qu. Jacobi Patris dicti Petri Baptistæ ad favorem Jacobi Philippi ejusdem Petri Baptistæ filii purificati, & per sententiam Auditoris Generalis 26. Novembris 1626. canonizati in vim testamenti conditi sub die 8. Martii 1571. Cum docuerint de emptione facta per dictum Jacobum fideicommittentem de anno 1570. à Diamante de Scappis Matre, & tutrice Ludovici de Zanettis de petia terræ arativæ, arboratæ, & vitatæ in dicti Communi Burgi Panigalis tornaturarum 15. tab. 143. ped. 54. confin. juxtà illos de Tartinis ab Occidente, & nonnullos Vicos. Et de Alia terræ arativæ tornaturarum 4. tabul. 132. ped. 37. ejusdem qualitatis, confin. juxtà Antonium Mazzolum ab Oriente, Samachinum ab Occidente, Julium Placentiam à Meridie, quemdam Vicum à Septentrione. Nec non de Alia tabul. 112.

ped.

ped. 36. similis qualitatis cum certa parte Domus, quam tenet dicta tutrix in parte superiori ad usum habitationis coloni, Stabulo, Tegete, & Puteo confin. juxtà Julium Placentinum à Meridie, Jacobum Mazzolum ab Occidente, pro pretio in totum libr. 3156. 15. 10. ad rationem libr. 145. 10. pro singula tornatura, tornaturarum in to-
17 tum 21. tab. 100. ped. 27. Et videantur dictæ Petiæ terrarum comprehendi in Prædio, de quo agitur, ex quo concurrunt eadem confinia, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 417. *num.* 6. & conveniunt saltem in duabus demon-
18 strationibus, quæ sufficiunt ad identitatem probandam, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 415. *nu.* 8. & post nostrum *tractat. mand. de manuten. decis.* 25. *num.* 12. *decis.* 293. *num.* 36. *&* *decis.* 638. *nu.* 20.
19 Etiam si sint generales, ubi aliqua ex specialibus conveniat,
20 *Buratt. decis.* 602. *num.* 11. Ita ut admittatur probatio per unam generalem demonstrationem, & alteram particularem, quando hæc multum individuet, *Rot.*
21 *recent. par.* 6. *decis.* 236. *nu.* 3. multumque in confinium materia congruentiæ, verisimilitudiniq; deferatur, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 622. *num.* 8. *&* *par.* 7. *decis.*
22 234. *num.* 17. & suffragetur identitas loci cum uno confine, *Rot. post d. nostrum tract. mand. de ma-*
23 *nuten. d. decis.* 25. *num.* 13. præsertim in antiquis, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 87. *num.* 10. *&* *par.* 7.
24 *decis.* 88. *nu.* 16. cum etiam identitas regulariter facilè præsumatur, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 114. *num.* 3. licet probatio unici 25
tantum confinis non sufficiat, *Buratt. decis.* 131. *num.* 5.

Conveniunt autem in præsenti locus situationis, & qualitas bonorum, nec non quoad Primam Petiam confine illorum de Tartinis, & Vicus à duobus; & quoad secundam confine Antonii Mazzoli, & Vicus, & quoad Tertiam confine Jacobi Mazzoli, quem ipsi adversarii dant pro confine in eorum libello.

Et quemadmodum identitas 26
Prædii divisi in pluribus petiis probatur ex probatione duarum demonstrationum, seu confinium ejusdem Prædii cum loco situs, absque eo, quod specificentur particularia confinia singularum petiarum, *Duran. decis.* 325. *num.* 6. *&* *decis.* 344. *num.* 1.
& 2. ita è contrà identitas plu- 27
rium petiarum in unum Prædium redactarum, & unitarum, ut hoc casu, eodem modo probari posse dicendum videtur.
Atque, sicuti identitatis proba- 28
tio non elideretur ex diminutione numeri tornaturarum, & quod alias esset una Possessio, & haberet unicam Domum, & modo essent plures Possessiones, & plures Domus, ea ratione, quia ex lapsu longi temporis ex una potuerint fieri plures Possessiones, & nova Domus addi, vel minui numerus tornaturarum pro majori commodo culturæ, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 118. *num.* 8. *&* 9. vel per alienationem
partis; ita non videtur turbida 29

reddi identitas ex aucto numero tornaturarum, aliaque alteratione, dum locus, & demonstrationes, ac confinia aliqua
30 respondent, cum contrariorum sit eadem juris disciplina, *l. & si contra tabulas in fin. ff. de vulg. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. in princip. Greg. dec.* 517. *in fin.*
31 & rei, ac confinium mutatio, & alteratio cursu temporis facilè succedat, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 421. *num.* 5. *& tom.* 3. *decis.*
32 611. *num.* 25. ac præsumatur, *Rot. recent. par.* 7. *d. decis.* 88. *num.* 16.
33 Atque proindè nec mutatio nominis, nec alteratio in antiquis attendi debeat, dummodò remaneant duo confinia, vel demonstrationes, *Rot. post nostrum tract. mand. de manutend. decis.* 25. *nu.* 14.
34 quidquid aliud sit, ubi adest confusio, & incorporatio cum aliis bonis, non assignatis, & probatis confinibus, *Rot. recent. par.* 6. *dec,* 16. *num.* 9. *vers. domum*.

Undè inferebant Parentes,
35 quod respectu dictæ portionis præfato fideicommisso suppositæ non potuerit Actoribus, seu eorum auctoribus acquiri aliqua hypotheca, cum dicto portio nunquam fuerit in bonis dicti Petri Baptistæ debitoris, ad *Fusar. de fideicom. qu.* 703. *nu.* 2. *&* 8. *& Seraph. decis.* 757. *num.* 2. *& seqq. & Rot. post Zacch. de oblig. camer. decis.* 130. *num.* 4. *&* 7. *& in recent. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 285.
36 *num.* 4. & quatenùs in ea fuisset ab initio hypotheca constituta, quod illa fuerit resoluta per ejusdem Petri Baptistæ obitum, & eventum conditionis, & casus fideicommissi in personam dicti Jacobi Philippi auctoris dictum Parentum purificati, *Fusar. d. quæst.* 703. *num.* 1. *Seraph. d. decis.* 757. *num.* 5. & quod hujusmodi 37
exceptio fideicommissi incontinenti probati Salvianum impediat, *Seraph. d. decis.* 757. *num.* 5. *& Rot. recent. par.* 1. *decis.* 559. *num.* 8. & penes *Merlin. de legit. decis.* 18. *num.* 11. ac quod jura 38
realia ex fideicommisso competentia prævalere debeant quibuscunque hypothecis acquisitis ab aliis, quam à fideicommittente post ipsius mortem, *l. fin. §. sin autem, C. comm. de legat. Rot. divers. decis.* 110. *num.* 34. *vers. alienatio vero par.* 2. *& in recent. decis.* 300. *num.* 1. *par.* 7. quodque in 39
judicio, etiam possessorio, admittatur exceptio non comprehensionis, *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 690. *num.* 20. atque, quod, cessante in ista portione fidei- 40
commisso supposita hypotheca, cesset etiam Salvianum, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 285. *nu.* 5. & demum, quod ex hoc sequatur, ut sententia D. Vicarii sit in hac parte ex hoc capite excessiva, & ex hujusmodi excessu nul- 41
la, & revocanda in totum uti individua, *Put. decis.* 323. *lib.* 3. *in antiq. Buratt. decis.* 286. *num.* 5. *decis.* 337. *num.* 11. & in terminis Salviani *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 306. *num.* 16.

Quartò Parentes ad effectum revocationis sententiæ probarunt coram me se esse anteriores, & potiores in bonis, vel eorum parte ad Petrum Baptistam spectante occasione solutionis in

una

una manu libr. 1600. factæ Emi-
liæ de Righis pro reſiduo pretii
tornaturarum 16. in dicto Præ-
dio, de quo agitur, comprehen-
ſarum, quas compertum fuit
dictum Petrum Baptiſtam uſq;
de anno 1593. 6. Maii vendi-
diſſe qu. Lucæ Antonio de Ri-
ghis, à quo dicta Emilia cauſam
habet, cum pacto francandi,
pretio in totum libr. 2400. & lo-
catione earumdem tornatura-
rum in perſonam ipſiuſmet Petri
Baptiſtæ; & in alia manu alia-
rum libr. 240. pro dictæ locatio-
nis affictibus, & ſimilium libr. 60.
pro fructibus poſt litem à dicta
Emilia deſuper motam, & in qua
obtinuit, decurſis, ut in actis.
42 Et certum eſt emptorem, cujus
pecunia primus creditor dimiſ-
ſus eſt, retentionem habere,
atque tuendum eſſe adverſus
alios poſteriores creditores,
*l. eum, qui à debitore, ff. qui pot. in
pign. hab. l. ſi potiores, ubi gl. in verb.
ſucceſſiſti, C. de his, qui in prior. loc.
ſucced. Mantic. deciſ. 69. num. 3. &
Rot. in Romana Salviani, ſeu At-
tentatorum* 19. *Junii* 1647. *coram
R. P. D. Arguelles*.

Et ex hoc capite Actores da-
bant manus, ut eſſet locus reten-
tioni pro duabus partibus dicta-
rum tornaturarum 16. ſed in
reſiduo Prædii immiſſionem eis
competere proponebant.

Quintò Parentes excluden-
dos eſſe Balzanos penitus cre-
debant, etiam reſpectu cujuslibet
ratæ Prædii, & juriũ ſpectantium
ad Petrum Baptiſtam, eo quia
ipſi Parentes habent, ut diximus,
pro Prædii evictione, & defen-
ſione ceſſionem, & obligationem
Jacobi Philippi, Petri Baptiſtæ
filii, pro ſumma libr. 4900. qui
Jacobus Philippus erat tunc cre-
ditor patris principalis vendito-
ris hypothecarius pro dotibus
Agnetis Matris jam defunctæ
21. Auguſti 1587. in libr. decem
millibus, in qua, & aliis fuit per
dictam ſententiam Auditoris
Generalis poſt mortem Patris,
& uti illius etiam hæres cum
beneficio legis, & inventarii ſub
die 26. Novembris 1626. citatis
aliis creditoribus, declaratus
creditor potior, & anterior in
ipſius bonis, ut in juribus, & ſen-
tentia, de quibus in actis. Unde,
cum dicti Jacobi Philippi jam
majoris obligatio pro patre te- 43
neat, *l. filius familias, ubi gloſ. in
verb. tenetur, C. de filio fam. min.
& Bart. in princ. Zacch. ad Galleſ.
de oblig. Cam. quæſt.* 3. *num.* 11.
Greg. deciſ. 120. *num.* 1. *&* 2. *Rot.
recent. par.* 3. *deciſ.* 330. *nu.* 3. *in fin.*
& uti fidejuſſor obligatus idem 44
præſumatur ſecundum naturam
contractus, *Duran. deciſ.* 27. *nu.* 7.
& Rot. recent. par. 6. *deciſ.* 236.
num. 4. & teneatur ad omnia, & 45
ſingula, quæ principalis ipſe pro-
miſit, & ad ea, ad quæ ratione
contractus eſt obligatus, *Mareſ-
cott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 19. *nu.* 10.
& obligatus de evictione adſtri- 46
ctus intelligatur eadem actione,
qua principalis, ad præſtandam
rem liberam, *Seraph. deciſ.* 324.
num. 12. & ſub ejuſdem Jacobi 47
Philippi ceſſione, & obligatione
bonorum, & jurium veniat debi-
toris nomen, *Ruin. conſ.* 209. *num.*
12. *&* 20. *lib.* 1. & jns, *Put. deciſ.*

 198.

198. *num.* 2. *lib.* 1. juxtà veterem
impreſſ. ac hypotheca, *Duran.*
48 *deciſ.* 40. *num.* 23. cujus effectus
eſt, afficere rem obligationis
nexu, *Gait. de cred. cap.* 4. *quæſit.* 7.
num. 1251. & in ea jus tribuere,
§. item ſerviana, Inſtitut. de action.
49 *l. eos, C. de pignor.* juraque omnia
Jacobi Philippi translata fuerint
in Peregrinum emptorem ceſ-
ſionarium, & creditorem, *Put. d.*
deciſ. 198. *num.* 1. *lib.* 1. *Rot. recent.*
par. 6. *deciſ.* 88. *num.* 11. *& poſt*
Cenc. de cenſib. deciſ. 68. *num.* 3. *&*
deciſ. 183. *num.* 4. & ſucceſſivè in
dictarum RR. DD. Franciſ-
cum, & Joannem illius ſucceſſo-
50 res, prout & jus excipiendi, *l. fin.*
ff. de except. rei judic. Bart. in l. ſi
tertius, §. ſi quis, ff. de acqu. plv.
art. 3. *ac retinendi, Pacific. de Salv.*
51 *inſp.* 2. *cap.* 2. *num.* 229. & conſe-
quendi ſuper re hypothecata
ſuum creditum, *Rot. poſt addit.*
Cenc. de cenſib. deciſ. 13. *num.* 4.
52 Poſſint propterea dictos Paren-
tes uti omnibus exceptionibus,
& defenſionibus, quæ venditori-
bus competebant, *l. invitus, §.*
plerumque, ff. de reg. jur. l. emptori,
ff. de hæred. vel act. vend. Cravett.
conſ. 148. *num.* 1. & conſequenter
uti valeant exceptione prædictæ
anterioritatis, & quidem quoad
totum reſiduum dicti Prædii, &
bonorum, cum ejus, vel eorum
valor non excedat, nec creditum
dicti Jacobi Philippi adverſus
bona hæreditaria Patris, nec di-
ctum creditum libr. 4900. dictos
de Parentibus adverſus eumdem
Jacobum Philippum; & per
53 conſequens non eſſet, neque ſit
danda immiſſio Actoribus poſte-
rioribus creditoribus, *Pacific. de*
ſalv. inſp. 3. *cap.* 4. *num.* 14. *& ibi*
Rot. deciſ. 75. *num.* 1. *Scapucc. eod.*
tract. lib. 2. *quæſt.* 6. *nu.* 2. *ubi Add.*
Buratt. deciſ. 286. *num.* 15. *deciſ.*
844. *num.* 1. *& deciſ.* 858. *num.* 1.
Rot. recent. par. 7. *deciſ.* 306. *nu.* 28.
& poſt noſtrum *tract. mand. de*
manuten. deciſ. 643. *num.* 23. tam- 54
quam non poſſint bona hujuſ-
modi illis obligata dici, niſi an-
terioribus primo fuerit ſatisfa-
ctum, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2.
deciſ. 419. *num.* 8. *& ſeqq.*

Cæterum, diſcuſſa hodiè cau-
ſa, dicti Domini mei, quos &
ego ſecutus fui, ſentierunt, di-
ctam ſententiam D. Vicarii eſſe
reformandam, & dandam eſſe
immiſſionem præfatis Carolo
Gabrieli, & Margharitæ in quin-
ta parte Prædii, & bonorum,
de quibus agitur, pro indiviſo,
ſalva retentione, & manuten-
tione in aliis quatuor partibus
dictis de Parentibus, prout, ſic
pronunciandum eſſe, retulimus
Eminentiſſimo D. Legato.

Cum, admiſſo, quod ex tor-
naturis 40. ad quas aſcendunt
ipſa bona, ſuppoſitæ probentur
fideicommiſſo Jacobi tornaturæ
21. tab. 100. ped. 27. & quod ideò 55
in illis ceſſet hypotheca, & Sal-
vianum intentatum, quamvis
alias exceptio fideicommiſſi, 56
quæ ſit turbida, & requirat altio-
rem indaginem, Salvianum non
impediat, *Buratt. deciſ.* 853. *nu.* 4.
Duran. deciſ. 185. *nu.* 20. *Rot. poſt*
Merlin. de legit. deciſ. 15. *num.* 3. *&*
deciſ. 117. *num.* 6. & ſit bonorum 57
identitas benè probanda, *Duran.*
deciſ. 201. *num.* 1. in reſiduo, quod
eſt

est tornaturarum 18. tab. & ped. spectante ad dictum Petrum Baptistam communem debitorem valoris 2400. non videntur Parentes habere aliud creditum anteriùs liquidum, quam quod solverunt dictę Emiliæ de Righis, quod est in totum
58 libr. 1900. cum ex hoc successerint in pignore in locum ipsiusmet Emiliæ anterioris, & possint usque ad dictam summam se tueri adversus omnes posteriores creditores, prout potuisset Emilia vigore suæ hypothecæ,
59 quamvis pignus, stante solutione, ampliùs non duret, *Ruin. cons. 146. num. 4. lib. 4. Gratian. discept. 269. num. 10. 13. 38. & seqq.*
60 Quare in eo, quod superest locus fuit, & est immissioni ad favorem Actorum posteriorum, *Pacific. d. insp. 3. cap. 4. num. 310. & ibi Rot. decis. 83. num. 8. & 9. & decis. 156. num. 2. & seqq. Add. ad Scapuccin. eod. tract. lib. 2. cap. 6. Thomat. decis. 74. num. 12. & seqq. & decis. 109. num. 14. & seq. Caval. decis. 130. nu. 1. & decis. 652. num. 4. & 5. Mantic. decis. 326. num. 6. Rot. post addit. Cenc. de censib. decis. 128. num. 12. & in Maceraten. Salviani 11. Martii 1647. coram R. P. D. Corrado*, &
61 Judicis arbitrio, *Gratian. discept. 245. num. 52. Rot. diversf. decis. 103. in fin. par. 1.*

Non obstat obiectum non probatæ identitatis bonorum, & possessionis eorum de Parentibus Reorum conventorum in Salviano requisitæ.

Quoniam, ultrà litis substentationem, & adminiculum clausulæ constituti in emptione facta à Peregrino eorum Patre, & auctore, ut suprà, concurrit pronuncia Judicis super præparatoriis ab Actoribus desuper datis in contumaciam Parentum non respondentium de illos habendo pro confessatis, vel negatis in eorum deteriorem partem; per 62
quæ præparatoria relevantur Actores ab onere id probandi, *Menoch. de arbitr. cas. 51. num. 2. & 10. lib. 2. cent. 1.* & præjudica- 63
tur Reis in respondendo contumacibus, *Monterent. ad Statut. Bon. de position. §. declarantes in verb. positionibus, Natt. cons. 15. num. 11. lib. 1. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 7. num. 293. & sub num. 506. & de commerc. & camb. §. 7. gl. 5. sub num. 29. & 30.*

Nec etiam videtur relevii obiectum præscriptionis.

Quia, præterquam quod Sal- 64
vianum non nisi 30. annis præscribitur, ut alia interdicta, *Rot. diverf. decis. 186. num. 7. par. 4. Buratt. decis. 457. num. 5.* & quod 65
in præstationibus annuis, & obligationibus successivis, in quibus sumus, tot censentur obligationes, quod sunt anni, & successivæ præstationes, & in consequens 66
non currit præscriptio, nisi pro illo anno, quod habet post se tempus sufficiens ad præscribendum, *Rot. recent. par. 7. decis. 21. num. 18. & 19.*

Respondetur, exceptionem 67
præscriptionis esse de impedientibus litis ingressum, *Rot. diversf. par. 3. lib. 3. decis. 648. num. 4.* atque ideò opponi debere in 68
tempore ad impediendum proces-

cessum, non ad merita, & post processum, nec in calculo ferendæ sententiæ, *Pacific. de Salv. insp.* 2. *cap.* 2. *num.* 265. *& insp.* 5. *cap.* 1. *num.* 108. *&* 109. & multò minùs in gradu appellationis, ut hoc casu, *ad Dec. in l. fin. num.* 29. *ff. si cert. pet.*

Neque rursus urget, quod sententia, uti excessiva in parte, esset nulla, & revocanda in totum.

69 Namque respondetur obiectum procedere in sententia executa, seu potiùs in executione illius vigore consumata, secùs in non executa, ut in præsenti casu, quia tunc datur locus sententiæ reformationi, & reductioni, ad relata per me in *tract. de subhast. insp.* 50. *num.* 102. *& seqq. & tradit, Ruginell. de appell.* §. 11. *gl.* 1. *cap.* 1. *de offic. & potest. Judic. appell. pend. num.* 35. Undè, non attento, quod agatur de senten-
70 tia ferenda per Principem, qui solus potest sententiam nullam confirmare, nullitatesq; tollere, *Buratt. decis.* 871. *num.* 8. cum sententia Principis ad relationem Deputati, seu Deputatorum ab eo non reputetur sententia ipsius Principis, sed Referentis, seu Referentium, *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 26.
71 valuimus nos Judices ad referendum deputati, sententiam D. Judicis à quo, ut suprà, reformare, atque reducere ad lites abbre-
72 viandas, prout interest Reipublicæ, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 483. *num.* 19.

73 Nec quoque obstat, quod ex anterioritate crediti competat Parentibus retentio totius Prædii, & omnium corporum integraliter, nec illi teneantur dimittere glebam, donec eisdem satisfactum fuerit usque ad obolum, ut in allegatis in obiecto, & tradit *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 135. *num.* 8. *& seq.*

Respondetur enim, illud pro- 74
cedere, vel ubi agitur de re individua, & sterili, ut gemma, seu pictura, vel de re non capaci utriusque crediti, *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 559. *num.* 5. *& par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 675. *num.* 6. *& post addit. Cenc. de censib. d. decis.* 128. *num. & penes Merlin. de legit. decis.* 18. *num.* 8. vel ubi simus in creditore 75
anteriore possidente pignus, puta pariter in vim Salviani, aut alias ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus, *Rot. recent. d. par.* 6. *decis.* 135. *num.* 7. *in fin. & apud Merlin. de legit. d. decis.* 18. *num.* 9.

Minusque relevat Parentes esse etiam anteriores creditores in aliis libr. 4900. pro quibus in venditione se obligavit prædictus Jacobus Philippus dicti Petri Baptistæ filius, qui jura anteriora habebat in bonis Petri Baptistæ respectu dictæ dotis maternæ, & aliorum creditorum, ut fuit declaratum in dicta sententia Auditoris Generalis de anno 1626. quæ possunt modo exerceri per ipsos Parentes ad repellendos Actores posteriores, ut supra fuit deductum, cum 76
habens hypothecam anteriorem sit in bonis debitoris præferendus, *Rot. post nostrum tract. mand. de manuten. decis.* 367. *num.* 2. *& decis.* 368. *num.* 2.

Ete-

77 Etenim respondetur hypothecam pro dictis creditis fuisse extinctam, & resolutam per subsecutam satisfactionem, sive ex sola aditione hæreditatis paternæ cum beneficio legis, & inven-
78 tarii, quæ facit præsumere Jacobum Philippum per imaginariam solutionem sibi satisfecisse de corporibus hæreditariis, & habuisse hanc imaginariam solutionem vim solutionis judicialis cum Judicis auctoritate, *Rot. recent. par. 6. decis. 2. nu. 11. & seq.*
79 sive ex dicta sententia graduatoria juncta possessione bonorum hæreditariorum, *Rot. post nostrum tract. de subhast. decis. 104. nu. 13.*
80 *& seqq.* cum per solutionem omne pignus solvatur, *Gait. de cred.*
81 *cap. 4. quæst. 8. num. 1022.* & per satisfactionem cesset rei obligatio, *Rot. recent. p. 4. tom. 2. decis.*
82 *419. num. 10.* atque hypotheca in nominibus debitorum duret, quantum ipsum nomen manet in posse, & dominio debitoris, cujus nomen fuit obligatum, *Greg. decis. 227. num. 9. & seq. Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 481. nu. 16.*
83 pignusque solvatur statim atque, qui pignori dedit debitoris nomen, debitum exigit, *Larr. alleg.*
84 *22. num. 62.* Hincque non potest modo Parentibus ex persona dicti Jacobi Philippi in bonis Petri Baptistæ pro dicta dote, & aliis creditis competere, neque actio, *d. decis. 104. num. 13. post d. nostrum tract. de subhast.* neque exceptio, aut retentio, *ead. decis. 104. num. 12. vers. sed nec.* quia,
85 resoluto jure dantis, seu datoris, vel obligantis, seu debitoris, resolutum censetur etiam accipientis, vel acceptoris, & creditoris jus, *Rot. post Merlin. de legit. decis. 12. nu. 15. & in recent. par. 5. tom. 1. decis. 86. num. 2. & par. 6. decis. 182. num. 8. & decis. 189. num. 12.* & hypotheca, *d. decis. 86. num. 8. & decis. 328. num. 28. par. 5. tom. 1. recent.* & eo maximè, 86
facta resolutione ex causa antecedenti necessaria, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 86. num. 4.* & in resolutione ex causa antecedenti, licet secùs in resolutione ex 87
causa posteriori, tradit ex *Bart. & aliis Larr. alleg. 22. sub num. 20. & 21. par. 1.*

Non obstat, quod hypotheca 88
semel acquisita non possit novo contractu dissolvi, *l. si debitor. in princ. & §. 1. & l. voluntate, ff. quib. ex caus. pign. vel hypoth. solv. Menoch. de adipisc. poss. remed. 3. num. 105.* nec valeat debitor alie- 89
nare in prejudicium creditorum, *Gratian. decis. 17. num. 15.* nec illis 90
in hypotheca præjudicare, *Gratian. discep. 943. nu. 10. & discept. 964. num. 17. & 19. Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 207. num. 10. & par. 7. decis. 205. num. 3.*

Quia respondetur obiectum 91
procedere respectu præjudicii, ipsa re, & nomine durante, & ut debitor non possit contrahere cum aliis, vel alienando, & transferendo rem in alterum, creditorum conditionem facere deteriorem, & quin res affecta remaneat eorum hypothecæ, *Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis. 675. num. 7. & 12. in fin. & 13.* non autem ex hoc sequi, & impediri, ne debitor possit sua credita exigere,

cum,

92 cum, qui creditum exigit, non dicatur voluntariè alienare, nec creditoribus præjudicare, sed consequi, quod suum est, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 492.* &
93 sic uti jure suo, & qui utitur jure suo, non dicitur dolo facere, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 332. num. 8.* & ut aliis præjudicet, *Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. decis. 534. num. 36.* nec alteri affert iniuriam, *l. Graccbus, ff. ad leg. Jul. de adult. Casanat. cons. 9. nu. 65. Rot. recent. d. par. 4. tom. 2. decis. 332. num. 21.*
94 sed dicitur id facere, ut eodem jure suo fruatur, *Rot. recent. ead. par. 4. tom. 3. d. decis. 534. num. 36.*
95 quo ne utatur, non est quis sine justa causa impediendus, *Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. decis. 571. num. 16.*

Non obstat ulteriùs, quod
96 nomen debitoris obligatum non est ampliùs debitoris, sed creditoris, *Gait. de cred. cap. 4. quæst. 7. num. 331.*
97 Respondetur enim obiectum locum sibi vendicare in nomine debitoris, vel specialiter obligato, vel in alterum transla-
98 to; cum illud translatum dicatur cum sua causa, & onere hypothecæ, *Rot. post Cenc. de censib. decis. 183. num. 10. & in recent. d. par. 4. tom. 3. decis. 675. num. 7.*
99 secùs in alio, quia, cum illud non sit in bonis debitoris simpli-
100 citer, sed donec duret, & extet, non transit simpliciter in obligationem creditorum favore, sed revocabiliter, donec scilicet duret, *ad Gratian. discept. 25. nu. 26.*
101 & ideò nec debitor debitoris mei est meus debitor, *Natt. cons. 487. num. 8. lib. 3. Gratian. discept. 507. num. 8.*

Non obstat, quod hypothecæ 102
effectus remaneat, etiam si principalis obligatio extinguatur, & submoveatur, *Gait. de cred. cap. 4. quæst. 11. num. 1255.*

Namque respondetur id pro- 103
cedere respectu solutorum anteriori creditori, & subrogationis in illius locum pro summa eidem soluta, & retentionis pignoris pro rata æquivalenti, ad *Ruin. d. cons. 146. num. 4. lib. 4. Neguf. de pign. 3. membr. 3. par. sub num. 3. & Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 28. num. 4. & sentit Rot. post nostrum tract. de subhast. d. decis. 104. num. 10. vers. nam quoad partitam, & est text. in l. eum, qui à debitore, ff. qui pot. in pign. hab. ubi gl. in verb. obligatum.*

Non obstat ultimò, quod, ubi 104
quis non potest agere, potest tamen excipere, *Gait. de cred. cap. 4. quæst. 7. num. 333.*

Nam respondetur illud non 105
esse perpetuò verum, & limitari hoc casu ex supradictis.

Et ita, utraque parte informante, &c.



DONA-

DONATIONIS.
Martis 27. Aprilis 1649.

ARGUMENTUM.

Mulieri an, & quomodo sit permissa donatio, & alienatio bonorum sive dotalium, sive non dotalium.

SUMMARIA.

1 *Mulier non prohibetur donare, seu se obligare pro causa ad eam spectante, vel ad suum placitum, vel ex causa, quæ ipsam naturali, vel civili vinculo astringat. & num. 2.*

3 *Mulieris promissio jurata de jure Canonico est valida. Ampl. ut nu. 17. 18. & 19.*

4 *Mulieri non licet, matrimonio constante, conditionem suæ dotis deteriorem reddere, seu in illa sibi præjudicare, vel se imparem efficere ad secundò nubendum. & n. 5. & 6. Ampl. ut n. 8. & 9. Lim. ut n. 7. 14. 16. 17. 18. & 19.*

10 *In dotali re a marito alienata mulieri non competit rei vendicatio, nisi soluto matrimonio.*

11 *Dotis dominium, soluto matrimonio, redit ad mulierem*

12 *Maritus, qui rem dotalem alienavit, constante matrimonio, potest illam revocare, sed secus, si interim mortua sit uxor, & quare. & n. 13.*

15 *Donatio cum reservatione ususfructus videtur collata post mortem.*

20 *Dotalis fundi privilegium est principaliter introductum favore mulieris, & secundario favore publico. Contrarium ibidem.*

21 *Juramentum mulieris in alienatione fundi dotalis in ipsius tantum præjudicium tendere dicitur.*

22 *Mulier privilegio sui favore principaliter introducto potest renunciare. Ampl. ut num. 23.*

24 *Mulier cogitur juramentum servare.*

25 *Statutum annullans contractus minorum sine certis solemnitatibus ad evitandas fraudes, & deceptiones dicitur introductum principaliter favore publicæ utilitatis.*

26 *Juramentum non firmat contractum reprobatum principaliter favore publicæ utilitatis, neque valet, nec habet effectum, nec de jure Canonico, & num. 27. & 28.*

29 *Mulier nec per viam donationis, nec alio modo potest de dote disponere in præjudicium mariti, nisi ille consentiat, sed potest in præjudicium proprium cum juramento, nec ei licet contravenire, & nu. 30. & 31.*

32 *Viri consensus non videtur necessarius in alienatione dotis, quæ fit ab uxore ab eo separata, & in Monasterio uti male nupta detrusa, & tamquam pro vidua habita.*

33 *Vidua dicitur etiam, quæ habet virum inutilem, & illius privilegiis gaudet, & num. 34.*

35 *Mulier non valet alienare res*

dotales, quas priùs in constitutione dotis juravit non alienare. Decl. ut num. 38. Subdecl. ut num. 39.

36 *Decl. secundum aliquos, ut valeat alienatio, sed alienans incurrat periurium.*

37 *Contractus secundus ut sustineatur, & ex primo incurratur in periurium, stant simul.*

40 *Promissio observantiæ, & de non contraveniendo minus est, quam promissio non alienandi, vel alienationi non consentiendi.*

41 *Promissio observantiæ, & de non contraveniendo intelligitur, nisi intervenerit justa causa, & à lege permissa.*

42 *Donatio jurata in muliere non est in dubio intelligenda de bonis dotalibus, & quæ juramento promisit non alienare ad periurium effugiendum.*

43 *Hæres non potest impugnare factum defuncti, sed illud tenetur observare, & nu. 44.*

45 *Lim. ut hæres jurantis in alienatione fundi dotalis possit contravenire. Sublim. ut nu. 47. & 48.*

46 *Dotalis fundi privilegium transit etiam in hæredem mulieris.*

49 *Donatio si non sustineatur, succedit obligatio ad interesse, & æstimationem.*



DECISIO XXVII.



QUONDAM D. Elisabeth Bonassona se nupsit de anno 1610. 20. Februarii Thiberio de Fracassatis cũ dote libr. decem, & septem millium, pro qua cessit eidem tantam ratam, & partem Possessionis sitæ in Communi Sancti Augustini cum pacto, quod esset fundus dotalis mediante Apoca recognita medio etiam juramento super illius veritate, & de observando, & non contraveniendo, &c.

Sed de anno 1613. à viro recessit, & de anno 1615. recepta fuit in Monasterio Sanctissimæ Conceptionis uti male nupta, ut cantat licentia ipsius ingressus, in quo post 30. annos, viro adhuc vivente, donavit inter vivos, & cum juramento, ac solemnitatibus requisitis, & Judicis decreto qu. D. Nobili filiæ D. Equitis Dionisii de Boselis, & illa decedente, aliis ejusdem D. Equitis filiabus natis, & nascituris tantam ratam, & portionem ejus bonorum capientem libras octomille cum pacto constituti, & precarii, & juramento, reservato tamen ipsi donanti usufructu, donec viveret, & stipulante, & acceptante pro donatariis dicto D. Equite earum patre præsente, ut in Instrumento.

Defuncta postmodum dicta D. Elisabeth donatrice, & quidem Viro superstite, egit præ-

fata

ſata D. Nobilis contrà DD. Camillam, & Conſtantiam de Bonaſſonis illius ſorores, & ab inteſtato hæredes pro conſecutione, & executione dictæ donationis, & ea mortua lite, pendente, judicium proſecutæ fuerunt . . . . . illius ſorores mediante dicto D. Equite eorum patre, quæ ſententiam à D. Auditore Generali favorabilem reportarunt.

A qua introducta, & commiſſa appellatione cum clauſula, *Si quid exequendum*, in hac noſtra Rota fuit ſub die 27. Aprilis 1649. tentum pro confirmatione.

Validitas enim dictæ ſententiæ non fuit controverſa, & de juſtitia videtur conſtare, quia
1 Mulier non prohibetur donare,
l. ſed ſi ego, *verſ. ſed & ſi ſibi*, *ff. ad Vellejan. Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 17. *nu.* 2. *Gratian. diſcept.* 669. *num.* 10. *verſ. poſt hæc*, *& num.* 14. *&* 15. *Cutell. de donat. par.* 1. *diſ-*
2 *curſ.* 3. *partic.* 4. *num.* 24. ſeu ſe
obligare pro cauſa ad ipſam ſpectante, vel ad ſuum placitum, aut ex cauſa, quæ ipſam naturali, vel civili vinculo aſtringat, *Cu-*
3 *tell. ibid.* & promiſſio Mulieris
jurata valida eſt de Jure Canonico, *Ruyn. conſ.* 210. *num.* 1. *lib.* 1.

Neque obſtare viſum fuit, quod donatrix non haberet niſi
4 dotem, & Mulieri non liceat,
conſtante matrimonio, conditionem ſuæ dotis deteriorem reddere, *l.* 2. *& l. Attillicinus*, *ff. de pact. dotal. Cutell. de donat. par.* 2. *diſcurſ.* 3. *partic.* 14. *num.* 13.
5 ſeu in illa ſibi præjudicare, *Put.*
6 *deciſ.* 364. *num.* 4. *lib.* 3. & ſe im-
parem efficere ad ſecundo nubendum, *l.* 3. *C. de pact. convent.*
Cutell. d. num. 14. quidquid aliud 7
ſit, ſi Vir ſit jam præmortuus,
Cutell. eod. num. 14. *in fin.* Et præ- 8
dicta eo magis procedant in fundo dotali, cujus alienatio prohibetur, *l. Julia*, *ff. de fund. dotal. l. ſi prædium*, *C. de jur. dot. l. conſtante*, *C. de donat. l. unic. §. & cum lex*, *C. de rei uxor. action. & Inſtit. quib. mod. alien. lic. vel non in princ. ad fin. Duran. deciſ.* 17. *nu.* 5. & in terminis donationis, *Caſtr. conſ.* 41. *num.* 3. *lib.* 1. etiamſi acce- 9
deret conſenſus patris Mulieris,
l. etiam in fin. ff. de fund. dot. Adeo 10
ut, ſi alienatio fiat per maritum, quamvis non competat Mulieri rei vendicatio, niſi matrimonio ſoluto, *l. in rebus*, *C. de jur. dot. gl. in verb. interdicta*, *Inſtit. quib. alien. lic. vel non in princ. Ant. Fab. in Cod. lib.* 5. *tit.* 15. *de fund. dotal.*
diffin. 1. *in alleg. num.* 16. ex quo 11
tunc dominium dotis ad eam redit, *d. l. in rebus*, *Duran. deciſ.*
393. *num.* 6. poſſit tamen, con- 12
ſtante etiam matrimonio, vendicare ipſe maritus, & contrà factum proprium venire, ex quo fecerit contrà legem, *gl. in d. verb. interdicta*, *Inſtit. quib. alien. lic. vel non in princ. Fab. d. diffin.* 1. *Rot. diverſ. deciſ.* 110. *num.* 9. *&* 14. 16.
& 20. *par.* 2. cujus contrarium 13
procederet, ſi ante rei vendicationem decederet Mulier in matrimonio, & Vir dotem lucraretur, quia tunc fundus Emptori avelli non poſſet à marito, ſed alienatio confirmaretur per aquiſitionem dominii, *l. fundum*, *ff. de fund. dot.*

Quia respondetur primò non fuisse ex adverso probatum dictam D. Elisabeth non habere tunc nisi bona dotalia, & contrarium probari ex Apoca matrimoniali, & ex pluribus bonorum corporibus in illius hæreditate repertis, de quibus in processu, quæ ascendunt cum fundo dotali ad libras viginti septem mille.

14 Respondetur secundò donationem etiam bonorum dotalium subsistere, ubi pactum est collatum post mortem Mulieris donantis, ut ex *Barbos. Fontanella, & Cutell. de donat. tom. 2. discurs. 3. partic. 4. num. 15.* ut col-
15 latum videtur in præsenti, stante reservatione usufructus, donatrice vivente, *Castr. cons. 41. sub num. 3. lib. 1. Rot. recent. par. 7. dec.*
16 *9. num. 25. & 26.* cum tunc cesset timor, ne mulier in repentinam deducatur inopiam, quę est causa alienationis prohibitionis, *Castr. d. cons. 41. sub num. 3. lib. 1.*

17 Respondetur tertiò donationem esse validam, etiam si intelligatur esse de fundo, & bonis dotalibus, stante juramento, secundum Jus Canonicum, *cap. cum contingat, ubi Augustin. Barbos. num. 2. & seqq. de jur. jur. cap. licet mulieres, eod. tit. in 6. glos. sub verb. dotale, Instit. tit. quib. alien. lic. vel non in princ. & ibi Rimin. jun. num. 201. & 208.* ubi de communi, *& veriori. in parva impress. Benincas. in §. omnium num. 420. Inst. de action. Ant. Fab. in Codic. d. lib. 5. tit. 15. diffin. 7. num. 2. in*
18 *alleg.* ubi, quod jusiurandi solemnitas solet firmare contractus omnes à muliere factos, etiam contrà legem, & de fundo dotali *Seraph. de privil. juram. privil. 76. num. 2. & seq.* & firmant communiter Doctores, & præsertim *Covar. in cap. quamvis, par. 2. §. 1. num. 5. & 7.* qui testatur de receptissima opinione, *Surd. de aliment. tit. 8. privil. 56. num. 45. Mancin. de virib. juram. par. 4. effect. 22. num. 6. Gutier. de juram. par. 1. cap. 1. num. 1. & seqq. Castr. cons. 8. num. 2. in fin. & 3. lib. 2. Cephal. cons. 51. num. 20. Malvas. cons. 13. num. 39. & seqq. 51. & 60. Barbos. in l. 1. par. 1. num. 69. & seq. ff. sol. matrim. Farinac. in fragment. civil. quæst. 26. num. 11. Gallarat. de renunciat. centur. 1. renunc. 65. num. 6. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 59. num. 36.* ubi de communi omnium sententia, *Buratt. decis. 785. num. 8. & Rot. in recent. par. 4. tom. 2. decis. 492. num. 3.*
Undè potest mulier cum jura- 19
mento donare dotem etiam marito, *Gabr. de donat. concl. 3. nu. 2.*

Ratio autem est, quia privi- 20
legium fundi dotalis est introductum principaliter favore ipsius Mulieris, & secundario favore publico secundum communem, *Seraph. de privil. juram. d. privil. 76. num. 10.* licet ipse contrarium teneat, *Rot. divers. decis. 110. num. 13. prope fin. &* 21
num. 16. & ideò juramentum in ipsius tantum præjudicium tendere dicitur, *Castr. cons. 8. nu. 2. in fin. lib. 2.* & potest ipsa Mulier 22
huic suo favori principaliter considerato renunciare, ut in simili *Buratt. decis. 281. sub num. 2.* ma- 23
ximè, ubi non renunciat omnibus dotis privilegiis, sed simpliciter

citer

citer privilegio dotis, *Seraph. d.*
privil. 76. num. 5. in fin. & 11. co-
24 gitatque juramentum servare,
Castr. d. cons. 8. num. 2. in fin. & 3.
lib. 2. Quod, si alienatio, & con-
tractus reprobaretur principali-
25 ter favore publicæ utilitatis (ut
est quando Statutum annullat
contractus minorum sine certis
solemnitatibus in eo expressis ad
evitandas fraudes, & deceptio-
nes celebratos, *Duran. decis. 18.*
26 *num. 4.*) juramentum alienatio-
nem, & contractum non firma-
ret, *Natt. cons. 289. num. 5. lib. 2.*
Duran. d. decis. 8. num. 5. & seq.
27 *13. 16. & 18.* cum juramentum
contrà publicam utilitatem non
valeat, *Rolan. conf. 39. num. 37.*
lib. 1. & cons. 70. num. 16. lib. 2.
neque habeat effectum, *Gratian.*
28 *discept. 451. num. 23.* nec de Jure
Canonico, *Castr. cons. 345. num.*
6. lib. 1.

Nec relevat, quod non inter-
venerit factum aliquod, seu con-
sensus Mariti.

Quia horum alter requirere-
tur, ut valeret alienatio in Ma-
29 riti præjudicium, cum Mulier
de sua dote nec per donationem,
nec alio modo disponere possit
in Mariti præjudicium, *Menoch.*
de recuper. remed. 9. num. 67. Rot.
recent. par. 5. tom. 1. decis. 104. nu. 9.
30 nisi ille consentiat, *Cutell. de*
donat. tom. 1. discurs. 3. partic. 4.
num. 24. circa fin. Duran. decis. 69.
num. 4. Card. Mellin. decis. 304.
31 *num. 1.* sed in præjudicium ipsius
Mulieris jurantis absolutè valet
alienatio; contrà quam propte-
reà ea venire non potest, ut benè
declarat *Bald. Novell. de dot. par.*
7. privil. 1. num. 23. vers. & sic con-
tra, *Gutier. de juram. d. par. 1. cap.*
1. num. 96. dum se refert ad *Bald.*
Novell. quem dixit videndum,
Gallerat. d. renunciat. 65. in fin.
vers. declaratur.

Præthereà, cum donatrix esset 32
à Viro sejuncta, & in Monaste-
rio uti male nupta separata mo-
raretur, cessare videbatur con-
sensus Viri, & pro vidua habenda
erat, *Bald. in l. fin. C. de plagiar.*
Scain. decis. Bonon. 65. sub num. 2.
quæ impressa etiam legitur post
2. volum. Novar. de elect. for. &
tradit idem *Novar. d. tract. tom. 1.*
sect. 2. quæst. 7. num. 1. & 2. cum 33
vidua sit, quæ habet maritum
inutilem, *gl. & Bald. in d. l. fin. C.*
de plagiar. Gaill. pract. observ. lib.
1. observ. 1. nu. 44. Viv. decis. 521.
num. 2. & viduarum gaudeat pri- 34
vilegiis, *Gratian. discept. 666. nu. 9.*

Nec etiam obstat, quod non 35
valeat alienatio facta de rebus
dotalibus per Mulierem, quæ
priùs in constitutione dotis ju-
ramento promisit non alienare,
gl. in d. cap. licet mulieres de jur. ju-
rand. in 6. Gabr. de jur. dot. concl. 1.
sub nu. 3. ubi de communi, *Natt.*
cons. 426. nu. 10. 13. in fin. & seqq.
lib. 2. Card. Mellin. decis. 304. nu. 2.
Rot. divers. par. 2. decis. 49. nu. 24.
& 25. ubi de communi, ut hic
promisisse videtur D. Elisabeth,
dum promisit non contravenire.

Nam (præterquamquod sunt, 36
qui tenent, ut valeat nihilomi-
nùs alienatio, licet alienans in-
currat periurium, *Gabr. d. concl.*
1. num. 15. Castr. cons. 339. per tot.
lib. 1. Natt. cons. 19. num. 2. lib. 1.
& stant simul, ut quis possit inci- 37
dere

dere in periurium ex alio contractu, & quod secundus sustineatur, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 344. in fin.*) respondetur primo
38 omnes Doctores loqui in juramento speciali non alienandi, seu non consentiendi alienationi
39 fundi dotalis, & id adhuc subdeclarare, ut per *Seraph. de privil. juram. privil. 75. num. 44. & privil. 76. num. 13. Riminald. jun. in princ. Instit. quib. alien. lic. vel non nu. 228. Gutier. de juram. d. par. 1. cap. 1. num. 79. & 82. Rolan. cons. 62. nu. 5. & 6. lib. 2. & d. decis. 49. nu. 24. & seqq. par. 2. divers.* in casu verò, de quo agitur, fuit tantum promissa observantia, de non con-
40 traveniendo, quod est minùs, *Natt. d. cons. 426. num. 13. in fin.*
41 *lib. 2.* quia hæc promissio intelligitur, nisi intervenerit justa causa, & à lege permissa, *l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig. Paris. cons. 89. num. 52. juncto num. 15. lib. 1.* hic autem sumus in justa causa, & de jure permissa ex supradictis, ergo &c.

42 Respondetur secundò donationem juratam non esse in dubio intelligendam de bonis dotalibus, & super quibus fuerit interpositum juramentum de non alienando ad effugiendum periurium, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 56. num. 9. & seq.*

Respondetur tertiò princi-
43 paliter Adversarios hæredes non posse impugnare hanc donationem, quam donatrix earum auctrix non impugnavit, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 10. num. 4. & 11. & par. 7. decis. 69. num. 80.*
44 sed immò teneri ad illius juramenti observantiam, *Gratian. discept. 725. num. 20.*

Neque relevat replicatio, quod hæres jurantis in aliena- 45
tione fundi dotalis possit contravenire, *gl. addit. sub verb. dotale prædium, Instit. quib. alien. lic. vel non in princ.* cum privilegium fun- 46
di dotalis transeat etiam in hæredem mulieris, *l. dotale, §. hæredi, ff. de fund. dot.*

Quia, admisso etiam, quod essemus in fundo dotali, repli- 47
catio procedit in hærede filio, & suo, ut loquitur *tex. in d. §. hæredi, & in l. assiduis, §. & ideo, C. qui pot. in pign. hab. & gl. add. in d. verb. dotale, & Cæpoll. cautel. 138. & Nicol. Noal. de transmiss. cas. 23. num. 12. circà med. vers. 3.* transmittitur, secus in alio, & in 48
extraneis, ut sunt Adversariæ, ut est *tex. in l. 1. C. de privil. dot.*

Respondetur quartò, quod, 49
quatenùs non esset sustinenda donatio, succederet obligatio ad interesse, & æstimationem illius, *Duran. decis. 17. num. 6.*

Et ita utraque parte &c.



Re-

RESCISSIONIS VENDITIONIS.

Veneris 28. Maii 1649.

ARGUMENTUM.

Rescissioni contractus nominati an, & quando locus sit Judex cum clausula, Vocatis Vocandis &c. tenetur procedere, citatis habentibus interesse. Tutor an, & ad quæ constituere possit procuratorem.

SUMMARIA.

1 *Fideicommisso si sit Prædium venditum subiectum, non potest à molestiis vocatorum liberari, nec provideri, quin novæ evictioni subiaceat.*

2 *Rescissioni in venditione, & aliis contractibus nominatis non est locus ex non adimplemento, sed agendum est ad implementum, vel ad interesse, aut indirectè ad pretium loco interesse, & num. 3.*

4 *Decl. ut possit etiam directe agi ad rescissionem, si res detecta fuerit non libera, & libera promissa fuerit, & agi possit ad pretium, si vendita fuerit res aliena sub falsa assertione, quod esset vendentis, & num. 5.*

6 *Fideicommissum tollitur ex Principis derogatione, & subrogatione cum subsecuta sententia. Lim. ut nu. 7. & 8.*

7 *Clausula, Vocatis vocandis, importat, ut citandi sint habentes interesse, & procedi debeat causa cognita, & n. 8.*

9 *Tutoris mandatum ad propria negocia sine expressione tutoris nominis, et pro negociis pupilli non sustinet judicium contra pupillum, nec consensum pro eo datum.*

10 *Actor à tutore ad lites tantum constituitur.*

11 *Tutor non habet facultatem constituendi procuratorem ad contrahendum, et multò minus ad effectum alienandi.*

12 *Tutor non potest consensum aliquem præstare in pupilli præjudicium, sed illum defendere tenetur, et utilia facere, ut juravit.*

23 *Fideicommissum approbat, qui super eo transigit.*

14 *Improbare quis non potest, quod semel approbavit.*

DECISIO XXVIII.



Ulius Cæsar Zanettus in permutationem dedit Petronio Parmæ de Bottis Prædium in Communi Ronchorum Corticellæ, uti ad eum spectans, & suppositum fideicommisso qu. Bartholomei Zanetti, & in compensationem, & permutationem recepit à Petronio bona sua in Communi Lianni ad effectum illa cum derogatione opportuna à Sanctissimo obtinenda subrogandi in locum dicti Prædii fideicommissi gravati.

Expeditæ fuerunt deindè lit-

teræ

teræ Apostolicæ sub assertione purificationis dicti fideicommissi in persona dicti Julii Cæsaris Zanetti, nec non Marsilii Zanetti pupilli, & evidentis utilitatis subrogationis in forma commissaria directæ Rever.[mo] D. Vicario Generali Eminentissimi D. Cardinalis Archiepiscopi cum clausula, *Vocatis vocandis*; Qui, dicto tamen Marsilio non revocato, per suam sententiam licentiam concessit deveniendi ad dictam permutationem, & liberando à præfato fideicommisso dictum Prædium Corticellæ, illud transtulit in dictis bonis Liani; In cujus executionem fuit successivè inter dictas partes deventum ad instrumentum.

Postmodum Petronius junior de Bottis nepos, & hæres dicti Petronii senioris Prædium prædictum Corticellæ vendidit D. Jo: Francisco Ruffeno, & Ruffenus vendidit D. Antonio Mariæ Mellono, asserendo Prædium esse liberum, & cum promissione de evictione in forma.

Contrà quod Prædium, & Mellonum dictus D. Marsilius Zanettus minor in dicta subrogatione non citatus, nec auditus judicium in vim dicti fideicommissi instituit, quo stante, Ruffenus Melloni auctor, & ad illum liberandum adstrictus, recognoscendo bonam fidem erga ipsum Marsilium, & admittendo fideicommissum super dicto Prædio, cum eo transegit, emendo Prædii fructus, donec quilibet eorum naturaliter vixerit, ex quo Mellonus pro nunc acquievit, non informatus forsan de qualitatibus transactionis.

Insurrexerunt post hæc contrà eundem Mellonum, & Prædium, & ex ejusdem fideicommissi prætensionibus DD. Horatius, & Romulus filii dicti Julii Cæsaris Zanetti, contrà quos Ruffenus necessarius Melloni defensor obtinuit sententiam absolventem Mellonum à petitis, sed cum clausula, *salvo jure melius agendi*.

Fueruntque successivè etiam ad instantiam R.C. Apostolicæ creditricis dicti D. Marsilii alterius, ut suprà, fideicommissarii, & D. Margaritæ Zanettæ ejus fidejussoris facta super fructibus dicti Prædii sequestra.

Quibus propterea fideicommisso, & molestiis sic stantibus, à quibus Prædium liberari non potest in præjudicium vocatorum, & quin illud semper novæ evictionis periculo subiectum remaneat, ad *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 337. *num.* 13. *& seq.* ultimo loco Mellonus intentavit contrà Ruffenum venditorem judicium rescissionis venditionis, & restitutionis pretii, in quo obtinuit per binas sententias conformes.

A quibus commissa appellationis causa Excellentissimo D. meo Beccio Rotæ Prætore cum Voto in decidendo alterius Auditoris sorte extrahendi, ego extractus in sententiam veni pro dictarum antecedentium sententiarum confirmatione, prout eas confirmavimus.

Ete-

2 Etenim, est regulare in contractibus nominatis, ut est emptio, quod non sit locus rescissioni ob non implementum, sed sit agendum ex contractu, vel ad implementum, vel ad interesse secundum veriorem, ut per *Gabr. cons.* 49. *num.* 1. *lib.* 2. *Affl. decis.* 280. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.*
3 121. *num.* 1. *& seq.* Potest tamen indirectè agi ad pretium uti ad interesse, *Adden. ad Greg. decis.* 88. *num.* 10. *& Adden. ad Buratt.*
4 *decis.* 640. *num.* 31. atque etiam directè ad rescissionem, ubi assertum fuit, ut hic, rem esse liberam, & contrarium fuit detectum, *Gratian. discept.* 175. *num.* 16. *&* 33. *& decis.* 13. *num.* 16. *& seqq. & Rot. recent. decis.* 415. *nu.* 4.
5 *par.* . . . Prout ad pretium agi potest, quando vendita est res aliena sub falsa assertione, quod esset vendentis, *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 318. *num.* 2. *& alleg. per Duran. decis.* 341. *num.* 1.

6 Non obstat, quod dictum Prædium sit à vinculo fideicommissi liberatum ex dicta sententia, & licentia D. Vicarii super derogatione, & subrogatione.

7 Quia respondetur eam laborare notorio vitio nullitatis, ex quo non fuit in ea citatus dictus D. Marsilius, de cujus interesse etiam constabat, & citandus erat, stante dicta clausula, *Vocatis vocandis*, juxtà relata per me in *tract. mand. de manuten. observ.* 12. *num.* 62. *& Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 244. *num.* 7. &
8 quia D. Vicarius non adhibuit causæ cognitionem super veritate evidentis utilitatis subrogationis in litteris narratæ, *d. decis.* 244. *num.* 7. de cujus etiam contrario fuit in hoc judicio doctum.

Neque relevat replicatio, quod fuerit citatus Lucius Moneta uti Marsilii pupilli Actor constitutus à D. Violante Papazzona illius matre, & tutrice prætensa, quæ derogationi & subrogationi consensit.

Quoniam, præterquamquod fuit omissa contrà eam citatio ad sententiam, Respondetur de illius Actoria pupilli nomine non constare, sed tantum de 9
mandato matris nomine pro illius propriis negotiis, absque aliqua expressione, quod eum sic constituerit tutorio nomine, & pro negotiis pupilli, & quando unquam de simili etiam Actoria doceretur, ea non comprehenderet facultatem præstandi consensum hujusmodi, cum Actor ad lites tantum consti- 10
tuatur, *Greg. decis.* 530. *num.* 1. *&* 5. *ubi Adden. num.* 7. *Buratt. decis.* 524. *num.* 8. *et seq.* neque habeat 11
tutor facultatem constituendi procuratorem ad contrahendum, & consentiendum pro pupillo ad effectum maximè alienandi, *Gratian. discept.* 644. *num.* 1. *et seqq.* & nec tutor possit 12
in præjudicium pupilli consensum aliquem præstare, sed teneatur illum defendere, & illi utilia facere, prout jurat in susceptione tutelæ, *§. fin. Auth. ut ii, qui oblig. se hab. per hi. res min. l. fin. §. defensionem, C. de adm. tut. Aldroban. in princ. Inst. de leg. agnat. tut. nu.* 9. *& in §. tutor autem, num.* 19. *Inst. de auth. tut.*

Accedat, quod idem Ruffe-
13 nus fideicommissi gravamen super dicto Prædio, & imminentem evictionem ex illius capite approbavit, dum cum Marsilio fideicommissario, ut supra transegit, *Buratt. decis.* 381. *num.* 7.
14 Undè non potest hodie illud controvertere, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 51. *num.* 7. *& decis.* 184. *num.* 43.

Et ita utraque &c.

FIDEICOMMISSORUM
DE
ANGELELLIS.

Veneris 18. Junii 1649.

ARGUMENTUM.

De requisitis, & probationibus ad obtinendam immissionem in vim fideicommissi.
Et aliqua de detractionibus.

SUMMARIA.

1 *Fideicommissario competit remedium l. fin. contrà gravatum, & illius hæredem.*
2 *Mors probatur ex libris Parochialium Ecclesiarum.*
3 *Fideicommissarii descendentia, & proximioritas, & evenisse casum illius vocationis probatur ex testibus, ex instrumentorum enunciativis, & præcipuè in antiquis, & ex libris baptismalibus, saltim adminiculatis, & num.* 4. 5. 6. *&* 7.
8 *Ampl. ut dictæ probationes etiam ad invicem adminiculentur, quatenus sit opus ad plenam probationem faciendam.*
9 *Ampl. ut ad effectum successionis sufficere videantur in hoc etiam leviores probationes. Contrarium. num.* 10.
11 *Proximior quis probatur eo ipso, quod alius uti proximior non comparet.*
12 *Exceptio de jure tertii non admittitur.*
13 *Bona fuisse in bonis fideicommittentis probatur ex instrumentis divisionum factarum inter testatorem, et alios, & inter illius hæredes.*
14 *Item ex inventariis factis à gravatis.*
15 *Item ex eorum descriptione facta in testamentis.*
16 *Item ex testibus.*
17 *Possessio Rei conventi à fideicomissario probatur ex instrumentis captæ possessionis, & ex inventario ab ipso Reo facto, quæ in situ, nomine, et confinibus concordent cum bonis testatoris, & num.* 18.
19 *Fideicommissarius quæ probare debeat ad immissionem obtinendam in vim legis fin.*
20 *Testamentum requiritur authenticum, & in forma originalis, & matricis ad effectum immissionis in vim leg. fin. Decl. ut num.* 22. 23. 24. *&* 33.
21 *Judices tenentur sequi scripturæ ocularem apparentiam, quæ pendet ab originalis visione.*
25 *Jura contrà producentem plene probant.*

26 *Productio operatur approbationem, & confessionem omnium contentorum in productis, & quod non possit, qui produxit, ea impugnare, & num. 27. Ampl. ut num. 28. 29. 30. 31. & 32.*

34 *Proximiores de Domo si in testamento vocentur, intelligi debent de solo columnello testatoris, non de aliis agnatis eadem insignia ferentibus. Decl. ut nu. 36. 37. 38. et 39.*

35 *Familiæ appellatione in testamento inter plures ejusdem cognominis venit illa, de qua testator natus est.*

40 *Fideicommissariis in substitutionibus, caducato primo gradu, subintrat secundus. Lim. ut num. 41.*

42 *Statuto Bononiæ disponitur, ut in testamento, & ultima voluntate fiat mentio, quod Sacerdos adbibendus, & unus testis cognoscat testatorem, & esse sanæ mentis, alias non est locus immissioni ex l. fin. & num. 43.*

44 *Clausulæ cæteratæ ex formulario Bononiæ babentur pro extensis.*

45 *Fideicommissi restitutioni non est locus, nisi factis priùs detractionibus.*

46 *Dotare filiam pater tenetur ex sua legitima, & trebellianica.*

47 *Detractionum illiquidarum, seù turbidarum, & requirentium altiorem indaginem exceptio non retardat immissionem fideicommissario.*

48 *Item nec si illæ non justificentur.*

49 *Detractioni sub prætextu solutionis dotis, vel alterius oneris non est locus, non docto de solutione.*

DECISIO XXIX.



GENTIBUS Illustriss.mis DD. Senatore Francisco filio qu. Andreæ, lite pendente defuncti, Angelo Maria qu. Joannis Philippi junioris, & Achille, & Christophoro Maria qu. Joannis Baptistæ de Angelellis uti vocatis ex quatuor fideicommissis, nempè Francisci, Philippi, Equitis Alberti, & Marci Antonii, ad eorum favorem per mortem qu. Bartholomei filii qu. Joannis Baptistæ ultimo loco sine filiis, & descendentibus defuncti purificatis contrà Illustriss. D. Barbaram Bonaldam illius matrem, hæredem, & occupatricem bonorum eisdem fideicommissis suppositorum, & tempore suæ mortis tentorum, & possessorum per dictum Bartholomeum remedio *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll.* quod competit fideicommis- 1
sario adversus hæredem gravatum, & gravati hæredem, *Rot. post nostrum tract. de manuten. dec. 216. num. 6.*

Hodie Rota, cui Causa in prima instantia commissa reperiebatur ad referendum Emin. D. Legato, vel Illustrissimo D. V. Legato, censuit, & retulit

 Emi-

Eminentissimo D. Legato, immissionem petitam dandam esse, prout data successivè fuit.

Visum enim fuit Primò de ipsis fideicommissis dubitari non posse.

Nam Franciscus in testamento condito 9. Aprilis 1516. hæredes instituit Philippum, Joannem, Bartholomeum, Albertum, atque Hieremiam ejus filios, & Nicolaum fratrem, quos ad invicem substituit, & prohibuit alienationem bonorum S. Agatæ, & S. Joannis, quæ voluit stare debere perpetuò, quoad durabit mundus, in Domo, & communi Familia ipsorum de Angelellis, & casu, quo non extarent aliqui filii masculi de, & ex filiis masculis dictorum omnium fratrum de Angelellis legitimis, & naturalibus, tunc, & eo casu voluit ad proximiores de dicta Domo de Angelellis de Bononia legitimos, & naturales semper devenire, prædictam ejus hæreditatem cum prædicta semper prohibitione alienationis dictorum bonorum.

Philippus verò filius dicti Francisci in testamento rogato 26. Maii 1563. hæredem instituit Franciscum ejus filium, & ipsius Francisci filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales de gradu in gradum usque in infinitum cum perpetua, & reciproca fideicommissaria substitutione favore lineæ, & totius Prosapiæ dicti Francisci, & in casu deficientiæ dictæ lineæ substituit alios de Familia, & agnatione dictorum de Angelellis cum prohibitione alienationis.

Eques autem Albertus alter filius dicti Francisci in testamento sub die 27. Julii 1566. reliquit Nicolao qu. Bartholomei de Angelellis ejusdem testatoris fratri Domum habitationis ipsius testatoris sitam in Via Galeriæ, & substituit ipsius Nicolai primogenitum, & successivè de primogenito in primogenitum in infinitum, &, Nicolai linea deficiente, substituit Marcum Antonium dicti Nicolai fratrem, & hæredes universales instituit Franciscum dicti qu. Philippi pro dimidia, & pro alia dimidia dictos Nicolavum, & Marcum Antonium, eosque invicem substituit, & omnes descendentes in infinitum, &, finita eorum linea, substituit proximiores de familia, Casata, & Agnatione de Angelellis cum amplissima prohibitione alienationis.

Marcus Antonius quoque 23. Aprilis 1603. testamentum condidit, in quo in executionem testamenti conditi per dictum Eq. Albertum, & alios prædictos reliquit filiis Jacobi olim Francisci de Angelellis Domum præfatam positam in Via Galeriæ, & aliam Domum, & Possessiones, ac Prædium situm in Communi S. Agatæ, & Prædium Arcoveggii, & Roncaglii; Nec non reliquit Jacobo, & aliis filiis masculis qu. Joannis Baptistæ de Angelellis Possessionem Mamenego, & Prædiolum contiguum, Possessionem vocatam la Cassina,

&

& diversa terrena sub dicta Possessione comprehensa, Possessionem appellatam la Gograndina, Prædium vocatum la Cavalleria, & bona acquisita à Jacobo Dutia, & deinde instituit prædictos hæredes universales pro certis ratis, & partibus, subiungendo ejus intentionem deliberatam esse, quod omnia, & singula bona dictis de Angelellis relicta tàm in prælegato, quam in institutione universali transeant, & perpetuò maneant, & conserventur in descendentibus masculis dictorum de Angelellis, & in eorum lineis, & descendentiis masculinis, & in casu earum extinctionis substituit alios de familia de Angelellis substitutos à dicto Eq. Alberto cum amplissima alienationis prohibitione.

Visum Secundò fuit probatam esse deficientiam, & extinctionem omnium linearum in dictis fideicommissis primo loco vocatarum ex testium depositionibus, & ex partitis servatis servandis extractis ex libris mortuorum Parochialium Ec-
2 clesiarum, quibus fides præstatur *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 108. num. 3. decis. 225. nu. 1. par. 5. tom. 1. decis. 408. num. 2. par. 6. dec. 13. nu. 2. dec. 153. num. 3. dec. 207. num. 2. & dec. 301. nu. 2. & par. 7. decis. 168. num. 11. Greg. decis. 78. nu. 2.* & ibi *Beltram. littera A. & decis. 359. num. 5.* ubi etiam *Beltram. num. 9. Buratt. decis. 540. num. 1. dec. 563. num. 1. decis. 708. num. 3. Duran. decis. 263. num. 20. decis. 377. nu. 3. decis. 406. num. 4. & decis. 430. num. 3. Card. Mellin. decis. 214. num. 4. & decis. 226. num. 1.*

Visum fuit Tertio probatam fuisse descendentiam à Jacobo communi stipite, & ab eodem columnello, & proximioritatem dictorum agentium, & sic eve- 3
nisse casum eorum vocationis ex pluribus testibus examinatis, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 84. num. 2. & par. 6. decis. 331. num. 4. & par. 7. decis. 10. num. 1.* & ex 4
diversis instrumentis, & eorum enunciativis *Petr. Ant. de Petr. de fideicom. quæst. 11. num. 414. Gratian. discept. 554. nu. 50. 56. & 58. Rot. recent. d. par. 5. tom. 1. decis. 84. nu. 8. & par. 6. decis. 359. nu. 23. & par. 7. decis. 10. num. 1. decis. 88. num. 2. & 3.* præsertim in anti- 5
quis, *Gratian. d. num. 50. & Petr. Ant. de Petr. d. quæst. 11. num. 476. Buratt. decis. 709. num. 3. Duran. decis. 438. num. 3.* ac ex libris Bap- 6
tismatum, *Buratt. decis. 781. nu. 6. Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 90. sub nu. 1. & par. 6. decis. 331. nu. 2. & decis. 359. nu. 20. & 21.* saltim 7
adminiculatis, *Rot. recent. par. 6. d. decis. 331. num. 3.* quæ probatio- 8
nes adinvicem etiam adminiculantur, quatenùs opus sit, ad faciendam plenam probationem, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 90. num. 2.* licet ad effectum succes- 9
sionis sufficere videantur in hoc leviores probationes, *Rot. recent. par. 6. d. decis. 331. nu. 14. & par. 7. decis. 260. num. 8.* in quo tamen 10
Rota alias fuit divisa, ut in eadem *par. 7. decis. 15. num. 29. & seqq.* Quodque agentes sint 11
proximiores, probatum remanet eo ipso, quod nullus alius comparet, qui se proximiorem præ-

prætendat, *Rot. recent. par. 5. tom.*
1. decis. 330. num. 1. & d. par. 7.
decis. 88. num. 4. Pen. decis. 86.
num. 5. Et quatenùs replicetur
adesse P. Albertum Jesuitam,
12 Respondetur, stante illius taci-
turnitate, non posse hanc excep-
tionem concernentem jus tertii
à parte adversa allegari, *Thesaur.*
decis. 4. num. 8. vers. secundo facit,
& vers. ad tertium, & Rot. recent.
par. 7. d. decis. 88. num. 6. & illum,
lite pendente, decessisse, ut est
notorium.

Visum fuit Quarto probatum
esse bona, ad quæ agitur, & de-
creta fuit immissio, fuisse in
bonis dictorum fideicommitten-
13 tium, Tum ex instrumentis di-
visionum factarum inter testa-
tores, & alios, *Fusar. de substit.*
quæst. 618. num. 7. Rot. recent. par.
5. tom. 1. decis. 42. num. 1. & inter
eorum hæredes, *Fusar. ead. quæst.*
618. num. 7. & 11. Rot. recent. par.
4. tom. 2. decis. 417. num. 5. & 14.
tom. 3. decis. 518. num. 8. & 9. &
par. 5. tom. 1. d. decis. 42. num. 2. &
8. decis. 87. nu. 15. decis. 226. nu. 9.
& seqq. decis. 258. num. 1. & 2.
& decis. 313. num. 4. & par. 7. dec.
88. num. 2. decis. 96. num. 6. decis.
131. num. 2. decis. 261. nu. 1. & 4.
& inter antecessores, *Buratt. dec.*
14 *276. num. 7.* Tum ex inventariis
factis à gravatis, *Fusar. d. quæst.*
618. num. 1. Rot. recent. d. par. 5.
15 *tom. 1. decis. 42. num. 2.* Tum ex
eorum descriptione facta in
dictis testamentis, *Fusar. d. quæst.*
618. nu. 30. Rot. recent. par. 5. tom.
16 *1. decis. 330. num. 25. & 26.* Tum
ex testibus desuper examinatis,
Petr. Ant. de Petr. de fideicom. qu.
12. nu. 45. & seqq. Fusar. d. quæst.
618. nu. 20. & seq. Greg. decis. 226.
num. 1. Nec non probatum fuisse
eadem bona ad præsens occupari
per dictam D. Bonaldam, & esse
illamet, quæ erant in bonis dicto-
rum testatorum, tam ex instru- 17
mentis ab ea captæ possessionis
uti matre, & hærede dicti Bar-
tholomei ultimi defuncti, quam
ex inventario ab ipsa facto, in
quibus describuntur bona, quæ
concordant cum bonis dictorum
testatorum in situ, nomine, &
confinibus, quod sufficit ad obti- 18
nendam immissionem contrà
ipsam, *Fusar. d. quæst. 618. nu. 29.*
Rot. recent. par. 6. decis. 140. nu. 14.
& par. 7. decis. 23. num. 7. & decis.
96. num. 2.

Quibus omnibus concurren- 19
tibus locus est immissioni in vim
l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll. ad
ad favorem fideicommissario-
rum, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. dec.*
408. num. 6. & seqq. & par. 6. dec.
298. num. 2. et decis. 306. num. 1. et
par. 7. decis. 8. nu. 1. decis. 61. nu. 1.
et 2. decis. 151. num. 1. et decis. 244.
num. 1. Duran. decis. 24. num. 1.
Card. Mellin. decis. 274. num. 1.

Nec obstare censuimus Pri-
mo, quod testamenta producta
non sint authentica, & debuerint 20
produci originalia, seu matrices
ad tradita per me in *tract. mand.*
de manuten. obser. 12. num. 92. &
Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 503.
num. 2. & seqq. post *Menoch. de*
adipisc. remed. 4. num. 651. et 652.
cum Judices teneantur sequi 21
scripturæ oculatam apparen-
tiam, *Rot. recent. par. 4. tom. 3. dec.*
524. num. 3. quæ pendet ab origi-
nalis

nalis visione, an scilicet ea sint
abolita, vel cancellata.
22 Quia responsum fuit satis fuis-
se illa producta fuisse in forma
probanti non vitiata, & in exem-
plis in publica forma traditis;
vel à Notariis rogatis, *Menoch. de
adipisc. d. remed. 4. nu. 653. et 654.
Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 233.
num. 6. & decis. 236. num. 3. & 4.*
quæ sunt *Duran. decis. 178. nu. 5.
& decis. 180. num. 2. Buratt. decis.*
23 *243. num. 1.* vel, illis mortuis, aut
impeditis, à Notariis ad id legi-
timè deputatis, &, servatis ser-
vandis, extractis, *Menoch. d. remed.
4. num. 654. in fin. & 655. Rot. re-
cent. par. 4. tom. 2. decis. 503. nu. 9.
& seq. Greg. decis. 432. num. 2.*
24 Quod eo magis procedere debet
in præsenti casu, in quo repetita,
& reproducta sunt eademmet
instrumenta, & transumpta, quę
ad eumdem effectum, & in eo-
dem remedio producta anteà
fuerunt à dicto Bartholomeo
25 ultimo defuncto, contrà quem
sicut propterea plenè probabant,
*Rot. recent. par. 5. decis. 90. num. 1.
& Duran. decis. 185. num. 17.* ex
26 quo ex productione resultat
approbatio, & confessio omnium
contentorum in productis, *Rot.
post nostrum tract. mand. de manu-
ten. decis. 51. num. 5. decis. 146. nu. 1.
decis. 181. num. 2. decis. 625. nu. 5.
Duran. decis. 433. num. 6. Buratt.
decis. 160. num. 3. decis. 611. nu. 11.
et 12. decis. 622. num. 3. decis. 934.
num. 4. Greg. decis. 238. num. 5. Rot.
recent. par. 6. decis. 88. num. 20.*
27 nec potuisset illa impugnare,
*Duran. decis. 285. num. 114. Greg.
decis. 236. num. 5. ubi Add. num. 15.*
nec sub prætextu, quod non 28
essent in forma probanti, seu
illis fides adhiberi non debuis-
set, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis.
403. num. 8.* cum ex illis immis- 29
sionem obtinuisset, *Rot. recent.
par. 4. tom. 2. decis. 154. num. 28.
decis. 327. num. 11. decis. 496. nu. 1.
et par. 5. tom. 1. decis. 230. num. 9.
& decis. 360. num. 4. & seq. & par.
7. decis. 101. num. 1. & decis. 146.
num. 2. Greg. decis. 469. num. 5.* ubi
*Beltram. littera B. Buratt. decis.
444. num. 10. decis. 857. num. 5.
Add. ad ejusd. decis. 10. num. 21.
32. & 33.* & quamvis producta 30
essent in alio judicio, *Duran. dec.
118. num. 2.* ita ipsius Bartholo- 31
mei confessio non potest impu-
gnari à D. Bonalda ipsius hæ-
rede, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec.
492. num. 11. & par. 6. decis. 60.
num. 3. decis. 184. num. 43.* cum 32
hæres non possit improbare ea,
quæ non poterat ipse testator,
seu defunctus, *Rot. recent. par. 7.
decis. 48. num. 4.* Ultrà quod fue-
runt etiam nobis ostensa origi-
nalia, quod confert in hujusmodi 33
remedio, *Rot. recent. par. 1. decis.
135. num. 6. & 8.*

Prout non obstare credidi-
mus quoad primum testamen-
tum Francisci, quod, dum in eo
in defectum filiorum masculo-
rum filiorum testatoris institu-
torum vocantur proximiores de
Domo de Angelellis, intelligi 34
debeat de columnello tantum
ipsius testatoris, non de aliis
agnatis eadem insignia ferenti-
bus, *Bart. in l. filius familias, §.
cum pater, ff. de leg. 1. & in l. peto,
§. fratre, ff. de leg. 2. Socin. sen. in*

l. si

l. si cognatis, num. 31. ff. de reb. dub. Curt. sen. cons. 40. num. 15. & seq. Paris. cons. 1. num. 59. lib. 3. Ruin. cons. 153. num. 1. lib. 2. Fusar. de fideicom. quæst. 348. nu. 4. & quæst.
35 *353. num.* 1. & quod familiæ appellatione in testamento, quando sunt plures familiæ ejusdem cognominis, veniat illa, de qua ipse testator natus est, *Menoch. cons. 106. num. 218. & 226. & cons. 233. num. 16. et seq. Rot. recent. par. 1. decis. 697. num. 6. par. 1.*

Quoniam placuit responsio
36 testatorem respexisse ad universam agnationem, & familiam de Angelellis de Bononia, ut verba clarè sonant, & sic ad familiam non solum effectivam, sed etiam contentivam, & ideò in vocatione venire omnes agnatos, qui sunt de eadem familia, quamvis sanguine coniuncti non essent, *Fusar. de fideicom. quæst. 351. num. 38. Paul. Rub. in adnot. ad decis. 632. num. 53. et seqq. et*
37 *præsertim num. 84. et seqq.* & sine difficultate, cum vocaverit proximiores de familia in defectum descendentium primo loco vocatorum, *Fusar. d. qu. 351. nu. 39. Rot. recent. par. 7. decis. 15. nu. 24.*
38 contraria autem procedere, quando non apparet testatorem respexisse ad universam agnationem, *Paul. Rub. loc. cit. num. 82.*
39 *& 83.* seu quando constat se restrinxisse ad familiam effectivam, *d. decis. 15. num. 24. & seq.*

Quemadmodum non obstare dictum fuit, quod in secundo testamento Philippi, deficiente linea ejus descendentium, vocati fuerint secundo loco Albertus frater, & Marcus Antonius, & Nicolaus nepotes ex Bartholomeo alio fratre cum reciproca inter eorum descendentes, & ipsis omnibus deficientibus, tertio loco substituti fuerint filii, & descendentes Andreæ, & Joannis Philippi, à quibus descendere prætendunt dicti Actores, & sic eorum vocationem esse in eo tantum casu, quo hæreditas, & bona testatoris pervenirent ad dictos ejus fratrem, & nepotes, qui casus non evenit, quia illi præmortui sunt.

Nam responsum fuit, quod in 40
fideicommissariis substitutionibus, in quibus sumus, caducato primo gradu, subintrat secundus, *Fusar. de substit. quæst. 440. nu. 13. & quæst. 469. num. 37. & seqq. Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis. 579. num. 1. 3. 13. et 14. et per tot.* neque
aptari limitationem, quod secùs 41
sit in fideicommisso nominatim relicto à primo substituto, *Fusar. d. quæst. 469. num. 53.* quia ea cessat ex facto.

Neque etiam obstare tentum fuit quoad tertium testamentum Equitis Alberti, quod illud patiatur vitium visibile nullitatis inductæ à *Statuto Bononien. sub rubr. de testam. & ultim. volunt. in princ. in vers. & si aliqua ultima voluntas*, cum non fuerit per ex-
tensum juxtà dispositionem eius- 42
dem Statuti in eo scriptum, quod Sacerdos adhibitus, & unus testis cognosceret testatorem, & eum fuisse, & esse sanæ mentis, sed tantummodò legantur verba cæterata videlicet, Qui R. D. Joannes, & Franciscus, & nos No-

Notarii dixerunt, & diximus &c. 43 eumque &c. quæ non sufficiunt ad effectum obtinendi immissionem ex remedio *d. l. fin. Monterent. ad d. Stat. in d. vers. etsi aliqua ultima voluntas, in verb. pro non legitima, Grat. cons.* 140. *nu.* 1. *& seqq.*

Quia (præterquamquod cum hoc ipso testamento author D. Bonaldæ eamdem immissionem obtinuit, ut supra dictum fuit) 44 hujusmodi clausulæ cæteratæ ex formulario Bononię post dictum Statutum edito habentur pro extensis.

Non obstant prætensæ detra-45 ctiones, quibus non factis, non sit locus restitutioni fideicommissi, *l.* 2. *& l. ultima, C. ad trebell. l. in imponenda, & l. insitum, C. ad leg. falcid. Rol. cons.* 65. *num.* 24. *lib.* 2. *Gabr. cons.* 124. *num.* 4. *lib.* 1. *Surd. cons.* 291. *num.* 6. *Fusar. de substit. quæst.* 672. *Rot. rec. par.* 7. *decis.* 198. *num.* 10. & impediatur immissio, *Menoch. de adipisc. remed.* 4. *sub num.* 638. *vers. quartus est casus, Surd. decis.* 33. *sub num.* 8. *vers. ex adverso autem, & seqq. Rot. recent. par.* 1. *decis.* 155. *num.... par.* 3. *decis.* 116. *num.... Add. ad Greg. decis.* 106. *sub nu.* 11.

Respondetur enim quoad dotes solutas à Philippo, & Alberto fideicommittentibus non esse locum alicui detractioni ad favorem D. Bonaldæ, sed hujusmodi solutionem diminuisse fideicommissa, ita ut in eis illud minùs remanserit ad favorem, & commodum Actorum fideicommissariorum.

Quo verò ad tertiam dotem solutam à Francisco juniore filio, & hærede gravato dicti Philippi respondetur deductionem non esse liquidam, quia Franciscus tenebatur dotare filiam ex sua 46
legitima, & trebellianica, *l. mulier. §. cum proponeretur, ff. ad trebell. auth. res, quæ C. comm. de leg. Fusar. quæst.* 531. *num.* 145. & ulterius non constare D. Bonaldam successisse in juribus dicti Francisci, Nec impeditur im- 47
missio fideicommissario per exceptionem detractionum, quæ sunt illiquidæ, seù turbidæ, & requirunt altiorem indaginem, *Seraph. decis.* 1219. *num.* 7. *Greg. decis.* 194. *num.* 22. *Cavaler. decis.* 573. *num.* 3. *Duran. decis.* 39. *nu.* 6. *& decis.* 88. *num.* 1. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 51. *num.* 21. *& par.* 6. *decis.* 301. *num.* 18. *& post nostrum tract. de manuten. decis.* 216. *num.* 14. nec si illæ non justificen- 48
tur, *Cavaler. decis.* 476. *num.* 1. *&* 2. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 185. *num.* 16.

Respectu autem dotium filiarum Joannis Baptistæ filii Marci Antonii quarti testatoris, quas solvisse prætendit dictus Bartholomeus, & D. Bonalda ejus hæres in summa libr. 70m. Responsum primo fuit non fuisse do- 49
ctum de solutione, & in consequens earum detractioni non esse locum, *Buratt. decis.* 641. *num.* 1. *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 126. *num.* 23.

Secundò responsum fuit, Marcum Antonium testatorem mandasse dictas dotes solvi ex fructibus, quos Joannes Baptista, Bartholomeus, & D. Bonalda

nalda recepit per multos annos, cum quibus debet prætensum creditum compensare.

Et ita utraque &c.

REDDITIONIS RATIONIS.
Lunæ 26. Junii 1649.

ARGUMENTUM.

Ratio semel reddita an, & quando sit iterum reddenda. Tutorem habenti an, & quando possit alius dari. Et an in Sacris constitutus, & Monachus, seu Regularis possit esse tutor. Et an, & quando tutor valeat debiti bonam fidem agnoscere.

SUMMARIA.

1 *Tutor secundus potest rationes primi recipere, & primus ex hoc liberatur, & nu.* 8. *&* 64.

2 *Pupillo tutorem non habenti dandus est ad actum particularem curator.*

3 *Rationem reddere quid contineat, & num.* 4. *&* 5.

6 *Judex competens redditionis rationis est Judex loci administratæ tutelæ.*

7 *Ratio quando, & ex quibus reddita dicatur.*

9 *Ratio bene reddita dicitur, & justificatur mediantibus arbitris, peritis, seu calculatoribus, & num.* 10.

11 *Peritorum relatio quando habeat pro se præsumptionem.*

12 *Restitutio reliquatus respectu stabilium, & mobilium quomodo facta dicatur à tutore, & num.* 13.

14 *Inventarium plenè probat contrà tutorem, qui illud fecit. Ampl. ut num.* 15. 16. *&* 17.

18 *Rationes quomodo reddi debeant, & quando rectè, & perfectè redditæ censeantur, Judicis arbitrio relinquitur.*

19 *Ratio semel reddita, seu calculata amplius reddi, & calculari non debet. Lim. ut nu.* 20. *et* 21.

22 *Ratione reddita personæ legitimæ, si prætendatur dolus, vel error, competit actio, vel Judicis officium pro nova redditione, seu retractatione, et repetitione, sed obtineri non potest, nisi docto de mala administratione, errore, læsione, vel dolo, et num.* 23. *et* 24. *Ampl. ut num.* 25. 26. 27. 29. 30. 35. 36. 37. *et* 65.

28 *Processus in infinitum est evitandus.*

31 *Juramento in litem non est locus ad novam tutoris redditionem rationis, non clare, et concludenter docto de insufficientia præteritæ redditionis, nec de errore, mala administratione, læsione, vel vero dolo, vel quod ratio non fuerit legitimè, et servatis servandis reddita. Ampl. ut num.* 32. *in fin. Decl. ut nu.* 46.

32 *Actore non probante reus est absolvendus, et num.* 66.

33 *Instrumentum facit probatiomem probatam.*

34 *Transactionis vim quando habeat instrumentum approbationis.*

38 *Pupillus obligatur ex contractu tutoris. Ampl. ut num.* 39.

40 *Tu-*

40 *Tutor, et administrator habetur loco domini.*
41 *Tutoris confessio adminiculata contrà pupillum probat, et de adminiculis, et num. 42. 43. & 44.*
42 *Tutor patruus præsumitur bene informatus, et quod aliquid non gesserit, aut fassus fuerit contrà veritatem in nepotis præjudicium, et fraudem, et utilitatem extranei, et nu. 43.*
45 *Præsumitur pro Sacerdote, et Religioso.*
47 *Tutor datus propter alterius impedimentum durat, impedimento durante.*
48 *Tutor deputatus, usquequo pupilli mater majorem ætatem compleverit, deputatus dicitur etiam post matris ætatem perfectam, nisi illa petat, sibi tutelam decerni.*
49 *Tutorem babenti non est dandus alius tutor. Limitatur tamen in multis casibus, et præsertim nisi prior ex causa removeatur, ut num. 51. et 52.*
50 *Tutor non potest se à tutela eximere propria auctoritate, sed denunciando Judici, et curando alterius deputationem.*
53 *Tutor dativus quando sit deputandus ex Statuto Bononiæ.*
54 *Tutoris dativi datio non operatur ad exclusionem legitimi, nisi temporaliter.*
55 *Tutela illi, cui de jure debetur, decernitur, etiam nemine citato.*
56 *Tutelæ capax non est in Sacris Ordinibus constitutus, et Sacerdos, nec Monachus, et Regularis, et Persona Ecclesiastica, et nu. 57. et 58. Decl. ut num. 59. 60. 61. et 62.*
53 *Tutor ex Statuto Bononiæ non potest à rationis administratione absolvi, nisi post adulti completum annum 18. Decl. ut ibid.*
67 *Tutor potest agnoscere crediti bonam fidem in præjudicium pupilli. Decl. ut num. 68.*
69 *Solutionis debiti præsumptio intrat ex taciturnitate per spatium decem, et ultra annorum, juncta maximè creditoris paupertate, et num. 70.*

DECISIO XXX.



ONVENTUS fuit D. Angelus Michael Vellius à D. Diamanta Maria Peretta coram Illustrissimo D. jam V. Legato pro redditione rationis ejus administratæ tutelæ, & condemnatus ad solvendum Actrici summam ab ea liquidandam, medio juramento in litem, prævia taxatione ipsius D. V. Legati, qui deindè declaravit, juramentum non debere excedere summam libr. 4500.

Commissaque causa appellationis Excellentiss. D. Auditori Generali cum Voto meo in decidendo, in sententiam unanimiter venimus pro dictæ primæ sententiæ revocatione, & absolutione dicti Vellii ab impetitis.

Et ratio resolutionis fuit, quia
Vellius docuit, & quidem in pri-
ma instantia, de ratione aliàs
reddita R. P. Paulo Peretto Mo-
nacho Celestino patruo dictæ
Diamantæ Mariæ secundo, &
1 novo tutori, qui poterat rationes
primi recipere, *Ruin. cons.* 90. *nu.*
2 3. *lib.* 5. quem si pupilla non ha-
buisset, fuisset illi etiam invitæ
ad hunc effectum dandus cura-
tor, *l.* 1. *ff. de aut. tut.* §. *fin. Inst.
eod. Grat. discept.* 761. *num.* 1. *Mun-
noz. de ratiocin. cap.* 6. *num.* 93. *Rot.
recent. par.* 2. *decis.* 184. *sub num.* 1.
3 Duo enim continet rationem
reddere, computum dare, &
reliqua restituere, *Jodoc. de tut.
& curat. rat. cap.* 2. *num.* 5. & 12.
4 *Gratian. decis.* 188. *num.* 14. vel
etiam quatuor, quæ in effectu ad
illa duo reducuntur, quæ sunt,
codices edi, calculum poni, reli-
qua reddi, & culpam, seu mo-
ram, si quæ sit, solutione purgare;
Menoch. de arbitr. cas. 209. *nu.* 14.
& *seqq. Gutierez. de tut. par.* 3. *cap.*
1. *num.* 69. *Munnoz. de ratiocin. cap.*
2. *num.* 5. *et* 10. *ubi num.* 11. addit
5 alia duo, nempe, ut ratio calcu-
letur cum legitimo contradicto-
re, ex quo res inter alios acta nec
obesse, nec prodesse potest,
quodque præstetur coram com-
6 petenti Judice, qui est Judex loci
rationis administratæ, vel domi-
cilii, *Montan. de jur. tutel. cap.* 39.
num. 217. *et* 218.

Undè reddita apparet ratio
7 ab ipso Vellio, dum docuit de
confectione inventarii, & libro-
rum, eorumque actuali, & qui-
dem coram Judice ab Emin.[mo]
D. Legato deputato, exhibitione
cum computis perlegendis, per-
cunctandis, dispungendis, &
calculandis, & de ipsorum revi-
sione, & calculatione, median-
tibus peritis communiter electis,
citato, & contradicente Marco
Melega Actore à dicto Mona-
cho novo tutore constituto, &
de reliquatus restitutione in ma-
nibus ejusdem Monaci tutoris,
*l. cum servus, ff. de cond. et demonstr.
l. si quis*, §. *rationum*, *ff. de eden.
Menoch. Gutierez. et Munnoz. ubi
sup. Guidobon. advocat.* 79. *num.* 1.
Rot. recent. par. 4. *tom.* 2. *decis.* 190.
num. 3. *et tom.* 3. *decis.* 694. *num.* 6.
et par. 6. *decis.* 197. *num.* 8. *et decis.*
242. *num.* 4. *Greg. decis.* 151. *per
tot. et decis.* 554. *num.* 2. Censetur- 8
que liberatus tutor primus, qui
rationem reddidit secundo, *Ruin.
d. cons.* 90. *num.* 3. *lib.* 5.

Ratioque bene reddita dici- 9
tur mediantibus arbitris, peritis,
seu calculatoribus, *Menoch. d. cas.*
209. *num.* 35. *et* 36. *Grat. discept.*
563. *num.* 44. justificaturque per 10
eorum relationem, *Greg. decis*
536. *in princ.* quæ hic non deficit,
estque pro ea præsumendum, 11
stante acquiescentia plurium
annorum à die redditionis ratio-
nis, & instrumenti desuper con-
fecti ad diem motæ litis, ad *Rot.
recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 190. *n.* 5

Quod autem restitutum fue-
rit reliquum, satis constare visum
fuit. Quia stabilia, quæ con- 12
stunt in medietate Domus à
Vellio empta, statim finita tu-
tela, exiisse dicuntur è manibus
Vellii, & pervenisse ad pupillam,
& novum tutorem, *Munnoz de
ratiocin. cap.* 4. *num.* 25. Mobilia

vero,

vero, & scripturæ creditorum
leguntur posita, & descripta in
inventario dicti Monaci novi
13 tutoris, per quod dicitur con-
stare de eorum reassignatione,
& occupatione facta ab eodem
secundo tutore, ad *Gratian. di-
scept.* 767. *num.* 59. *et seqq. et Rot.
post Pic. ad Stat. Urb. decis.* 56.
num. 8. *& post* 2. *vol. cons. Farin.*
14 *decis.* 224. *num.* 6. Cum inventa-
rium plenè probet contrà tuto-
rem, *Buratt. decis.* 557. *num.* 6.
15 etiam si non fuisset factum cum
decreto Judicis, *Borgnin. de tut. et*
16 *curat. cap.* 1. *num.* 65. habeatque
præsumptionem juris, & de jure,
nec admittat probationem in
contrarium, *Borgnin. ibid. num.* 66.
17 *Buratt. d. decis.* 557. *num.* 7. & pos-
sit ex eo tutor conveniri ad resti-
tutionem contentorum, *Buratt.*
18 *d. decis.* 557. *num.* 6. *et* 8. Et sem-
per nihilominùs arbitrio Judicis
relinquitur, quomodo rationes
reddi debeant, & quando rectè,
ac perfectè redditæ censeantur,
Menoch. de arbitr. d. cas. 209. *num.*
12. *et* 13. *Montan. de jur. tutel. cap.*
38. *num.* 12.
19 Reddita vero, seù calculata
semel ratio amplius reddi, &
calculari non debet, *l. semel, C.
de apoch. publ. lib. x. Menoch. d. cas.*
209. *num.* 37. *Greg. d. decis.* 536.
num. 2. *ubi Add. num.* 3. *Rot. recent.
par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 71. *num.* 3. *decis.*
20 143. *num.* 1. nisi probetur, quod
non fuerit plenè, & sufficienter
reddita, *Guidobon. d. advocat.* 79.
num. 2. *Card. Mellin. decis.* 421.
21 *num.* 1. vel non legitimè, & ser-
vatis servandis, *Gratian. discept.*
22 761. *num.* 3. Adeout ratione red-
dita personæ legitimæ, si diffi-
cultas sit in calculo, sivè per
dolum, sive per errorem, com-
petat quidem actio pro nova red-
ditione, seu officium Judicis ad
retractandam calculationem, &
repetendum, quod debetur,
Gratian. discept. 761. *num.* 4. sed
non possit sub prætextu erroris
calculi obtineri, nisi per Acto- 23
rem, seu allegantem doceatur de
mala administratione, *Rot. recent.
d. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 218. *num.* 6.
et 7. vel de ipso errore, aut læsione 24
d. decis. 71. *num.* 3. *et decis.* 143.
num. 4. *ead. par.* 4. *tom.* 2. *recent.
Add. ad Greg. d. decis.* 536. *num.* 4.
vel dolo, *Rot. recent. d. decis.* 143.
num. 4. & quidem evidenter, *Rot.* 25
recent. ead. par. 4. *tom.* 2. *decis.* 190.
num. 1. ac verè, & non præsump- 26
tivè, *Rot. recent. d. decis.* 143. *nu.* 5.
& concludenter, & clarè, & non 27
per possibile, *ead. decis.* 143. *num.*
15. *in fin.* ne detur processus in 28
infinitum, *d. decis.* 143. *num.* 5. &, 29
ubi adsit res judicata, vel transa-
ctio, non sufficiat docere de solo
errore, sed constare debeat etiam
copulativè de dolo, & de dolo 30
etiam vero, & non præsumpto,
Add. ad Greg. d. decis. 536. *num.* 5.

Quarè, cum in præsenti casu
non fuerit, saltim clarè, & con-
cludenter doctum de insuffi-
cientia redditionis rationis, nec
de errore, mala administratione,
læsione, vel vero dolo, nec quod
ratio non fuerit legitimè, & ser-
vatis servandis reddita, non est 31
locus prætenso juramento in li-
tem, *Seraph. de privileg. juram.
privil.* 31. *num.* 27. nec condem-
nationi ad novam redditionem,
sed,

32 ſed, ex quo Actrix non probavit,
eſt reus abſolvendus, ut in no-
ſtris terminis, *Rot. recent. d. par.*
4. *tom.* 2. *deciſ.* 71. *num.* 7. & *deciſ.*
143. *num.* 16. Quod eo magis pro-
cedit, quia Monachus novus
tutor redditionem approbavit
per publicum inſtrumentum,
33 quod facit probationem proba-
tam, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec.*
143. *num.* 17. & *par.* 7. *deciſ.* 89.
34 *num.* 11. & 12. & habet vim tran-
ſactionis, dum in eo Monachus
tutorio nomine recognoſcit bo-
nam fidem circa creditum Vellii
à peritis calculatum, illud ad
minorem ſummam reducendo
reſpectu alimentorum præſtito-
rum Antonio dictæ Diamantæ
patri, antequam uxorem ſuſci-
peret, & reformat partitam ali-
mentorum præſtitorum Claridæ
matri poſt obitum patris, & illud
Vellio ſolvere promittit, ad *Rot.
recent. par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 190. *num.*
9. & *par.* 7. *deciſ.* 39. *num.* 11.
35 Stante autem tranſactione
ſuper facto calculo, eo minùs
poteſt ratio reddita retractari,
ad allegata per *Gutierez de tutel.*
36 *par.* 3. *cap.* 1. *num.* 115. non docto
de dolo, vel fraude, *Rot. recent.
d. par* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 190. *num.* 10.
37 & 11. & quidem vera, ut per
Add. ad Greg. d. deciſ. 536. *num.* 5.
38 Et obligatus dicitur pupillus ex
contractu tutoris, *Grat. diſcept.*
39 357. *num.* 19. & *ſeqq.* geſto maxi-
mè tempore ejus infantiæ, & quo
ipſe erat ſub nutrice, & fari ne-
quibat, ut hoc caſu, *Montan. de
jur. tut. cap.* 5. *ſub num.* 28. & *cap.*
40 30. *num.* 7. Cum tutor, & admi-
niſtrator loco domini habeatur,
l. qui fundum, §. *ſi tutor ubi gloſ. in
verb. expellat. ff. pro empt. Aldo-
bran. in* §. *ſed et ſi teſtamento. nu.* 14.
*Inſtit. de Attilian. tut. Rot. recent.
par.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 242. *num.* 5. &
& confeſſio tutoris adminiculata 41
contra pupillum probat, *Greg.
deciſ.* 506. *num.* 2. & *ſeqq. ubi Bel-
tram. littera A. Buratt. deciſ.* 239.
num. 2. & *ſeqq. Rot. recent. par.* 4.
tom. 2. *deciſ.* 64. *num.* 2. & *par.* 5.
deciſ. 305. *num.* 2. & *par.* 7. *deciſ.*
28. *num.* 8. *deciſ.* 39. *num.* 1. & *dec.*
89. *num.* 2. *et* 5.
Pro primo vero adminiculo
conſiderari poteſt hoc caſu, quod
ipſe Monachus tutor eſt patruus
dictæ Diamantæ Mariæ, & ſic
veriſimiliter bene informatus, & 42
qui non eſt credibilè, quod ali-
quid geſſerit, aut faſſus fuerit
contrà rei veritatem in dictæ
pupillæ ejus neptis præjudicium,
& fraudem, *Rot. recent. par.* 7. *d.
deciſ.* 28. *num.* 9. *et Buratt. d. deciſ.*
239. *num.* 6. & credendum eſt 43
ipſum magis reſpexiſſe ad utili-
tatem neptis, quam Vellii extra-
nei, *Buratt. ead. deciſ.* 239. *num.* 7.
Pro ſecundo adminiculo urget 44
præcedens relatio peritorum,
cui obligatio, & confeſſio tutoris
eſt conformis, *Rot. recent. d. par.* 7.
deciſ. 28. *num.* 8. Pro tertio, quod
partitas alimentorum reforma-
vit, & reduxit ad minorem ſum-
mam, ut ſupra, in commodum
pupillæ, & incommodum Vellii;
Et pro quarto, quod ipſe tutor
eſt Sacerdos, & Religioſus, pro 45
quo viget præſumptio ad *Greg.
deciſ.* 351. *num.* 10. & *Buratt. d.*
530. *num.* 2.
Non obſtant, quæ hinc ex ad-

verſo

verso afferuntur ad ostendendum, ut sit locus juramento in litem ex pluribus capitibus.

46 Quia illa procederent in ratione non reddita, sed reddenda, & quatenus factum, de quo nunc agitur, conclusionibus juris accommodaretur, cujus contrarium constat ex nostro processu.

Neque rursus obstat, quod Vellius fuisset deputatus tutor, donec, & quousque ipsius pupillæ mater esset legitimæ ætatis, & habilis ad suscipiendam tutelam, vel major effecta declarasset se tutelam dictæ ejus filiæ suscipere velle, & cum mater transiisset ad secundas nuptias eidem tutelæ renunciasset, & per consequens ipsius Vellii tutela duraret, nec se posset ab illa eximere, cùm tu-
47 tor datus propter alterius impedimentum duret, *Instit. de Attil. tut.* §. 1. *ubi gl. in casus figuratione*,
48 & deputatus, usquequo mater pupilli compleverit majorem ætatem, dicatur deputatus etiam post perfectam matris ætatem, nisi illa petat sibi tutelam de-
49 cerni, *Buratt. decis.* 524. *nu.* 6. nec pupillæ tutorem habenti esset dandus novus tutor, *Corn. cons.* 380. *nu.* 3. *vol.* 1. *& cons.* 132. *nu.* 9. *vol.* 2. *Paris. cons.* 85. *n.* 2. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 345. *nu.* 2. *lib.* 4. *Rot. decis.* 307. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

50 Quoniam respondetur tutorem non posse quidem se à tutela eximere propria auctoritate, sed ad se eximendum debere denunciare Judici, & curare alterius deputationem, *Castr. cons.* 301. *n.* 5.
51 *lib.* 1. ut factum fuit in hoc casu, & regulam habenti tutorem non esse dandum alium, recipere limitationem in multis casibus Judici arbitrariis, *Rot. recent. par.* 3. *dec.* 60. *nu.* 4. & procedere, nisi ex causa removeatur primus, quia tunc potest Judicis ministerio eodem contextu, ut factum fuit in præsenti, eximi primus, & provideri de alio, *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 123. *nu.* 9. Erat enim Vellius tutor dativus, & deputatus, ex quo tunc in Civitate, & districtu Bononiæ, ejusque jurisdictione non extabat aliquis legitimus, juxta dispositionem Statuti Bo- 53
noniæ *de tutel.* §. *ipsa autem matre lib.* 4. *fol. mihi* 217. supervenit post novem menses R. P. Paulus Perettus Monachus Celestinus patruus dictæ pupillæ, qui illius tutelam voluit, petiit, & à Judice obtinuit, & præferendus erat, 54
cum datio dativi non posset operari ad exclusionem legitimi, nisi temporaliter, *Gratian. discept.* 63. *num.* 1. 2. *& seqq. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 43. *nu.* 3. & cum 55
de jure tutela illi deberetur, potuit decretum interponi, etiam nemine citato, *Gratian. discept.* 914. *num.* 6.

Nec etiam relevat, quod P. Paulus non esset capax tutelæ, tum quia in Sacris Ordinibus 56
constitutus, *Rot. post nostrum tract. mand. de manuten. decis.* 116. *nu.* 7. & Sacerdos, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 116. *num.* 16. tum quia 57
Monachus, & Regularis, *Grat. discept.* 830. *nu.* 18. *Larr. alleg.* 86. *num.* 3. *par.* 2. & Persona Ecclesia- 58
stica, *Larr. loc. cit.*

Quia respondetur conclusio- 59
nem intelligi, ut in Sacris Ordinibus

nibus constitutus, Sacerdos, Monachus, & Regularis non possit testamento dari tutor, seu alias ad tutelam etiam legitimam suscipiendam cogi, vel immò nec volens ad testamentariam, & dativam sit admittendus, *Rot. recent. d. decis.* 116. *num.* 16. *par.* 4. *tom.* 2. *Gratian. discept.* 57. *num.* 32. &
60 *discept.* 830. *num.* 15. & *seqq.* sed quoad legitimam, ut est ista, volens Sacerdos non repellatur, *Gratian. d. discept.* 57. *num.* 32. &
61 *d. discept.* 830. *num.* 18. & respectu Monachi sint hinc inde opiniones, ut per *Grat. d. discept.* 830.
62 *num.* 18. & *seqq.* sed disputatio cesset, obtenta licentia, ut hic, à Religionis Generali, & tutela sibi decreta à R. P. Vicario Generali Emin.mi D. Cardinalis Archiepiscopi ejus Judicis Ordinarii, & competentis, *cap. Monaci* 16. *qu.* 1. *cap. decrevit* 88. *distinct. Jo. Andr. in cap. fin. de judic. in* 6. *Socin. in cap. si quis Clericus, nu.* 23. *in fin. de for. compet. Ruin. cons.* 89. *num.* 1. *lib.* 5. *Gutierez de tut. & cur. par.* 1. *cap.* 1. *nu.* 31. & *cap.* 5. *nu.* 12. *Montan. de tutel. cap.* 35. *de excusat. tut. num.* 195. *Borgnin. de tut. & curat. num.* 288.

63 Neque refragatur, quod ex Statuto Bononiæ de *tutel.* §. *nec possit. lib.* 4. *fol. mihi.* 218. non possit aliquis tutor, finita tutela, absolvi à ratione administrationis suæ tutelæ ab aliquo tutore, nec ab ipso, cujus tutor fuerit, facto adulto, nisi elapso 18. ætatis suæ anno. Unde ratio non videatur bene reddita, dum pupilla erat in infantili ætate.

Namq; respondetur Vellium non fuisse à Monacho novo tutore à ratione administrationis tutelæ absolutum, sed ipsum Monachum recepisse tantummodò rationem ipsam administrationis, quam recipere non erat à
Statuto prohibitus, & de jure 64
communi poterat, *Ruin. d. cons.*
90. *num.* 3. *lib.* 5. &, cum fuerit 65
processum per viam electionis, & relationis peritorum, & Vellius declaratus fuerit non debitor, sed creditor in libr. 1070. sol. 7. d. 5. non videtur amplius ad eamdem rationis redditionem conveniendus, *Monterent. ad d. Statut. in verb. decimo octavo in fin.* & fit locus supradictæ regulæ, Ratio semel reddita &c.

Absolvimus insuper etiam D. Diamantem Mariam à dicto credito Vellii libr. 1070. sol. 7. den. 5. à petitis in redditione rationis calculato, pro quo reconventa erat, Primò, Quia illud desumitur præcipuè ex partitis, quas sibi Vellius in libris tutelaribus ad sui favorem formavit, &, cum assumpserit in se onus in hoc judicio illas etiam justificandi, concludenter, & plenè
non justificavit, Unde, actore 66
non probante, reus absolvitur, *l. qui accusare, C. de eden.*

Non obstat, quod Monachus secundus tutor hujus crediti bo-
nam fidem agnoverit, & agno- 67
scere potuerit in præjudicium pupillæ, *l. quoties*, §. *sicut in fin. ff. administr. tut. l. si rem, quam in princ. ff. de evict. Mantic. dec.* 339. *num.* 7. & *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 151. *num.* 8. & 11.

Respondetur enim id proce- 68
dere,

dere, quando debitum, stante scriptura publica, vel privata fidem faciente, aut confessione, vel testibus legitimè receptis, vel sententia judicialiter lata nullo modo tergiversari potest, *Rot. recent. par. 6. dec. 214. in princ. & in fin. & decis. 336. num. 5. & par. 7. d. decis. 151. nu. 4. & seq.* quorum neutrum hic concurrit.

69 Secundò dictæ absolutioni locum fuisse censuimus; quia ex taciturnitate per spatium decem, & ultrà annorum intrat præsumptio solutionis, *Mascard. de probat. concl.* 1318. *num.* 27. *Greg. XV. decis.* 468. *num.* 8. & 9. *Rot. recent. par.* 2. *decis.* 292. *num.* 2. & *decis.* 516. *sub num.* 7. juncta maximè Vellii creditoris paupertate, quam in processu deduxit, & profitetur, *Mantic. decis.* 266. *num.* 5.

Et ità utraque &c.

SPOLII.

Martis 19. Octobris 1649.

ARGUENTUM.

Appellatio deseritur ex Statuto Bononiæ, & Constitutione Justiniana ob non præstitam cautionem, nec data pignora de reficiendis expensis in casu succumbentiæ. Executio rei judicatæ ob desertionem an spectet ad Judicem à quo, vel ad quem.

SUMMARIA.

1 *Appellans cavere debet de reficiendis expensis in casu succumbentiæ, vel deponere pignora ex Statuto, & Constitutione Bononiæ intra certum tempus, alias causa deseritur.*

2 *Judex appellationis cognoscit, an causa sit deserta, & in casu desertionis quomodo pronunciet, & nu. 3. 4. 5. 6. & 7.*

8 *Appellatione deserta, sententia transit in judicatum, ac si non fuisset appellatum, & num. 9.*

10 *Liti finis imponitur, et per desertionem, et per rem judicatam, et num. 11.*

12 *Lite finita, non sunt amplius controvertenda causæ merita.*

13 *Sententia, quæ appellatione non suspenditur, est exequenda, prout et quæ transivit in judicatum, & nu. 14. & 15.*

16 *Sententias ferre parum est, nisi eæ etiam executioni demandentur.*

17 *Judicis decreta non debent reddi elusoria.*

18 *Res judicata nihil operatur, nisi executioni demandetur.*

19 *Executio sententiæ, à qua fuit appellatum, & ob desertionem transivit in judicatum, spectat ad Judicem ad quem, non à quo, si is maximè appellationem admisit. Ampl. ut num. 20. & 22. Lim. ut num. 25. 26. 27. & 28.*

20 *Clausula, Quam, & quas, continet omnem causam ad speciem deductam.*

21 *Executio quando dicatur petita in vim Statuti Bononiæ.*

23 *Actio rei judicatæ potest coram quocunque Judice intentari.*

24 *Judex quilibet Ordinarius est com-*

competens pro executione sententiæ.

29 *Judex executionis non potest pronunciare super principali, hoc est, sententiam esse, vel non esse exequendam.*

30 *Commissio limitata limitatum producit effectum.*

31 *Sententia nulla est, si Judex decernat illud, quod non babet in commissione, seu facultate.*

32 *Sententiæ justitia, & validitas apparere dicitur ex processus revolutione.*

33 *Sententia, & res, judicata babet præsumptionem pro se, & facit constare de bono jure, & notorio, & num. 34. & 35.*

36 *Spolii actio datur etiam in mobilibus.*

DECISIO XXXI.



ECUTA morte Joannis Baptistæ Dondini, cum quo, seu in cujus domo, & habitatione habitabat D. Fælix de Guantis, se intruserunt in ejus domo, habitatione, & mobilibus ibi existentibus DD. Helisabet, & Vittoria ejus prætensæ sorores, & hæredes, exclusa præfata Fælice.

Quo factum est, ut D. Fælix adversus dictas sorores intentaverit judicium spolii pro recuperatione propriorum mobilium coram Excellentiss. D. Auditore Generali, à quo, probatis extremis tàm ex inventario à dicto Joanne Baptista subscripto, quam ex testibus desuper servatis servandis examinatis, sententiam favorabilem reportavit.

Cujus appellationem coram
me introductam per viam commissionis, pronunciavi desertam
ob non præstitam debito tempore, & servatis servandis per
appellantes satisdationem, nec
præsentata, vel deposita pignora
de, & pro reficiendis expensis in
casu succumbentiæ juxta for- 1
mam Statuti in *rubr. de appellat.*
§. item Statuimus, lib. 2. fol. mibi
285. & *Constitut. Justin. rubr.* 15.
num. 35. & 36. *fol.* 169. & successivè mandavi dictam primam
sententiam exequi.

Judex enim appellationis, & 2
secundæ instantiæ facultatem
habet cognoscendi, an causa sit
deserta, *Rot. recent. par. 6. decis.*
296. *num.* 4. &, desertione dete- 3
cta, non valet pronunciare super
meritis, *Scacc. de appell. quæst.* 15.
num. 109., & quatenus pronun- 4
ciet, sententia nulla est, *Gratian.*
decis. 31. *num.* 7. *Rot. recent. par.* 5.
tom. 1. *decis.* 312. *num.* 2. si scilicet 5
priorem sententiam infirmet,
secus si confirmet, *Scacc. ubi sup.*
sed valet declarare appellatio- 6
nem desertam, & appellantes in
expensis condemnare, *l.* 1. & 2.
C. ut int. cert. temp. Aym. cons. 270.
num. 7. immò ex dicto Statuto
Bononiæ *sub §. & si virtus*, declarare debet, quamvis in Ro- 7
mana Curia ex Stylo super desertione non pronunciatur, sed
moderetur inhibitio, *d. decis.* 296.
num. 6. *par.* 6. *recent.*

Et quia ob desertam appella- 8
tionem sententia transivit in

judi-

judicatum, Rot. recent. par. 4. tom.
9 3. de is. 666. num. 16. & perindè
habetur, ac si non fuisset appel-
latum, Lancell. de attent. lit. pend.
10 par. 2. cap. 4. num. 336. litique finis
impositus fuit, tam per desertio-
11 nem, Lancell. ibid. quam per rem
judicatam, Greg. XV. decis. 492.
12 num. 3. itaut merita causæ non
sint amplius controvertenda,
Rot. recent. par. 7. decis. 233. nu. 17.
13 & sententia, quæ appellatione
non suspenditur, executioni de-
mandari debet, Lancell. de attent.
nullit. pend. par. 2. cap. 17. num. 20.
14 prout & quæ transivit in judica-
tum, Grat. decis. 197. num. 13.
Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 388.
num. 3. decis. 435. num. 5. & decis.
476. num. 14. & tom. 3. decis. 676.
num. 8. & par. 5. tom. 1. decis. 176.
num. 3. & par. 6. decis. 69. num. 3.
& par. 7. decis. 168. num. 9. & dec.
227. num. 2. & etiam in vim dicti
15 Statuti sub d. §. & si victus, eaque
habet executionem paratam,
Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 229.
num. 16. & par. 7. decis. 148. nu. 10.
16 & parum est sententias ferre, nisi
etiam executioni demandentur,
17 Lancell. d. cap. 17. num. 22. nec
debent Judicum decreta reddi
elusoria, Lancell. ibid. num. 21.
18 neque res judicata aliquid ope-
ratur, nisi executioni demande-
tur, Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis.
135. num. 5.

Mandavi propterea dictam
sententiam D. Judicis à quo exe-
19 qui, cum illius executio ad me
spectaret, non solum uti Judicem
ad quem, coram quo partes cau-
sam appellationis prosecuti fue-
runt per plures actus, & non ad
Judicem à quo, qui causam etiam
a se abdicavit, appellationem
admittendo, Add. ad Buratt. dec.
556. nu. 17. Rot. in Romana Dam-
norum, & interesse 10. Junii 1591.
coram Penia, inter ejus impress.
decis. 160. num. 5. & sentit Rot.
recent. par. 7. decis. 130. num. 21. &
stante quoque clausula, Quam,
& Quas, in commissione con-
tenta, cujus vigore continetur 20
omnis causa ad speciem deducta,
Rot. recent. par. 6. decis. 85. num. 5.
ut deducta fuit hoc casu execu-
tionis petitio, & sine difficultate 21
vigore dicti Statuti sub d. §. & si
victus, & ibi Monterent. in verb.
declaratione, sed etiam uti Rotæ 22
Auditorem, & Prætorem, tàm
ex vi Constitutionum Rotalium
num. 4. quàm ex quo actio Rei
judicatæ potest coram quocun- 23
que Judice intentari, Greg. XV.
decis. 545. num. 2. & Judex quili- 24
bet Ordinarius videtur Judex
competens pro executione sen-
tentiæ, Rot. recent. par. 4. tom. 2.
decis. 446. num. 9. Quidquid alias 25
dubitari posset in Judice, cui sim-
pliciter causa commissa esset,
ad tradita per Gratian. decis. 172.
num. 6. & seqq. & dicendum esset 26
in eo, qui delegatus esset ad con-
firmandam, vel infirmandam
sententiam, Rot. recent. d. decis.
446. num. 7. & 8. par. 4. tom. 2. &
videatur in casu desertionis exe- 27
cutionem spectare ad Judicem
à quo, Ant. Nigr. de execut. rei
judic. cap. 27. num. 11. & seq. & de
except. cap. 12. §. 18. num. 29. cum
hoc procedat, ubi coram Judice 28
ad quem nulla fuerit facta causæ
appellationis prosecutio, ut ha-
betur

betur per *Monterent. ad d. Stat. sub prædicto §. & si victus, in verb.*
29 *Judices*. Ut versa vice Judex executionis non valeret pronunciare super principali, hoc est, sententiam exequendam, vel non exequendam esse, *Lancell. de attent. nullit. pend. par. 2. cap. 17.*
30 *num. 86.* cum limitata commissio limitatum producat effectum,
31 *Grat. decis. 44. sub num. 4.* & sententia nulla sit, si Judex decernat illud, quod non habet in commissione, seu facultate, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 362. num. 6.*

Eoque magis motus fui ad executionem concedendam,
32 cum ex revolutione processus constet de ipsius sententiæ justitia, & validitate, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 399. num. 8. & 9. & tom. 3. decis. 601. num. 2. & decis.*
33 *666. num. 3.* quamvis ipsamet sententia, & res judicata habeat pro se præsumptionem rectitudinis, & justitiæ, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 147. num. 7. & decis. 312.*
34 *num. 17.* ac faciat constare de bono jure, *Rot. recent. d. par. 5. tom. 1. decis. 111. num. 35. & decis.*
35 *174. num. 5.* & probet jus notorium, *ead. par. 5. tom. 1. decis. 337.*
36 *num. 8.* nec est dubitandum, quin & in mobilibus detur actio spolii, *Gabr. de restit. spoliat. concl. 1. num. 25. & Menoch. de recuper. remed. 9. num. 265.*

Et ita &c.



MOLESTIARUM.

Veneris 17. Decembris 1649.

ARGUMENTUM.

Stantibus molestiis super re in solutum data, quando detur actio ad pretium, & ad istum effectum exerceri possit clausula constituti, & precarii contrà tertium possessorem. Et an in mandato de associando cumulari possit facultas pro se bona retinendi, vel in solutum recipiendi, vel alienandi, & vendendi.

SUMMARIA.

1 *Sententiæ validitas quomodo appareat.*
2 *Clausula constituti probat possessionem constituentis, & constitutarii in eorum præjudicium.*
3 *Pretii repetitio infert ad rescissionem dationis in solutum.*
4 *Datio in solutum à debitore facta vicem sustinet venditionis, vel est venditio.*
5 *A venditione, & quolibet al[...] contractu nominato recedi, nec potest ex pœnitentia inc[...]tinenti, nec ex non adimplemento, sed agi potest ad interesse, & rei æstimationem, ac pretium, & num. 6. 7. & 8.*
9 *Interesse, & pretium in datio[...]e in solutum est debitum, & r[...]i datæ valor, & num. 10.*
11 *Statutum Bononiæ ex m[...]stiis, & non adimplem[...]o dat actionem ad duplu[...]*

12 D[...]

12 *Duplum est interesse quanti plurimi.*
13 *Venditor, & dans in solutum tenetur praestare rem liberam ab alterius hypotheca, etiam evictione non secuta, tàm de jure communi, quam ex Statuto Bononiae, & num. 15.*
14 *Promittens generalem defensionem tenetur liberare à quacunque molestia.*
16 *Conventio expressa auget obligationem orientem ex jure communi.*
17 *Instrumentum obligationis habenti cum clausula constituti, & precarii competit mandatum de associando tàm de jure communi, quam ex Statuto Bononiae, & num. 19. Ampl. ut num. 18. & 20.*
21 *Mandatum de associando non tribuit dominium, nec possessionem, sed nudam detentationem ex primo decreto.*
22 *Adiudicatio transfert dominium, & possessionem.*
23 *Mandati de associando forma in vim Constituti, & Precarii in Civitate Bononiae, & illius effectus, & vis, & num. 24. 25. & 26.*
27 *Immissio ex primo decreto est magis proficua, quam immissio ex salviano.*
28 *Possessio de praesenti non infert ad possessionem de praeterito.*
29 *Precarii pactum ex extensione secundum formularium Bononiae continet verba, Constituit ex nunc prout ex tunc.*
30 *Possessio, & constitutum quoad futura quando sumat initium à die contractus.*

DECISIO XXXII.



IN solutum assignavit D. Comes Joseph Bonfiolus sub die 5. Martii 1644. D. Francisco de Zuffis quaedam bona stabilia in satisfactionem ejus crediti libr. bismille, & centum cum promissione traditionis rei liberae, defensionis, susceptionis litis, & clausulis ad habendum, ac precarii, & constituti secundum formam formularii Bononiae, & obligatione bonorum praesentium, & futurorum etiam in forma Camerae, & successivè incontinenti eadem bona à Zuffo conduxit pro certo affictu annuo.

Insurrexit deindè Emin.^mus D. Cardinalis Spada, pro cujus parte, & ex anteriori ejus credito occasione fructuum censûs adversus dictum D. Bonfiolum fuit motum contra praefata bona, & D. Zuffum judicium associativum pro fructibus dicti censûs decursis, & non solutis, & in futurum decurrendis.

Quibus stantibus D. Zuffus supradictas molestias intimavit ipsi D. Bonfiolo, eumdem requirendo ad eas, & litem in se suscipiendum, tradendumque bona libera, & ad alia faciendum, ad quae ex forma instrumenti, suaeque obligationis tenetur.

Quae cum D. Bonfiolus adimplere neglexerit, egit D. Zuffus

in

in vim dicti instrumenti, & precarii, ac constituti pro mandato de associando ad possessionem Prædii siti in Communi Paduli, quod post dictam in solutum dationem præfatus D. Bonfiolus vendidit Peregrino Vincentii cum clausula etiam constituti, & precarii, ad effectum, ut sibi satisfiat de pretio, pro quo supradicta bona sibi in solutum, ut supra, assignata fuerunt, & de affictibus decursis, & non solutis, vel per fructuum receptionem, seu per in solutum dationem, aut subhastationem ad ejus libitum, quod, dicto Peregrino citato, per sententiam D. Auditoris Generalis obtinuit.

Devolutaque causa per appellationem ex Peregrini parte ad hanc Rotam, fuit hodie omnium votis tentum, & resolutum pro sententiæ confirmatione, tamquam ea sit valida, & justa.

1 De validitate enim non fuit dubitatum, cum constet de mandatis hinc inde, & sint servata servanda.

De justitia vero constare videtur, quia de instrumento dationis in solutum cum dictis obligationibus, & clausulis, ac de molestiis, & hypotheca anteriori Emin.mi D. Cardinalis Spadæ, & de ipsarum etiam molestiarum intimatione, & protestationibus executis contra dictum D. Bonfiolum fuit doctum in actis.

Prout probata extitit possessio tàm D. Bonfioli, quam Peregrini ex clausula constituti apposita in instrumento venditionis inter eos confecto, de quo etiam in actis, quæ probat 2 possessionem constituentis, & constitutarii respectivè in eorum præjudicium, ut habui in *tract. de manuten. obser.* 20. *nu.* 30. *et* 31.

3 Et, quamvis ex repetitione pretii videatur prætendi rescissio dationis in solutum, ad *Rot. post Cenc. de censib. decis.* 310. *num.* 2. quæ à debitore facta vicem susti- 4 net venditionis, aut immò venditio dicitur, ad relata per me in *tract. de subhast. inspect.* 44. *nu.* 41. *& seq. Rot. penes Cenc. de censib. decis.* 292. *num.* 3. & à venditione, 5 & quolibet alio contractu nominato recedi non possit, nec ex 6 capite non implementi, *Marescott. var. lib.* 1. *cap.* 90. *num.* 3. *Greg. XV. & Buratt. ubi sup.* agi tamen 7 potest ad interesse, *Marescot. & Buratt. ibid. Rot. post Cenc. de censib. decis.* 198. *num.* 2. *in fin. & dec.* 313. *num.* 5. & sic ad rei æstima- 8 tionem, *d. decis.* 198. *num.* 3. post *Cenc. &* pretium, *Marescott. loc. cit. num.* 4. *& seq. Gratian. discept.* 301. *num.* 1. *et seq. Greg. d. decis.* 88. *num.* 3. ubi *Beltram. num.* 10. *Rot. penes Cenc. de censib. decis.* 310. *in princ.* quod in datione in solutum 9 est ipsum debitum, pro quo datio facta fuit, *Rot. post Cenc. de censib. decis.* 288. *num.* 1. *et decis.* 292. *num.* 6. & ipsius rei datæ va- 10 lor, *Rot. apud eumdem Cenc. decis.* 58. *num.* 2. & Bononiæ provisum 11 est per Statutum super pacto constituti, & precarii, quod ex molestiis, & non adimplemento, evictione etiam non secuta, dat facultatem agendi ad duplum pretii, ut legitur in pacto constituti

12 tuti sub *verf. et nihilominus*, quod
est interesse quanti plurimi res
valet, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2.
decif. 227. *num.* 2.

Teneturque dictus D. Bon-
fiolus venditor, seu in solutum
13 assignans, evictione non secuta,
præstare rem liberam ab alterius
hypotheca, tam de jure com-
muni, *Greg. XV. d. decif.* 88. *in fin.*
Rot. post Cenc. de censib. decif. 559.
14 *num.* 12. prout & promittens ge-
neralem defensionem tenetur
liberare à quacunque molestia,
Rot. penes eumdem Cenc. decif. 108.
15 *num.* 1. quam ex formula dicti
constituti Bononiensis sub *verf.*
sed ipsam rem, & ex expressa con-
16 ventione, quæ ipsam auget obli-
gationem, *Rot. apud Cenc. de*
censib. decif. 313. *num.* 8.

17 Et illi, qui habet instrumen-
tum clarum, & liquidum cum
clausula constituti, & precarii,
ut habet D. Zuffus, competit
mandatum de associando, tam
de jure communi *Menoch. de adi-*
pisc. remed. 5. *num.* 150. *Cenc. de*
18 *censib. quæst.* 94. *num.* 14. & qui-
dem etiam contrà tertium, &
singularem successorem, *Cenc.*
ibid. num. 16. & ibi *Rot. decif.* 149.
num. 3. *et decif.* 150. *num.* 2. *et decif.*
542. *num.* 2. *et in recent. par.* 4. *tom.*
2. *decif.* 187. *num.* 4. *et* 5. *Gargiar.*
patrocin. 13. *lib.* 2. *Rot. post Gilian.*
ad Statut. Peruf. decif. 79. *num.* 9.
19 quam ex forma Statuti Bono-
niensis *d. decif.* 149. *num.* 3. *et decif.*
150. *num.* 2. post *Cenc. et d. decif.*
187. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*
Rot. Bononien. diverf. super Statutis
decif. 40. *num.* 3. *Monterent. ad d.*
Statut. Bonon. de pact. precar. in
verb. alterius, & adversus bona 20
generaliter etiam obligata, ut
hoc casu, *Barz. decif. Bonon.* 43.
num. 10. *et seq. et decif.* 70. *num.* 2.
et seq. & sentit *Rot. post nostrum*
tract. de subhast. decif. 102. *in princ.*
et num. 6. *verf. de notoria iniustitia*,
juncto nu. 15. *et* 16. & in *Bononien.*
Prædii 4. *Aprilis* 1642. *coram R.*
P. Peutingerio.

Non obstat, quod mandatum 21
de associando non tribuat domi-
nium, nec possessionem, sed
tantummodo nudam detentio-
nem, *Cenc. de censib. quæst.* 109.
num. 78. ex primo decreto, *Barz.*
d. decif. 43. *num.* 10. & tamen sen-
tentia, de qua agitur, adiudica-
tionem etiam concedere videa-
tur, per quam dominium, & pos- 22
sessio transfertur, ad relata per
me in *tract. de subhast. insp.* 53.
num. 1. *& seqq.*

Quoniam respondetur hanc 23
esse formam pronunciãdi vigore
constituti, & precarii in Civitate
Bononiæ, ut per *Barz. d. decif.* 70.
num. 2. & *Rot. post d. nostrum tract.*
de subhast. decif. 63. *in princ. &*
nu. 5. *& decif.* 102. *in princ.* adeout 24
creditor post tenutam captam
fructus suos faciat, *Barz. ibid.* & 25
possit bona retinere, vendere,
alienare, & in solutum accipere,
Rot. Bononien. diverf. super Statut.
decif. 100. *num.* 2. & videatur im- 26
missio ex primo decreto ad effe-
ctum posteà deveniendi ad sub-
hastationem, *Rot. rec. par.* 4. *tom.*
2. *decif.* 186. *num.* 6. *&* 7. quod est 27
magis proficuum, quam immitti
ex salviano *d. decif.* 188. *num.* 6.
& 7.

Non obstat, quod non con-
stet

ſtet de poſſeſſione D. Bonfioli quoad Prædium Padulæ de tempore conſtituti ad favorem D.
28 Zuffi, cum poſſeſſio de tempore, quo illud vendidit Peregrino, non probet poſſeſſionem de præterito, *Buratt. deciſ.* 621. *num.* 13.

Nam reſpondetur in dicta datione in ſolutum facta D. Zuffo fuiſſe obligata bona præſentia, & futura cum pacto pre-
29 carii, quod ſecundum extenſionem Statutorum Bononiæ continet verba, *Conſtituit ex nunc, prout ex tunc*, *Buratt. deciſ.* 179.
30 *num.* 2. *&* 3. & conſequenter poſſeſſio, & conſtitutum etiam quoad futura ſumpſit initium à die contractus, ad *Buratt. d. dec.* 179. *num.* 4. *Barz. deciſ.* 49. *nu.* 29. *& babui in tract. mand. de manuten. obſerv.* 20. *num.* 38. juxtà novam impreſſionem.

Et ità &c.

TESTAMENTI LABORANTIS IN EXTREMIS.

Mercurii 16. Martii 1650.

ARGUMENTUM.

De Teſtamento laborantis in extremis, & ad interrogationem, & nuncupativo, & ex forma *cap. cum eſſes de teſtam.* neglecta forma Statuti.

SUMMARIA.

1 *Teſtamentum fieri poteſt in ultimo vitæ ſpiritu.*

2 *Matrimonium contrahi poteſt in articulo mortis.*

3 *Teſtari poteſt etiam moribundus, & ſemimortuus, ſi articulate loquatur, & taliter, quod ejus ſermo intelligatur, & ſenſum babeat, & nu.* 276.

4 *Teſtator laborans in extremis articulatè loquens præſumitur ſanæ mentis. Ampl. ut num.* 5.

6 *Mater ſuccedit filio ab inteſtato, & num.* 73.

7 *Inſtitutio venientium ab inteſtato eſt veriſimilis, & prudenter facta, & num.* 73.

8 *Teſtator in dubio in confectione teſtamenti præſumitur articulate, & intelligibiliter locutus.*

9 *Teſtamentum ad interrogationem, & fortius ad ſuggeſtionem eſt de jure nullum, uti non ſpontaneum, ſed ſuggeſtum, & extortum, maximè in moribundo.*

10 *Teſtamentum in dubio præſumitur ſcriptum de ordine teſtatoris, et num.* 282. *Ampl. et Decl. ut num.* 11.

12 *Teſtamento extenſo, interrogandus eſt teſtator ad præſentiam teſtium, an velit bæredem in teſtamento nominatum inſtituere.*

13 *Teſtamentum extenſum eſt coram teſtatore, et teſtibus publicandum. Decl. ut num.* 14. *&* 15.

16 *Teſtator debet ore proprio bæredem nominare, audientibus teſtibus.*

17 *Teſtamentum perficitur per bæredis inſtitutionem.*

18 *Teſtamenti falſitatis ſuſpicio, &*

& suggestio tollitur ex testatoris praeordinatione. et nu. 25.

19 *Testamenti testatoris praeordinatio constare facit de illius deliberato animo testandi, et num. 55.*

20 *Haeredis multiplicata nominatio indicat magis deliberatam voluntatem.*

21 *Haeres non dicitur ad suggestionem institutus ex generali circà haeredem interrogatione, sed sine suggestione, & cum sana mente, & animo deliberato, & num. 22.*

23 *Testamentum non dicitur conditum ad interrogationem, ubi testator interrogatus, an disponat juxtà contenta in cedula, respondit, quod sic, & quare, et num. 24. et 25.*

26 *Testator non praesumitur, testamentum ad alterius impressionem condidisse, et ex importunis suasionibus, sed ex libera voluntate, et num. 27. et 28.*

29 *Testamentum etiam conditum ad alterius interrogationem est validum, dum tunc testator habebat bonum sensum, & articulate loquebatur, secundum veram, communem, et magis communem, ac receptam, et à qua non est in consulendo, & judicando recedendum, et num. 271. et 272. ut d. num. 29.*

30 *Ampl. etiam non constito de praecedenti animo testandi, et quare, et num. 31.*

32 *Testatorem fuisse sanae mentis tempore interrogationis cognoscitur, si respondit aliter, quam per verbum, sic, & num. 277.*

33 *Testatoris sanae mentis liberam voluntatem non creditur impedire sollicitatio ad testandum, et quare.*

34 *Suggestio ad testandum nocet in adeo infirmitate oppresso, ut non possit libere suum animum explicare, et in respondente per verbum, Sic, vel simile, et quare, et num. 35. & 36.*

37 *Testator articulate loqui dicitur, qui ad interrogationem suggestivam respondet, Sic.*

38 *Testamentum esse validum, in dubio pronunciandum est, et num. 163. & 164.*

39 *Testamenti conditi ad interrogationem materia est arbitraria.*

40 *Arbitrium regulari debet à jure.*

41 *Testamentum conditum ad interrogationem admittitur, sive interrogaverit Notarius, sive alius, et privatus. Decl. ut num. 42.*

43 *Ampl. etiam si interrogaverit persona suspecta. Contrarium. num. 45. Decl. ut num. 46. 47. & 48.*

44 *Praesumitur pro Religiosis, Sacerdotibus, et Confessariis.*

49 *Testatorem potest quis allicere etiam blanditiis ad ita testandum, et sibi relinquendum, & num. 101. Ampl. ut nu. 52. Lim. ut nu. 102. 103. et 104.*

50 *Cuique licet rem suam bene agere, dolo, & fraude omissa. Ampl. ut num. 52.*

51 *Fraus, & dolus in dubio non praesumitur.*

V 53 *In-*

53 *Interrogationes repetitæ in testamento ad interrogationem ostendunt interrogantis bonam fidem, legalitatem, et diligentiam.*

54 *Testes duo sufficiunt ad purgandam suspicionem scripturæ testamenti.*

55 *Testamentum ad interrogationem sine dubio tenet, constito de præcedenti voluntate testandi, et quod scriptura extensa fuerit de testatoris ordine, vel ad ejus etiam dictamen, & etiam si testator responderit per verbum, Sic et num. 278. Ampl. ut num. 281.*

56 *Testandi voluntas probatur per duos testes, & eo magis per tres, & num. 281.*

57 *Hæredem quem velle instituere probatur duobus testibus.*

58 *Solemnitas ad testandum requisita duobus testibus probatur.*

59 *Hæredis institutio non probatur duobus testibus.*

60 *Testamentum verba non concludunt, non constito de voluntate proferentis, quod testari voluerit, et ad id se disposuerit.*

61 *Testans in articulo mortis, dubitari potest, an sit sanæ mentis.*

62 *Mentis sanitas est unum ex requisitis in testamento condito à moribundo, et ad interrogationem.*

63 *Testibus inter se contrariis circà sanam mentem testatoris moribundi, standum est potius deponentibus de non sana mente, tamquam id sit verisimilius.*

64 *Demens nemo præsumitur regulariter, sed sanæ mentis, nisi contrarium plene, & concludenter probetur, & non æquivoce, & imperfecte, & num. 65. & 283.*

66 *Testamentum conditum præsumitur à persona sanæ mentis, nisi appareat, illum alias fuisse mente captum, vel furiosum. Ampl. ut num. 67.*

68 *Testibus deponentibus de sanitate mentis magis creditur regulariter, quam deponentibus de dementia. Ampl. ut num. 69. & 70.*

71 *Testator an tempore testamenti esset sanæ mentis colligitur in dubio ex qualitate dispositionis. & num. 287.*

72 *Testamentum prudenter factum est validum, probata etiam testatoris dementia.*

74 *Testamentum ultimum ut substineatur, attenditur præcipue institutio personæ valde caræ, ut matris, & num. 287.*

75 *Testamentum honestam continens dispositionem dicitur prudenter factum.*

76 *Testamenta non fundantur in ratione, sed in voluntate.*

77 *Dementia per testes quomodo probetur, vel non. & num. 78. 79. 88. & 285.*

80 *Mentis sanitas, vel insania non percipitur visu, vel auditu, sed judicio rationis.*

81 *Animi qualitas non probatur nisi per actus exteriores.*

82 *Demens quis non est reputandus, nec privandus facultate dispo-*

disponendi ex iis, quæ non excludunt rationis, & judicii usum, & intellectum, nec mentis alienationem inducunt. & num. 83.

84 *Testes non probant, qui judicant, vel divinare volunt, vel imaginarie deponunt, & num.* 85. *&* 86. *Decl. ut num.* 87.

89 *Testis si quis sit inter contraria dicta, seu varius, vel se disdixerit, an probet, vel cui dicto potius standum sit, & num.* 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 286. *&* 287.

98 *Mentis sanitas in testatore arguitur, dum ad propositum loquitur, & respondet.*

99 *Testamentum primum non intelligitur revocatum per secundum factum ad alterius interrogationem, & suggestionem. Ampl. ut num.* 100. *&* 105. *Contrarium nu.* 107. 273. *&* 279. *Ampl. ut num.* 108. 111. 116. 117. 118. *&* 273. *Decl. & Lim ut num.* 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. *&* 126.

106 *Testamentum facilius sustinetur, si aliud non præcedat, quam econtra.*

109 *Testamentum, in quo sunt instituti venientes ab intestato, habet præsumptionem pro se, & num.* 284. *Ampl. ut num.* 110.

112 *Testatoris voluntas est ambulatoria usque ad mortem.*

113 *Testatoris voluntas servanda est etiam contra Piam Causam, & aliam favorabilem.*

114 *Testamentum primum ipso jure revocatur per posterius validum, & num.* 269. *&* 270.

115 *Testator decedere non potest cum duobus testamentis, præsertim diversis.*

127 *Testamentum ad interrogationem ut subslineatur, & antecedens revocetur in laborante in extremis, requiritur, ut ille per aliquod temporis spatium, hoc est per tres, vel duos dies supervivat. Decl. ut nu.* 128. 129. 130. *&* 131.

132 *Testes testamentarii rogandi sunt à testatore ad interessendum, & quare, & nu.* 133. 134. *&* 145. *Decl. ut num.* 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 147. *&* 289.

143 *Verisimile quod est, attendi debet.*

144 *Testes testamentarios intervenisse uti rogatos probatur duobus testibus, & num.* 288.

146 *Testis unicus aliis contrarius non attenditur.*

148 *Testamentum factum in Comitatu ex Statuto Bononiæ non tenet, nisi Sacerdos adhibendus, vel in illius defectum duo testes testamentarii, vel Notarius, & unus testis dicant, se testatorem cognoscere, & nu.* 290. *Decl. ut num.* 149. 169. 171. 175. 291. *&* 292.

150 *Testamentum nuncupativum aliud non requirit, nisi, ut quis coram septem testibus suam voluntatem nuncupet, & hæredem instituat, & num.* 151.

152 *Decl. ut in eo nec requiratur scriptura nec Notarius, nisi ad faciliorem probationem, et perpetuam rei memoriam, et ad effugiendum testium examen, et ad hunc effectum, non pro substantia, et quia testator voluerit in scriptis testari, iis ille usus fuisse censetur, et num.* 153. 154. 155. *et* 158.

157 *Testamentum, in quo testator se non restrinxit ad aliquam particularem speciem testandi, sed simpliciter suam voluntatem testibus declaravit, valet eo modo, quo valere potest. Ampl. ut num.* 158. 159. *et* 160.

161 *Testator non præsumitur, se restringere voluisse ad unam tantum speciem testandi, et elegisse viam, per quam suum judicium impugnari possit, sed testari voluisse omni meliori modo, et* 162.

163 *Actus intelligi debet, ut potius valeat, quam pereat.*

164 *Testamento, quæ favet, opinio tenenda est.*

165 *Testamentum perfectum ratione voluntatis septem testibus probatur, quamvis imperfectum sit ratione scripturæ. Decl. ut num.* 166. *& nu.* 167.

168 *Testator met si roget testes ad interessendum, & audiendum ejus testamentum, ejus enixam ostendit voluntatem, ut sua subscribatur dispositio.*

169 *Notarius ut adhibeatur in testamentis, Statutum Bononiæ non adstringit, nec jus commune, & num.* 171.

170 *Dictio, Etiam, explicat casum magis dubitabilem, & implicat non expressum, & minus dubitabilem.*

171 *Statuti præsupposito deficiente, deficit & Statutum.*

172 *Præsupponens nihil de novo statuit.*

173 *Verba, quæ præsupponunt, non disponunt.*

174 *Testamentum de jure etiam Civili rogari potest à Sacerdote.*

176 *Statuti forma satis est, ut sit tacite, & virtualiter servata, quamvis non superficialiter.*

177 *Fraudis causa, & falsitatis suppositionis personæ quando cesset, & num.* 178.

179 *Testamentum conditum necessitatis tempore, & in articulo mortis, statim secutæ tenet etiam non servata forma juris communis, vel Statuti, & nu.* 299. *Ampl. ut nu.* 184.

180 *Necessitas legi non subiacet.*

181 *Forma à jure, vel Statuto data remittitur necessitatis tempore, & num.* 300.

182 *Necessitas licitum facit illicitum.*

183 *Statuto contravenire non dicitur, qui contravenit ex necessitate.*

185 *Testamentum à Notario rogatum ex sola depositione testium quando valeat.*

186 *Testes statim atque passi fuerunt, se in testamento rogari, & describi, videntur pro testamento deposuisse.*

187 *Statutum Bononiæ circà formam testandi non derogat*

cap.

luntas non potest ex Statuto Bononiæ testibus probari, sed illis tantum scriptura publicâ, & non privata corroborari, & num. 293. Decl. ut num. 254. 255. 256. 264. 267. 268. 304. & seqq.

249 *Scriptura Sacerdotis dicitur privata.*

250 *Notarius effectus Sacerdos potest ex facultate Apostolica instrumenta rogare, & sibi creditur, & num. 251.*

252 *Notarium quem esse, & illius scripturis fidem adhiberi, probatur ex legalitate Communitatis loci.*

253 *Statutum non potest tollere, quin veritas aliter, quam per instrumentum probetur.*

255 *Testes duo, vel tres in qualibet materia sufficiunt.*

257 *Scriptura quælibet, etiam domestica, facit aliqualem præsumptivam probationem; præstat adminiculum, & inditium, & num. 259. & 260. Ampl. ut num. 261. 262. & 297.*

258 *Scripturam falsam ut quis de facili faciat, non præsumitur.*

263 *Notario asserenti se rogatum scripsisse, & publicasse creditur.*

265 *Testamentum, qui scripsit, & de quo rogatus fuit, an & quando connumerari possit in numero testium.*

266 *Testium examen super relevatione testamenti, & ad effectum immissionis nemine citato, facit saltem adminiculum.*

274 *Præsumptio, quod laborans in extremis noluerit revocare primum testamentum conditum in bona valetudine cedit veritati, & num. 275.*

277 *Testator in mortis agone positus respondere solet per verbum, Sic.*

280 *Mortis testatoris proximitas non est ita attendenda, quin magis consideretur mentis sanitas, & præambula testandi voluntas.*

281 *Mandatum testatoris de perquirendo Notarium indicat illius testandi voluntatem.*

301 *Quæ singula non prosunt, simul unita juvant excipienti de secundo testamento adversus agentem ex primo.*

302 *Testamentum ad Pias Causas babens implicitam clausulam derogatoriam, an censeatur revocatum per posterius sine speciali derogatione, & num. 303.*

DECISIO XXXIII.



OMINI omnes, quibus & Ego accessi testamentum ultimum conditum à qu. D. Paulo Burgognono Bonon. Cive sub die 24. Februarii 1647. in Communi Ronchorum Venezani, seu Mascarini Comit. Bonon. dum in extremis laborabat, ad præsentiam octo testium, & manu, seu sub rogitu Rev. P. Fr. Francisci Mariæ Jacomelli Ord.

S.

S. Francisci Min. Conv. ejus
Confessarii, in quo instituit pro
medietate D. Diomedam Matrem,
& pro alia medietate D.
Petronillam Mariam de Sotellis
Uxorem, habuerunt pro valido,
& executioni demandandum
esse, seu illius effectum operari
debere dixerunt, quo ad medietatem
spectantem ad dictam D.
Petronillam Mariam, seu Illustr.
D. Catherinam Gargiaream illius
Donatariam, & Cessionariam,
quæ erat in Causa Rea
conventa, & per illud excludi
Venerabilia Monasteria S. Dominici,
& S. Martini venientia
ex alio antecedenti testamento.
1 Potest enim testamentum
fieri etiam in ultimo vitæ spiritu,
ut notat *glos. magistra in princ.
Institut. de hæred. quæ ab intest deferuntur*,
& Giovagn. cons. 45. *nu.*
2 15. *lib.* 2. prout & in ipso mortis
articulo matrimonium contrahi,
*Durant. de arte testam. in tit. de his,
qui non hab. fact. testam. cautel.* 14.
num. 2. *in fin. Giovagn. d. cons.* 45.
num. 16. *Gulielm. de Benedict. loc.
3 infra citan. num*: 13. atque valet
etiam moribundus, & semimortuus
testari, si articulatè loquatur,
& taliter, quod ejus sermo
intelligatur, & sensum habeat,
ut in præsenti casu, in quo Testator
apertè, clarè, & explicitè
dictos hæredes ordinavit, & nominavit
ore proprio, ut deponunt
omnes testes testamentarii,
tam in primo examine extrajudicialiter,
seu sine citatione
facto ante præsens judicium,
quam in secundo formiter facto
in hoc judicio parte citata cum
interrogatoriis, & interpretibus,
l. quoniam indignum, *ubi glos. in
verb. necis*, *C. de testam. Gabr. de
testam. concl.* 2. *num.* 6. *Mantic. de
conject. ult. volunt. lib.* 2. *tit.* 6. *num.*
1. 2. 4. *vers. sed ut quæstio* 5. *&* 8.
Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius,
*in verb. in extremis positus
num.* 1. *& seq. & num.* 12. *& seq.
de testam. Surd. cons.* 414. *num.* 5.
lib. 3. *Farinac. cons.* 97. *num.* 10.
& seq. lib. 1. *Gasp. Ant. Thesaur.
quæst. forens.* 99. *num.* 8. *&* 13. *lib.*
2. *Gratian. discept.* 843. *num.* 10.
Cyriac. controv. 407. *num.* 111. *&
seq. tom.* 3. *Rot. divers. par.* 1. *decis.*
638. *num.* 8. *& in recent. par.* 4. *tom.*
3. *decis.* 581. *num.* 43. Cum tunc 4
præsumatur etiam sanæ mentis
Mantica d. num. 4. *vers. sed &
quæstio*. Prout & fuisse sanæ 5
mentis, & potuisse dispositionis
tempore articulatè loqui, signum
est, dum instituit, ut hic venien- 6
tes ab intestato, *Gabr. de testam.
d. concl.* 2. *num.* 4. *&* 23. *Menoch.
de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 8.
num. 23. *vers. sextum est signum*, *&
cons.* 45. *num.* 41. *juncto num.* 12.
lib. 1. *Gasp. Ant. Thesaur. d. quæst.*
99. *num.* 29. *Cyriac. d. contr.* 407.
num. 115. *vers. & eo minus*, *ut venit
mater*, *§. sed nos Instit. de S. C.
Tertull. auth. defuncto*, *C. eod.* &
est hæc institutio verisimilis, ad 7
Farinac. quæst. 158. *num.* 6. *&
Cyriac. d. controv.* 407. *num.* 29.
Præsumiturq; etiam Testator in 8
dubio in confectione testamenti
articulatè, & intelligibiliter locutus,
Cyriac. ibid. num. 100.

Neque obstat primò, quod
testamentum hoc conditum prætendatur
ad interrogationem,
vel

vel etiam ad ſuggeſtionem R. D. Joannis de Recuperatis Parochi, & dicto R. P. Fr. Franciſci Mariæ
9 Jacomelli Confeſſarii, quod videtur de jure nullum, uti non ſpontaneum, ſed potius ſuggeſtum, ac extortum, & præſertim teſtatore in extremis laborante, ut ſentiunt multi relati per *Gaſp. Ant. Theſaur. d. quæſt.* 99. *num.* 1. *& ſeq. & nu.* 25. *& per Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 581. *num.* 29. *Gramm. deciſ.* 73. *num.* 1. *&* 4. & in terminis fideicommiſſi *Fuſar. de fideicom. quæſt.* 288. *num.* 5.

Quia reſpondetur. Primò, Quoad Parochum ipſum ſolummodo, & ſimpliciter hortatum fuiſſe præfatum D. Paulum ad conſulendum domui, & rebus ſuis, dum illi tempus erat, quod poterat eſſe paucarum horarum, & de ejus ordine perquirere, & vocare feciſſe Notarium, qui in tempore non venit, ut idem met Parochus affirmat, nec illum fuiſſe præſentem teſtamento, nec ſe ingeſſiſſe circa hæredum inſtitutionem. Quo verò ad Fr. Franciſcum Mariam, & ipſe monuit Teſtatorem generaliter, ut diſponeret de bonis ſuis, ut idem fatetur, & cum eo concordat Joannes de Tertiis, & Joannes Antonius de Guidis ſecundus, & octavus teſtis: Et, quamvis ille deinde adnotaverit, & ſcripſerit teſtamentum, id fecit requiſitus à Teſtatore, & de ejus man-
10 dato, ut in dubio præſumitur, *Cyriac. d. contr.* 107. *num.* 98. &
11 quidem etiamſi teſtamentum factum eſſet ad dictamen alterius, dummodo non ſit inſtitutus ille, qui illud dictaverit, *Cyriac. ibid. num.* 99. & de mandato in propoſito teſtatur Julius Cæſar Gattus, Franciſcus Querzola, Carolus de Plodio, & Fr. Rocchus de Federicis primus 4. 6. & 9. teſtis, qui teſtator ore, & motu proprio dixit, *Che laſciava la ſua robba mezza à ſua Madre, & mezza à ſua Moglie*, ut deponunt dicti quinque teſtes, nec non Joannes de Tertiis, Blaſius, & Joſeph de Mattarellis, & Joannes Antonius Guidus 2. 7. 8. & 10. teſtis. Et, licet quoque poſt adnotatum, & ſcriptum teſtamentum ad teſtatoris, & teſtium præſentiam, ut deponit Joannes de Tertiis, Carolus Plodius, Fr. Rocchus, & Joſeph Mattarellus
2. 4. & 9. ac 10. teſtis, & neceſſa- 12
rium videbatur, *Durant. de art. teſtan. tit. de hæred. inſtituen. caut.* 2. *num.* 3. idem Fr. Franciſcus Maria interrogaverit teſtatorem, an vellet hæredes inſtituere Matrem, & Uxorem? id fuit ad effectum ſe rogandi, & teſtamentum publicandi coram ipſo
teſtatore, & teſtibus, ut require- 13
batur, *Rot. in recent. par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 263. *ſub num.* 34. *par.* 7. *deciſ.* 108. *nu.* 17. *&* 21. *& penes Gilian. ad ſtatut. Ferul. deciſ.* 2. *num.* 12.
& 13. vel ſi non requirebatur ad 14
effectum probandi teſtamentum per teſtes, *Gratian. diſcept.* 550. *num.* 4. *& ſeq. & num.* 10. *verſ. & ità, & ſeq. & num.* 43. *verſ. ſicut*
etiam & ſeq. ad majorem ſaltem 15
cautelam, vel quia teſtator voluerit publicationem adhibere, *Gratian. ead. diſcept.* 550. *num.* 5. & ad effectum habendi teſtato-

ris explicitam declarationem, & ratificationem, ut deponit idem Fr. Franciscus Maria, & Franciscus Querzola 6. & 2. testis,
16 cum testator deberet proprio ore hæredem nominare audientibus testibus, si jam non nominasset, *Institut. de testamen. ordinan. in fin. princip. ubi gloss. in verb. tenorem*, *& de milit. testam. §. plane*, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 263. nu. 27. & tom. 3. decis. 570. num. 5.* &
17 sic per hæredis Institutionem testamentum perficere, *Rot. in Romana Testamenti, seù Hæreditatis 17. Junii 1611. coram Card. Sacrato, impressa post d. discept. Gratian. 550. num. 40.*
18 Unde Testatoris prçordinatio tollit hoc casu omnem falsitatis suspicionem, omnemque suggestionem, *Gasp. Ant. Thesaur. d. quæst. 99. sub num. 17. & Rot. in Romana Hæreditatis de Bellavita 5. Maii 1600. coram Justo, registrata post d. cons. Farinac. 97. lib.*
19 *1. num. 29.* & facit constare de illius deliberato animo testandi,
20 *Farinac. d. cons. 97. num. 8.* prout ejusdem magis deliberata voluntas arguitur ex multiplicata hæredum nominatione, *Rot. divers. d. decis. 638. num. 4. p. 1.*

Nec ideo videtur hujusmodi testamentum conditum ad interrogationem alterius, sed motu proprio, post tamen simplicem, & generalem suasionem ad testandum absque subministratione particularis hæredis instituendi. Et quatenus etiam Testator interrogatus fuisset, quem hæredem vellet facere? & respondisset Matrem, & Uxo-
rem, non tamen diceretur per 21
suggestionem illas hæredes instituisse, sed sine suggestione, *Menoch. de præsumpt. d. lib. 4. præsumpt. 8. num. 37. Surd. d. cons. 414.*
num. 62. lib. 3. & cum sana mente, 22
& animo deliberato, *Menoch. loco citato*.

Prout nec dicitur testamen- 23
tum conditum ad interrogationem, ubi testator interrogatus, an disponat juxtà contenta in cedula? respondit, quod sic, quia istud est testamentum nuncupativum nuncupatione implicita, & est modus testandi validus, *Rot. recent. d. par. 4. tom. 2. decis. 263. num. 35. & 36.* & inter-
rogatio solum cadit super stipu- 24
latione testamenti juxtà contenta in cedula *d. decis. 263. num. 39.*
Cessatque timor suggestionis, 25
ubi testator etiam ægrotus fecit primo scribere testamentum, *Rot. in d. Romana Hæreditatis de Bellavita coram Justo, penes Farinac. post d. cons. 97. num. 29. in fine lib. 1.*

Neque præsumitur testator 26
testamentum ad alterius impressionem condidisse, *Cyriac. d. controv. 407. num. 88. & 89. tom. 3.*
neque importunis persuasioni- 27
bus inductus, *Cyriac. ibid. nu. 91.*
sed illud præsumitur fecisse ex 28
libera voluntate, *Cyriac. loc. cit. num. 97.*

Respondetur secundò, testa- 29
mentum etiam conditum ad alterius interrogationem esse validum, secundum veram, & communem opinionem, dum testator tunc habebat bonum sensum, & articulate loquebatur,

Gabr.

Gabr. d. testam. d. concl. 2. num. 10. in fin. Clar. in §. testam. quæst 37. num. 2. & seq. & num. 30 Durant. de arte testan. tit. de hæred. instit. caut. 2. num. 1. Menoch. de præsump. d. lib. 4. præsumpt. 8. num. 3. & seq. & nu. 24. & seq. & cons. 45. nu. 1. & sequen. lib. 1. Nicol. Bellon. cons. 62. num. 8. ubi quod hæc opinio est approbata in juditiis, & scholis, & de ea non est dubitandum, *Surd. d. cons. 414. num. 53. 54. 58. 59. & 61. lib. 3. Farinac. d. cons. 97. num. 1. ubi de magis communi, & magis recepta, lib. 1. Gasp. Ant. Thes. d. quæst. 99. num. 5. 6. 9. vers. 1. & c. 10. & 13. lib. 2. Gratian. discept. 550. num. 16. & d. discept. 843. nu. 29. & 30. Hieronym. Pantschman. quæst. 22. num. 52 vers. non refragatur, part. 2. Cæs. Caren. resol. 3. num. 1. & 5.* ubi, quod ab hac opinione non est recedendum, nec in consulendo, nec in judicando, *Rota divers. d. decis. 638. nu. 1. p. 1. & in recent. d. part. 4. tom. 3. decis. 581. num. 31.*

30 Quod quidem procedit, quamvis non constaret, testatorem ante hanc interrogationem noluisse, vel animum habuisse, testamentum condere, *Menoch. d. præsumpt. 8. num. 16. & seq. & num. 28. & d. cons. 45. num. 6 33. & 64. & Gratian. discept. 659.*
31 *num. 12.* dum Testator erat sanæ Mentis, & suæ liberæ protestatis erat respondere, & non respondere, & cessant aliæ falsitatis suspiciones, *Menoch. d. cons. 45.*
32 *sub num. 33. & 34.* ac dignoscitur, illum fuisse sanæ mentis, quia respondit aliter, quam per simplicem prolationem verbi, Sic, *Thesaur. d. quæst. 99. num. 14. post med.* Nec talis sollicitatio tanti 33
momenti esse creditur, ut impediat liberam testatoris voluntatem, cum testator potuisset recusare, si sibi sic consultum putasset, *Hieronym. Pantschman. d. quæst. 22. num. 52. vers. nam talis part. 2.*

Suggestioque tunc tantum 34
nocet, quando testator est adeo infirmitate oppressus, ut non possit liberè suum animum explicare, *Menoch. d. præsumpt. 8. nu. 14. in fin. lib. 4.* seu illius verba clare non exprimantur, nec percipiantur, *Gramm. decis. 73. nu. 2.*
vel responderit per verbum, Sic, 35
aut simile, cum potuerit tunc intellexisse de alia re, & non percepisse interrogationem, & personam sibi suggestam, *Menoch. ibid. num. 37. Gramm. d. decis.*
73. num. 1. in fin. & est res pericu- 36
losa, voluntasque suspecta, *Thesaur. d. quæst. 99. num. 9. 11. & 17.*
licet testator, & articulatè loqui 37
dicatur, qui ad interrogationem suggestivam respondet, Sic, *Farinac. d. cons. 97. num. 13. lib. 1. Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. decis. 581. num. 44.* qui non est casus
noster. Estque in dubio pronun- 38
ciandum pro testamenti validitate, *Surd. d. cons. 414. num. 101. Cyriac. d. controv. 107. num. 126. Hieronym. Pantschman. d. quæst. 21. num. 57.* utendo etiam arbi-
trio, cui ferè tota hæc materia 39
conditi testamenti ad interrogationem subiicitur, *Menoch. de arbitr. cas. 97. num. 4. Thesaur. d. quæst. 99. num. 12. vers. hæc omnia.*
Regulando tamen semper a Ju- 40
re, ut habui in *tract. mand. de ma-*

mitenen. observat. 7. num. 60. 63. in fin. & seq.

41 Atque admittitur testamentum conditum ad interrogationem, sive interrogatio facta fuerit à Notario, sive ab alio, & privato, *Clar. in d. §. testamentum, quæst. 37. num. 3. Menoch. d. præsumpt. 8. nu. 14. & d. cons. 45. nu. 4. & 31. Farinac. d. cons. 97. nu. 16. lib. 1. Thesaur. d. quæst. 99. sub nu. 10. & 15. Fusar. de fideicom. quæst. 288. nu. 3. & 4. Gratian. d. discept. 659. num. 11. & d. discept. 843. nu. 30. Rot. divers. d. decis. 638. num. 1. par. 1.* cum utroque casu hujusmodi

42 testamentum valeat, quando, ut hic, cessat omnis suspicio, quia scilicet Testator erat sanus mentis, & dolis, ac techinis non fuit allectus ad ità testandum, *Menoch. d. cons. 45. sub num. 31.*

43 Prout, & hoc testamentum locum habet, etiam si is, qui interrogavit fuisset persona suspecta, *Menoch. d. præsumpt. 8. nu. 20. & 27. lib. 4. & d. cons. 45. num. 7. & 35. lib. 1.* qui non est casus noster, cum simus in Religiosis, &

44 Sacerdotibus, ac Confessariis, pro quibus [illegible] præsumitur, *Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis. 629. nu. 14.* de quorum aliquo interesse non constat, nec quod illi sint, seù eorum aliquis sit aliqua consanguinitate, vel affinitate, seù nimia familiaritate institutis, seù earum alicui conjuncti, nec quod iidem ab hæredibus fuerint ad[illegible]

45 biti quidquid in contrarium dubitaverint, vel dixerint *G[illegible] br de testam. d. concl. 2. num 9 1[illegible]. 13. & 16. Mant[illegible] 2. tit. 6. num. 9. v[illegible] & [illegible] n, & nu. 10. Cæs Caren. d. resolut. 3. nu. 1[illegible] & seq. & allegati per Menoch. d. præsumpt. 8. nu. 40. & 41. Farinac. d. cons. 97. num. 16 lib. 1. & Gasp. Ant. Thesaur. d. quæst. 99. num. 9. & 10.* Quia id procedit, quando 46
aliundè non constat, testatorem fuisse mentis compotem, & habuisse animum testandi, ut colligitur ex *Mantic. d. tit. 6. num. 5. 8. 9. & 10. & Menoch. d. præsumpt.*
8. *num.* 41. & quando aliæ falsæ 47
conjecturæ concurrunt, *Menoch d. cons. 45. num. 35.* Secus antem
dicendum est, quando, ut hoc 48
casu, constat testatorem fuisse sanæ mentis, & suæ liberæ potestatis fuisse testari, vel non testari, *Menoch. eodem num. 35.*

Neque prohibitum est allicere 49
aliquem etiam blanditiis ad ità testandum, & sibi etiam
relinquendum, cum liceat rem 50
suam bene agere, dolo, & fraude omissa, *Guidobon. advocat. 48. nu. 4. & seq. Gratian. d. discept. 659. num. 4. & seq. & num. 15. & Cyriac. d. controv. 4[illegible]7 num. 92. et 93 & Hieronym. Panischman. quæst. 21. num. 31. & seq. part. 2. Jas. in l. 1 num. 1. C si quis aliq. test. prohib. Duran. decis 66. num 7* quæ 51
in dubio non præsumitur, *Mantic. de conjecturis d. lib. 2. tit. 7. nu. 1 Gratian. d. discept. 659. sub num. 8. C[illegible]ia. d. controv. 407. num. 91 et seq. Hieronym. Panischman. d. quæst.*
21. *num. 37 et 55.* etiam quod 52
fiat, quod non debet, vel non fiat, quod fieri debet, *Gu[illegible] d. advoc 48 num. 17.* & in præ[illegible]
non probatur. Quinimmo re[illegible] 53
titæ interrogationes, quibus [illegible]s fuit dictus Fr. Franciscus M[illegible]a

in

in publicatione testamenti, ut aliqui testes deponunt, nempè Blasius Mattarellus, & Joannes Ant. Guidus 7. & 8. testis, ostendunt illius bonam fidem, legalitatem, & diligentiam, *Cyriac. d. controv.* 407. *num.* 249. & eo fortius, quod Joannes Antonius Guidus addit, quod Fr. Franciscus Maria in interrogando, & quærendo claram responsionem, non se restringebat ad Matrem, & Uxorem, sed instabat, ut se benè explicaret, cui vellet suam hæreditatem relinquere, an eis,
54 vel aliis? & duo etiam testes sufficiunt ad purgandam suspicionem, si quæ oriatur ex scriptura testamenti, *Mantic. de conjectur. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 7.

55 Tolliturque omnis difficultas, dum ante suggestivam interrogationem Fratris Francisci Mariæ circa particulares hæredes testator se declaraverat, velle testari faciendo primo ad hunc effectum perquirere Notarium, ut deponit Julius Cæsar Gattus, R. D. Joannes Recuperatus Parochus, & Joannes Antonius Guidus 1. 5. & 8. testis, & deindè Notario non comparente, mandando dicto Fratri Francisco Mariæ, ut testamentum scriberet, ut supra probatum fuit, ex quo sequitur, ut testamentum subsecutum ad interrogationem sit omninò validum, quia præcedebat voluntas testatoris testandi, & scriptura de ejus ordine, ad ejusque dictamen extensa, ut in fortioribus terminis responsionis per verbum, Sic, *Gabr. de testam. d. concl.* 2. *num.* 17. *&* 19. *Mantica de conject. d. lib.* 2. *tit.* 6. *nu.* 9. *&* 10. *Farinac. d. cons.* 97. *num.* 8. *lib.* 1. *Thesaur. d. quæst.* 39. *num.* 6. *vers. secundo, & cap.* 13. 16. *&* 17. *Cæs. Caren. d. resolut.* 3. *num.* 8. *& seq. & num.* 20. *vers. neque his obstat, & vers. neque obstat, Rota recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 263. *num.* 34. *vers. neque est verum*; Ipsaque 56
voluntas testandi benè probata diceretur etiam per duos testes, *Surd. d. cons.* 414. *num.* 53. *lib.* 3. *& Thesaur. d. quæst.* 99. *sub num.* 7.
prout & quod testator vellet di- 57
ctas hæredes instituere, *Surd. ibid. num.* 67. nec non solemnitas 58
ad testandum requisita, *Ruin. d. cons.* 1. *num.* 9. *lib.* 2. *& Mantic. de conjectur. d. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 15.
quicquid aliud sit in probatione 59
ipsius voluntatis, seù institutionis in testamento contentæ, *Ruin. & Mantic. ibid.* prout alias nulla 60
verba operarentur, testamentum, nisi appareret de voluntate proferentis, quod noluisset testari, & adhoc, se disposuisset, ut adnotat *Aldobrandin. ad §. plane Instit. de milit. testam.*

61 Non obstat secundò, quod in eo, qui testatus fuit in articulo mortis possit dubitari, an idem tunc esset sanæ mentis, *Mantic de conject. d. lib.* 2. *tit.* 6. *nu.* 3. quod 62
est unum ex requisitis in testamento condito à moribundo, & ad interrogationem, *Gasp. Ant. Thesaur. d. quæst.* 99. *num.* 6. *&* 9. *vers. primò &c.* atque proinde ubi 63
testes super hoc interrogati sunt repugnantes, ut hoc casu, magis credendum sit iis, qui dicunt, eum non fuisse sanæ mentis, quia deponunt, quod est verisimilius,

Man-

Mantic. ubi sup. num. 6. & sic standum sit in proposito tribus testibus, nempe Blasio, & Joseph de Mattarellis, & Joanni Antonio Guido, qui in dubium revocant, an testator esset sanæ mentis, & in statu, ut testari valeret.

Nam, præterquam quod regula est, neminem dementem,
64 sed potius sanæ mentis præsumi, & prætensum defectum esse plenè, & concludenter probandum, *Gratian. d. discept.* 843. *num.* 36. *Buratt. decis.* 249. *nu.* 6. *decis.* 256. *num.* 1. *ubi Add. num.* 28. *& decis.* 763. *num.* 3. *Duran. decis.* 178. *nu.* 9. *& seq. & Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 570. *num.* 11. *& seq. & par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 34. *num.* 7. *& par.* 7.
65 *decis.* 298. *num.* 3. & non relevare probationem æquivocam, & imperfectam, *Rot. d. part.* 7. *decis.*
66 298. *num.* 10. ac ideo testamentum conditum præsumi à persona sanæ mentis, quando non apparet, illum alias fuisse mente captum, vel furiosum, *Menoch. d. cons.* 45. *sub num.* 39. *lib.* 1. *& Cyriac. d. controv.* 407. *num.* 76.
67 *tom.* 3. & quidem etiam, quod tunc gravi infirmitate esset oppressus, *Farinac. d. cons.* 97. *nu.* 14.
68 *lib* 1. & magis credi testibus deponentibus de sanitate mentis, quam deponentibus de dementia, *Gratian. d. discept.* 843. *nu.* 11. *Boer. decis.* 23. *num.* 72. *&* 93. & in terminis infirmi morbo gravati, & qui ex illa infirmitate obiit *Rot. d. decis.* 570. *num.* 17. *par.* 4.
69 *tom.* 3. *recent.* atque etiam quod deponentes de sana mente essent duo, & [illegible] *de contrario*, *Gratian. & Boer.* [illegible] *citato num.* 12. *&* 93. respectivè, & maximè, quando ille sui natura talis esse consuevit, *Cyriac. d. controv.* 407. *num.* 87. & hic alii 70
testes de sanitate mentis deponunt, videlicet Joannes de Tertiis, Franciscus Querzola, Carolus de Plodio, Fr. Franciscus Maria, & Fr. Franciscus Rocchus 2. 3. 4. 6. & 9. Et in dubio ex 71
qualitate dispositionis capienda est præsumptio, an testator tempore conditi testamenti esset sanæ mentis *Mantic. de conjectur. d. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 7. *Duran. d. decis.* 178. *num.* 12. *&* 13. adeo ut, pro- 72
bata etiam dementia, si testamentum sit factum, sicut alius quilibet prudens fecisset, validum reputari debeat, *Rot. recent. d. decis* 570. *num.* 20 *par.* 4. *tom.* 3. & dispositio in proposito videatur prudenter facta, dum est maximè instituta Mater, quæ, cir- 73
cumscripto testamento succedebat ab intestato, *Duran. d. decis.* 178. *num.* 13. & cum qua ei benevolentia quoque intercedebat, cum accedens, & rediens ad civitatem ad illius domum se transferret, & cum illa habitaret, ut probat Julius Cæsar Gattus, & Joannes de Tertiis primus, & secundus testis, & infirmus rogasset Parochum, ut mitteret aliquem ad illam accersiendam, ut idem Parochus deponit, & sic instituta est persona testatori valde cara, quod præcipuè con- 74
sideratur ad ultimum elogium sustinendum, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 263 *num.* 28 *vers. & videatur*, & concurrit honestas dispositionis, & testamenti,

quod

75 quod propterea non poteſt nega-
ri factum eo modo, quo quilibet
prudens feciſſet, *Guidobon. advoc.*
76 48. *num.* 16. licet teſtamenta non
ſint fundata in ratione, ſed in
voluntate teſtatoris, *l. cum qui-*
dam in fin. C. de neceſſ. hæred. inſtit.
Vincent. Grilenz. conſ. 106. *nu.* 18.
Reſpondetur dictos tres teſtes
controvertentes ſanam mentem
teſtatoris non reddere de hoc
77 rationem, & dementiam non
probari per teſtes de ea depo-
nentes, niſi fuerint interrogati
de ſignis, moribus, & actibus
teſtatoris, quos viderint, *Rot.*
recent. par. 7. *deciſ.* 233. *num.* 26.
78 & niſi etiam non interrogati ra-
tionem aſſignent. *Burat. d. deciſ.*
256. *num.* 9. *Duran. d. deciſ.* 178.
num. 17. & *Rot. recent. d. par.* 7.
deciſ. 233. *num.* 28. quod hic defi-
79 cit, nec ſatis eſſe eos deponere
de proprio juditio, dum cum eo
non jungitur ſenſus corporeus,
nec credulitas, & juditium eſt
cauſatum à ſenſu inferente, ità
credi debere, *Gratian. diſcept.*
80 843. *num.* 6. cum ſanitas mentis,
vel inſania non percipiatur viſù,
vel auditu, ſed juditio rationis,
Mantic. de conjectur. d. lib. 2. *tit.* 7.
81 *ſub num.* 1. Nec animi qualitas
aliter, quam per actus exteriores
probari poteſt, *Rot. recent. par.* 7.
82 *deciſ.* 298. *num.* 9. nec, quæ non
eſcludunt uſum rationis & judi-
tii, vel intellectum, nec mentis
alienationem inducunt, faciunt,
quem reputandum eſſe demen-
tem, *Rot. recent. d. par.* 7. *deciſ.*
83 233. *num.* 24. nec tollunt faculta-
tem diſponendi, *Rot. recent. par.*
4. *tom.* 3. *deciſ.* 570. *num.* 14. Et
certum eſt, non probare teſtes, 84
qui judicant, *Rot. recent. d. par.* 4.
tom. 2. *deciſ.* 285. *num.* 9. *deciſ.* 342.
num. 22. & *deciſ.* 487. *num.* 12. &
par. 5. *tom.* 1. *deciſ.* 173. *num.* 3. &
deciſ. 380. *num.* 16. vel divinare 85
volunt, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 2.
deciſ. 153. *ſub num.* 8. aut imagi- 86
nariè deponunt, *Rot. recent. par.*
6. *deciſ.* 199. *num.* 7. & *par.* 7. *deciſ.*
269. *num.* 3. non reddita ratione 87
per aliquem accommodatum
ſenſum corporis, *Gratian. d. di-*
ſcept. 843. *num.* 6. *in fin.* 7. & 8.
cum ad concludendam intelle- 88
ctus carentiam ſoleant ſigna, &
præſumptiones ponderari, &
debeat de illis per teſtes fieri
mentio, *Rot. recent. par.* 7. *deciſ.*
298. *num.* 11.
Et quod plus eſt, iidem tres
teſtes ante præſens juditium, in
quo ſunt Actores venerabilia
Monaſteria S. Dominici & S.
Martini Bononiæ, ex parte dictę
D. Petronillæ Mariæ coram D.
Auditore Generali examinati
ſuper dicti teſtamenti relevatio-
ne, ſeù ad effectum conſequendi
ſuper eo extrajuditialem, ſeu
ſummariam immiſſionem, me-
dio juramento, una cum aliis
depoſuerunt de ipſa mentis ſani-
tate. Undè, cum deindè in præ-
ſenti juditio contrarium etiam
cum juramento depoſuerint, vel 89
ſtandum eſt primo dicto, *Beltra-*
min. ad Greg. deciſ. 230. *num.* 10.
Buratt. deciſ. 176. *num.* 4. ubi *Add.*
num. 7. & *Rot. poſt noſtrum tractat.*
mand. de manut. deciſ. 281. *num.* 4.
etiam extrajuditiali, ex quo fuit 90
prolatum per ſcripturam, *Me-*
noch. de arbitr. caſ. 108. *num.* 25.
&

& facit, *Rota recent. par. 4. tom. 3.*
91 *d. decis.* 581. *num.* 34. *&* 35. & quia
concordant alii testes, & sic ur-
gent saltem conjecturæ, & præ-
sumptiones pro primò dicto, &
contra secundum, *Menoch. d. cas.*
108. *num.* 24. *& Rot. recent. par.* 7.
92 *decis.* 306. *num.* 22. & quia est pri-
mum dictum verisimilius, *Me-*
93 *noch. d. cas.* 108. *num.* 17. Cum
maximè post secundam deposi-
tionem iidem tres testes spontè
de ordine Confessarii, & pro
exoneratione conscientiæ, ut
asseruerunt, se disdixerint, ac
correxerint, & redierint in pri-
mum dictum, affirmantes, in
secundo dicto se deposuisse de
non sana mente dicti Testatoris
ad inserviendum cuidam Nobili,
& Potenti Viro, à quo minis sic
deponere coacti fuerant, & sic,
& primum dictum fuit gemina-
94 tum, & ratificatum, & ideò illud
attendendum videtur, *Farinac.*
de testib. quæst. 66. *num.* 141. & se-
95 cundum correctum, ac per con-
sequens correctioni stari vide-
tur, *Menoch. d. cas.* 108. *num.* 3.
96 *& sequen.* Vel eorum secundum
dictum, quod retractaverunt,
remanet debilitatum, *Menoch.*
ibid. num. 27. *Greg. decis.* 553. *sub*
num. 10. *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 2.
decis. 137. *num.* 12. *&* 18. *& decis.*
270. *num.* 33. *& par.* 5. *tom.* 2. *decis.*
420. *num.* 5. *& post nostrum tract.*
mand. de manutenen. decis. 166.
97 *num.* 42. Vel neutri dicto in hoc
standum est, *Menoch. d. cas.* 108.
num. 23. *Gratian. d. discept.* 843.
num. 17. *Beltram. ad Gregor. d. de-*
cis. 230. *num.* 11. *& d. decis.* 266.
num. 42. *penes d. nostrum tract. de*
manutenen. & d. decis. 420. *num.* 5.
par. 5. *tom.* 2. *recent.*

Videturque satis doctum de
veritate in contrarium, hoc est
de sana mente, dum omnes testes
concorditer deponunt, quod
testator generaliter interrogatus
à Julio Cæsare Gatto testamenti
tempore, an meminisset, se illi
pecuniam mutuasse? promptè 98
respondit, verum esse, ipsum
Gattum sibi mutuasse Ducato-
nos quinque, & Zecchinum, seù
Ungarum unum, & mandavit
ei ab hæredibus restitui, ad *Cy-*
riac. d. controv. 407. *num.* 81. Item-
que deponunt, eumdem semper
post factum etiam testamentum
articulatè, ac ad propositum
locutum fuisse, & animam suam
commendasse Deo, B.V. Mariæ,
Sanctoq; Antonio de Padua
usque ad expirationem.

Non obstat tertiò, quod præ-
cederet alterum, & primum
testamentum validum, & solem-
ne sub Notarii rogitu stipulatum
de anno 1637. die 7. Aprilis, in
quo instituta leguntur dicta Mo-
nasteria S. Dominici, & S. Mar-
tini, quod non intelligitur revo- 99
catum per secundum factum ad
alterius interrogationem, & sug-
gestionem, *Castr. cons.* 155. *in fin.*
lib. 1. *Ruyn. cons.* 9. *num.* 14. *lib.* 2.
Clar. in d. §. testamentum, quæst.
37. *nu.* 8. ubi de magis communi,
& allegati per *Menoch. de præ-*
sumpt. lib. 4. *d. præsumpt.* 8. *num.* 21.
& 22. *& d. cons.* 45. *num.* 20. *lib.* 1.
Surd. d. cons. 414. *num.* 11. *lib.* 4.
& Rot. recent. d. decis. 263. *nu.* 38.
par. 4. *tom.* 2. *& d. decis.* 581. *nu.* 30.
tom. 3. præsertim cum primum 100
fuerit

fuerit conditum per decem annos antea, ità ut ei & liberum fuisset illud in hoc tam longo temporis spacio revocare, si voluisset non expectato tempore mortis articuli, *Menoch. d. præsumpt.* 8. *num.* 41. *vers. quartum signum, & d. cons.* 45. *nu.* 20. *Surd. d. cons.* 414. *num.* 11. atque proin-
101 de, quamvis liceat de Jure aliquem allicere blanditiis ad se instituendum hæredem, vel aliquid sibi relinquendum, ut supra
102 ostensum fuit, non tamen hoc procedat, quando alius fuit jam institutus hæres, *Gasp. Ant. Thesaur. d. quæst.* 99. *num.* 12. *sub vers.*
103 *septimo &c.* prout nec est testator decipiendus dolosis, & falsis persuasionibus, *Hieronym. Pantschman. quæst.* 21. *num.* 103. *par.* 2. &
104 est nullius momenti testamentum factum ad alterius falsam, & fraudolentam suggestionem, *Pantschman. ibid. num.* 115. Unde
105 hoc casu oculatè, & cautius sit agendum, *Thesaur. loc. cit.* cum
106 testamentum facilius sustineatur, quando aliud non præcedit, quam si aliud præcedat, *Mantic. de conject. d. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 11. *Hieronym. Pantschman. quæst.* 17. *num.* 25. *par.* 2.

Quoniam admisso etiam, quod simus in testamento ad interro-
107 gationem, respondetur, contrarium haberi per *Menoch. d. præsumpt.* 8. *num.* 21. *et* 22. *et d. cons.* 45. *num.* 8. *et* 36. *Surd. d. cons.* 414. *sub num.* 54. *post med. et num.* 61. *Gratian. d. discept.* 659. *num.* 12. *Hartman. Pistor. quæst.* 29. quem allegat *Thesaur. sub d. vers. septimo &c. et Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 581. *num.* 32. & hanc opi- 108
nionem amplectendam esse præcipuè, ubi, ut in præsenti, in secundo testamento instituti sunt venientes ab intestato, *Ruyn. d. cons.* 9. *num.* 7. *et sub num.* 18. *lib.* 2. pro quibus in dubio præsumitur, 109
Menoch. de adipisc. remed. 4. *nu.* 784. Quod suffragatur etiam cohęredi 110
extraneo, & sic Uxori, idem *Ruyn. cons.* 1. *num.* 11. *vers. est et alius casus, et seq. eod. lib.* 2. Et sanè etiam quod antecedens te- 111
stamentum esset favore Piæ causæ, *Alciat. cons.* 111. *per tot. lib.* 9. *Ruyn. d. cons.* 9. *num.* 4. *lib.* 2. *et Rot. recent. d. part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 581. *num.* 32. Cum voluntas testatoris 112
sit usque ad mortem ambulatoria, *l.* 3. *in fin. et l. seq. ff. de adimen. legat. Rolan. cons.* 33. *num.* 3. *lib.* 3. & præcisè servanda etiam contra 113
Piam Causam, & aliam favorabilem, *Gratian. discept.* 757. *nu.* 1. *et* 3. & testamentum primum 114
ipso jure revocetur per posterius validum, *§. posteriori, Institut. quibus mod. testam. infirment. l. si quis priore, ff. ad Sen. Cons. Trebell. Clar. in §. testamentum, quæst.* 93. *Roland. d. cons.* 33. *num.* 18. *et seqq. Gratian. discept.* 605. *num.* 1. *et* 5. *Hieronym. Pantschman. quæst.* 10. *num.* 1. *et seqq. et quæst.* 14. *num.* 17. *et seq. par.* 2. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 263. *num.* 1. *et* 2. *et tom.* 3. *decis.* 581. *num.* 2. *decis.* 652. *num.* 8. *et* 9. *et decis.* 674. *num.* 4. *et par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 472. *num.* 1. *et Duran. d. decis.* 178. *nu.* 3. cum non possit 115
quis decedere cum duobus testamentis, præsertim diversis, *Rolan. cons.* 33. *num.* 1. *lib.* 3. *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, in*

verb. testam. 2. *num.* 1. *de testam.*

116 Quod absque difficultate procedit, constito, ut hic, de sana mente, & de animo testandi, *Gabr. de testam. d. concl.* 2. *num.* 10. *in fin.* in quibus terminis loquuntur *Surdus*, & ab eo allegati ubi supra, & *Menochius d. præsumpt.* 8. *num.* 21. *&* 22. qui ità se ipsum declarat *d. nu.* 22. *vers. ità pariter*,

117 & fortius, ubi non sumus in simplici responsione per Monosillabam, sic, sed hæres fuit, ut hoc casu, claris verbis, & nominatim ab ipso testatore expressus, & declaratus, *Thesaur. d. quæst.* 99. *num.* 11. *&* 17. *lib.* 2. *& Rot. recent. d. decis.* 581. *num.* 31. *par.* 4. *tom.* 3.

118 & non constat, quod Parochus, vel Fr. Franciscus Maria testamentum affectantes notitiam aliquam haberent præcedentis testamenti.

119 Et, quando cessat omnis falsi suspicio, ut in præsenti casu, tunc nulla est constituenda differentia, an agatur, vel non de revocatione jam conditi testamenti, *Menoch. d. cons.* 45. *num.* 36. *lib.* 1.

Alia verò opinio posset locum

120 sibi vendicare, Vel quando dubitatur, an testator esset sanæ mentis, *Menoch. d. præsumpt.* 8. *nu.* 21.

121 *vers. quocirca*, Vel quando constat illum non habuisse animum, primum testamentum revocandi, *Menoch. ibid. num.* 22. *vers. ità pariter*, *Ruyn. d. cons.* 9. *num.* 14. *in*

122 *fin. lib.* 2. Vel potest dubitari de voluntate testandi, *Menoch. loc. cit.* & quod non responderit deliberatè, *Ruyn. d. cons.* 9. *num.* 14. *in fin.*

123 Vel quando interrogatio est facta à persona suspecta, *Ruin. eod. cons.* 9. *nu.* 15. *Menoch. d. præsumpt.* 8. *num.* 41. *vers. quartum signum*, *& d. cons.* 45. *num.* 20. ut evenit in casu ipsius *Ruyn. ut per eum nu.* 15. & in casu *Cæsar. Caren. d. resolut.* 3. *ut per eum num.* 16. Vel quando 124
fuit solummodo responsum per verbum, Sic, *Ruyn. d. cons.* 9. *nu.* 14. *Surd. d. cons.* 414. *num.* 11. *&* 61. *lib.* 3. ut in casu *Caren. d. resol.* 3. ut per eum sub *num.* 20. cum, ut 125
dicatur ad hunc effectum, articulatè testatorem locutum fuisse, requirantur alia verba, *Caren. d. resolut.* 3. *num.* 7. Vel quando aliæ 126
concurrunt conjecturæ, *Menoch. d. præsumpt.* 8. *num.* 41. *vers. quartum signum*, *& d. cons.* 45. *sub num.* 36. prout concurrebant in Casu *Carenæ*, ut per eum *num.* 17. *& seqq.*

Non obstat quartò, quod, ut 127
testamentum ad interrogationem à laborante in extremis factum sustineatur, & primum revocetur, requiratur, ut ille non statim moriatur, sed aliquo tempore supervivat, *Ruyn. d. cons.* 9. *num.* 13. *in fin. &* 14. *lib.* 2. *Thesaur. d. quæst.* 99. *num.* 6. *lib.* 2. hoc est per spatium trium, vel duorum dierum, *Clar. in d. §. testamentum*, *quæst.* 37. *num.* 5. *Thesaur. d. quæst.* 99. *num.* 10. *&* 18. *Caren. d. resol.* 3. *num.* . . Et testator noster expiraverit post horam cum dimidia circiter, ut videntur concludere testes.

Respondetur enim, objectum procedere, quando potest 128
dubitari de sana mente, & animo deliberato testandi, ut contingit in respondente per verbum, Sic, vel in balbutiente, qui paulò post moriatur, ut in his ter-

terminis loquuntur Doctores exadverso adducti, & qui adduci possunt, & præsertim *Ruin. d. cons.*9.& declarat *Thesaur. d.quæst.*
129 99.*num.* 8.*vers.ideò*. Secus verò, quando clarè constat, ut in proposito, de voluntate testatoris ità testandi, & secundum testamentum condendi, & de illius sana mente, *Thesaur. ead. quæst.* 99.*nu.* 6.*vers.quarto &c.& num.* 7. 8. & 12. cum mortis proximitas non ità sit attendenda, quia
130 magis consideretur mentis sanitas, & clara voluntas sic testandi, *Thesaur. d. quæst.* 99. *num.* 7. *in fin.*
131 nec modicum intervallum eveniens propter corporis laborantis infirmitatem officit testamento, *Rot. in d. Romana Hæreditatis de Bellavita post cons.* 97. *Farinac. lib.* 1. *sub num.* 30.

132 Non ostat quintò, quod testes testamentarii debeant rogari à testatore ad interessendum, *l. hæredes palam §. in testamentis, ff. qui testam. fac. poss. auth. rogati, C. de testibus, §. fin. instit. de testam. ordin. ubi glosa in verbo, adhibitis, Purpur.cons.* 441. *nu.* 6. *lib.*2. *Socin. jun.cons.* 183. *num.* 37. & 38. *lib.*2. *Riminald. jun. cons.*13. *num.* 37. & *seq. lib.* 1. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 533. *num.* 21. & in terminis testamenti conditi ad interrogationem *Ruin. d. cons.*9. *num.*13. *lib.* 2. *Surd. d. cons.* 414. *num.* 1. & 11. *lib.*3. *Thesaur. d. quæst.* 99. *sub n.* 15.
133 ut appareat, verba deliberato animo ab ipso testatore proferri, & non perfunctoriè, & blandiendo, *l. divus, ff. de milit. testam. Surd. d. cons.* 414. *nu.* 27. *Gratian. discept.* 93. *num.*5. *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 533. *num.* 22. & propter timorem fraudis, *Magon. decis. Lucens.* 32. *num.* 6. & in testamento, de quo agitur, testes fuerint vocati, & rogati à dicto Fr. Francisco Maria, ut deponit Joannes de Tertiis, Franciscus Querzola, Carolus Plodius, & idem Fr. Franciscus Maria 2. 3. 4. & 6. testis.

Namque, omisso, quod in testamento nuncupativo, in quo 134
sumus, sunt opiniones hinc indè, an testes debeant esse rogati, ut in *addit. ad d. glos. in d. verb. adhibitis, §. fin. Instit. de testam. ordinan.* & quod sufficiat sola testium præ- 136
sentia tradit *Thomat. decis. Marcb.* 82. *num.* 34. & in fideicommisso 137
ad alterius interrogationem, quod illud possit relinqui coram fortuitis testibus, *Fusar. de fideicomm. quæst.* 288. *num.* 2. ubi de communi, prout est dubium, an 138
testes debeant esse rogati in testamento ex forma *cap. cum esses, de testament. ad Gratian. discept.* 93. *num.* 1. & *seq.* & quod rogitus non 139
requiratur, tradit inter alios *Guid. Pap. quæst.* 545. *num.* 10. *in fin.* & *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 126. *nu.* 15. quæ est etiam penes *Gilian. ad statut. Perus. post verb. testamentum, num.* 13.

Respondetur satis esse, si te- 140
stes etiam ab extraneo, & quocunque fuerint convocati, & rogati, & etiam si ab hærede, dummodo patiatur, & consentiat testator, *Purpurat. d. cons.* 441. *num.* 7. *lib.* 2. *Alex. cons.* 47. *num.* 4. *lib.* 2. *Clar. in d. §. testamentum, quæst.* 58. *num.* 6. *Duran. de art. testan. in tit. de testam. caut.* 8. *nu.* 1.

Mantic. de conject. d. lib. 2. tit. 11. *num.* 4. *Montereut. ad statut. Bonon. lib.* 4. *de testamen.* & *ult. volunt.* §. *qui Sacerdos, in verbo descriptus, Gratian. discept.* 550. *num.* 7. 8. & 47. & *d. discept.* 843. *num.* 23. *Magon. d. decis. Lucens.* 32. *num.* 6. atq;
141 sufficere quoque illos rogari ad interessendum in genere, *Mantic. d. tit.* 11. *num.* 1. & 10. *vers. sed ego,* & *vers. seq. Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 533. *num.* 21. & pro rogatione haberi, ac sufficere de consuetudine, si dicat testator, Vos sitis testes, *Mantic. d. tit.* 11. *sub nu.* 14. *Surd. d. consi.* 414. *nu.* 28.
142 satisque esse rogitum præsumptum, & aliquid tale, quod illi æquipolleat, *Gratian. d. discept.* 93. *num.* 1. *et seq. Rot. post Gilian. ad statut. Perus. decis.* 2. *num.* 21. & eo ipso præsumi testes rogatos, ex quo permiserint se describi in testamento, *Surd. d. cons.* 414. *nu.* 22. *Farinac. d. cons.* 97. *nu.* 22. *lib.* 1. & rogationem testatoris non requiri in testamento ad interrogationem, videri sentire *Thesaur. d. quæst.* 99. *num.* 18.

In casu autem præsenti (præterquam testes vocati, & rogati fuerunt à dicto Fr. Francisco Maria ad interessendum dicto testamento, ut in objecto, & de testatoris ordine, ut idem Fr. Franciscus Maria deponit, & est
143 verisimile, dum ex superius deductis probata fuit illius testamenti ordinario, & voluntas testandi, in cujus executionem hoc tendit) iidem testes fuerunt etiam rogati ab ipso testatore, ut deponit D. Carolus Plodius, dictus Fr. Franciscus Maria, & Fr. Rocchus 4. 6. & 9. testis, quorum dictum hanc testatoris rogationem probat, quia testes fuisse rogatos in testamento, & hæc qualitas probatur etiam duobus solis testibus, *Jas. in l.* 2. 144
num. 13. *et seq. C. de bon. possess. secund. tabul. Socin. jun. cons.* 289. *num.* 107. *lib.* 2. *Ruin. d. cons.* 1. *num.* 8. *lib.* 2. *Mantic. de conject. lib.* 12. *tit.* 16. *nu.* 16. *Surd. d. cons.* 414. *num.* 24. *lib.* 3. *Magdalen. de num. test. in testamento, cap.* 15. *num.* 13. & 14. & *cap.* 31. *num.* 6. *par.* 1. *Rot. in Romana Testamenti, seu Hæreditatis* 17. *Junii* 1611. *coram Card. Sacrato, impressa post d. discept. Gratian.* 550. *num.* 46. quod ostendit illius veram dispositionem ad testandum, *Ruin. d. cons.* 1. *num.* 23. *lib.* 2. 145
Rot. apud Gilian. ad statut. Perus. decis. 4. *num.* 6. & 8. tametsi id neget Franciscus Querzola 3. testis, qui est unicus, & potest non audivisse, vel non advertisse. 146
Atque ex ipso actu testandi fuit à testatore in testes jam convocatos, & rogatos à Fr. Francisco Maria consensum, ad *Farinac. d. cons.* 97. *num.* 26. *lib.* 1. 147

Non obstat sextò, quod testamentum prædictum sit invalidum, quia in eo non fuerit servata forma statuti Bonon. *lib.* 4. *de testament.* §. *si verò in guardia vel comitatu,* & §. & *si aliqua ultima voluntas disponentis in dicto pr.* §. quod si in comitatu Bonon. fiat testamentum per quemcunque sanum, vel infirmum, & non adsit Sacerdos secundum idem statutum adhibendus, qui dicat se cognoscere testatorem, sufficiat duos testes descriptos in testa- 148

testamento, vel ipsum Notarium rogatum, & unum de dictis testibus dicere, se testatorem cognoscere, *& in d. §. secundo*, quod, si aliqua ultima voluntas reperiatur non facta, & non scripta prædicto modo, & forma pro non legitima habeatur, nec ex ea aliquid peti possit. Undè cum dictum testamentum non sit rogatum à Notario, nec in eo facta sit aliqua mentio, quod Sacerdos rogatus, vel aliquis ex testibus testatorem cognosceret, testamentum sit nullius roboris.

Etenim respondetur primò.
149 Statutum loqui de testamento in scriptis, ut sonant verba, dum loquitur de scriptura, & de testibus in testamento descriptis, & sentit *Monterent. ad d. statut. in princ. in Verbo Notarii*, & sic illud procedere, quando testator se restrinxit ad testandum in scriptis, non autem in testamento
150 nuncupativo, in quo sat est, ut quis coram septem testibus suam voluntatem nuncupet, *d. §. fin. Institut. de testament. ordinan. ubi glos. in verbo nuncupato, l. hac consultis. §. per nuncupationem, C. de testament. Durant. de art. test. de testament. caut. 1. num. 2. Crass. in §. testamentum, quæst. 10. num. 2.*
151 & hæredem instituat, *Nicol. Bellon. cons. 14. num. 2. & Rot. in d. Romana Testamenti, seu Hæreditatis 17. Junii 1611. coram Card. Sacrato post d. discept. Gratian.* 550.
152 *num.* 39. nec requiritur scriptura, *Nicol. Bellon. d. cons. 14. num. 7. Add. ad Magon. decis. Lucens. 32. littera A. Mantic. de conject. lib. 1. tit. 6. num. 6. Seraph. decis. 623. num. 6. & Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. decis. 533. num. 2. & in d. Romana Testamenti, seu Hæreditatis, penes Gratian. num.* 41. neque Notarius, *Nicol. Bellon. d. cons. 14. num. 2.* nisi ad faciliorem proba- 153
tionem *Mantic. ubi supr. d. decis. 533. num. 24. par. 4. tom. 3. recent.* itaut si scriptura, vel Notarius adhibeatur, non censeatur adhibitio facta pro substantia, sed ad ipsam faciliorem probationem, & ad perpetuam rei Memoriam, *Crass. d. quæst. 10. num. 3. Nicol. Bellon. loc. cit. Ruyn. cons. 1. num. 21. lib. 2. Add. ad Magon. ubi supra, Mantic. loc. cit. Seraph. d. decis. 623. nu. 6. Rot. recent. part. 5. tom. 2. decis. 588. num. 1. & in d. Romana Testamenti, seù Hæreditatis, apud Gratian. num.* 42. nec ex hoc cen- 154
seatur testator sese ad testamentum in scriptis restrinxisse, *Seraph. d. decis. 623. num. 7.* neque 155
testamentum desinat esse nuncupativum per rogitum, & scripturam etiam à Notario confectam, *Rot. recent. d. par. 5. tom. 2. decis. 588. num. 1.* & in nostris terminis, quod secundum jus commune valeat testamentum nuncupativum factum sine Notario, si omni falsi suspicione cessante, vocatis tantum septem testibus, qui de veritate testamenti examinari possint, testator interrogatus fuerit, an faciat hæredem Cajum? & responderit facere, ex quo scriptura, quæ fit à Nota- 156
rio non sit de substantia, sed ad memoriam rei gestæ, & faciliorem probationem, ac ad effugiendum testium examen, tradit *Alciat. respons. 534. Menoch. præfat.*

fat. præſumpt. 8. *num.* 15. *lib.* 4. & *d. conſ.* 45. *num.* 5. & 32. *lib.* 1. & *Gaſp. Ant. Theſaur. d. quæſt.* 99. *ſub num.* 10. 18. & 19.

Cumque propterea in caſu
157 noſtro teſtator ſe non reſtrinxerit
ad teſtandum in ſcriptis, ſeù ad
particularem ſpeciem teſtandi,
ſed tantum ſimpliciter voluntatem
ſuam teſtibus aperuerit,
communis eſt Doctorũ traditio,
ut teſtamentum valeat eo modo,
quo valere poteſt, *Mantic. de conject. lib.* 1. *tit.* 7. *nu.* 6. *Magon. d. deciſ.*
Lucenſ. 32. *num.* 30. *ubi Add. littera*
K. Hieronym. Pantſchman. quæſt.
19. *num.* 14. *par.* 2. Et id procede-
158 ret, etiamſi teſtator incępiſſet ſer-
vare formam teſtamenti in ſcrip-
tis, & forma non fuiſſet perfecta,
Caſtr. conſ. 93. *num.* 4. *verſ. non obſtat* & *ſeq lib.* 1. *Ruyn. conſ.* 1. *ſub*
159 *num.* 21. *lib.* 2. & etiam ſi teſtator
ex intervallo deinde in codicillis
dixiſſet, ſe teſtatum eſſe in ſcrip-
tis, *Caſtr. d. conſ.* 93. *num.* 5. *lib.* 1.
160 & ſufficeret probare teſtamen-
tum per teſtes, *Ruyn.* ubi proxi-
161 mè, cum non ſit credendum,
teſtatorem ſe voluiſſe reſtringere
ad unam tantum ſpeciem teſtan-
di, & elegiſſe viam, propter
quam ſuum juditium impugna-
retur, *Mantic.* & *Magon. ubi ſup.*
Ruyn. d. conſ. 1. *num.* 21. *lib.* 2. ſed
162 voluiſſe teſtari omni meliori mo-
do, quo potuit, *Rot. in d. Romana*
Teſtamenti, ſeu Hæreditatis, penes
Gratian. poſt d. diſcept. 550. *nu.* 42.
163 Et ideo in dubio pro teſtamento
ſit pronuntiandum, & ut actus
potius valeat, quam pereat,
Mantic. loc. cit. & *Add. ad Magon.*
164 *ubi ſup.* & tenenda ſit illa opinio,
quæ teſtamento magis favet,
Rolan. conſ. 81 *num.* 42. *lib.* 1. &
conſ. 30. *num.* 33. *lib.* 3.

Probaturque teſtamentum 165
perfectum ratione voluntatis per
ſeptem teſtes, licet ſit imperfe-
ctum ratione ſcripturæ, ſecun-
dum communem, *Gratian. d.*
diſcept. 550. *nu.* 11. & 12. *Seraph.*
d. deciſ. 623. *ſub num.* 4. & 5. neq; 166
imperfectio illius ſolemnitatis
attenditur ad illud annullan-
dum, ubi non agitur de proban-
do teſtamentum per ſcripturam,
ſed per teſtes, *Gratian. d. diſcept.*
554. *num.* 4. *Seraph. deciſ.* 581. *nu.* 6.
ubi etiam de communi. Et ſuffi- 167
cit, conſtare de indubia volun-
tate teſtatoris per teſtes, quamvis
de illius ordine accerſitus eſſet
Notarius, qui in tempore non
acceſſit *Magon. d. deciſ. Lucenſ.* 32.
num. 43. *juncto num.* 11. Et, cum 168
ipſemet teſtator teſtes rogaverit
ad inteteſſendum, & audiendum
ejus teſtamentum, ut ſupra, eo
magis oſtenditur ejus enixa vo-
luntas, ut ſua diſpoſitio ſubſti-
neatur, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3.
deciſ. 533. *num.* 22.

Reſpondetur ſecundò, ſtatu- 169
tum non imponere neceſſitatem,
ut teſtamenta debeant rogari à
Notario, cum non legantur in eo
verba id importantia, immò
Monterentium in d. verb. Notarii,
intelligere, & ſupponere, Nota-
rium non requiri, dum adnotat,
quod nec etiam de jure com-
muni exigitur Notarius, etiam
ſi loquamur de teſtamento in
ſcriptis, ponderando dictionem,
etiam, quæ explicat caſum ma- 170
gis dubitabilem, & implicat
caſum

casum non expressum, & minus
dubitabilem, *Rot. recent. par. 5.*
tom. 1. decis. 75. num. 5. decis. 100.
num. 14. & decis. 316. nu. 13. & 14.
Proindeque quod in statuto dici-
tur de Notario intelligendum
videtur, præsupposito, quod de
testamento Notarius rogetur,
171 quo præsupposito deficiente defi-
cit, & statutum, ut in simili *Mon-*
terent. ad eundem statutum in princ.
in verbo numerum in fin. & Rot. Bo-
non. super statut. decis. 34. num. 30.
172 *& decis. 83. num. 23.* nec, qui præ-
supponit, circà præsuppositum
aliquid de novo statuit; *Greg.*
decis. 208. num. 2. Rot. recent. par. 4.
tom. 3. decis. 681. num. 13. prout
173 neque verba, quæ præsupponunt,
disponunt, *Beltram. ad Greg. d.*
174 *decis. 208. num. 7.* &, quod testa-
mentum possit etiam de jure
civili rogari à Sacerdote, sentit
Magon. d. decis. Lucens. 32. in prin.
& num. 3. & seq.

Quo verò ad illud, quod in
175 statuto disponitur, ut in testa-
mento in comitatu faciendo
debeant duo testes in illo des-
cripti, vel ipse Notarius rogatus,
& unus de dictis testibus dicere,
se cognoscere testatorem, vide-
tur hæc forma tacitè inclusa, &
servata, dum in effectu testator
cognitus erit omnibus iis, qui
testamento interfuerunt, cùm
omnes essent de eodem loco, &
Parochia, ut clarè patet ex eo-
176 rum examine, & ut forma etiam
statutaria dicatur adimpleta,
satis esse videtur, ut illa sit tacitè,
& virtualiter servata, quamvis
superficialiter servata non videa-
tur, *Paris. cons. 20. num. 14. & 17.*
lib. 4. cum sic cesset causa fraudis, 177
& falsitatis suppositionis personæ,
Anchar. quæst. 10. in fin. lib. 2. &,
quod sufficiat in effectu, quod 178
testes testatorem cognoscerent,
ne falsitas committi posset, sontic
Berò. cons. 1. num. 43. in fine lib. 2.

Respondetur tertiò, testa-
mentum, de quo agitur, factum
fuisse tempore necessitatis, hoc
est in articulo mortis, quæ statim
secuta fuit, quo casu tenet testa- 179
mentum, etiam si in eo non sit
servata forma juris communis,
vel statuti, *Rolan. cons. 30. nu. 11.*
vers. nec habet, & num. 12. vers.
quibus tamen, & num. seqq. lib. 3.
cum necessitas legi non subja- 180
ceat, *Rolan. cons. 81. num. 30. lib. 1.*
& cons. 43. num. 29. lib. 2. remitta- 181
turque forma à jure data neces-
sitatis tempore, *Rolan. d. cons. 81.*
num. 52. lib. 1. cons. 43. num. 41. lib.
2. & cons. 30. num. 13. & 28. vers.
non obstat lib. 3. & licitum faciat 182
necessitas, quod alias est prohi-
bitum, *Gratian. discept. 219. nu. 36.*
neque dicatur, statuto contra- 183
venire, qui contravenit ex neces-
sitate, *Rolan. d. cons. 30. num. 28.*
lib. 3.

Eoque magis cum fuerit adhi- 184
bita diligentia pro habendo in
tempore Notario, qui non potuit
haberi, ut deponunt testes, &
constat, quia supervenit statim
post mortem, & consignata sibi
à dicto Fr. Francisco Maria præ-
fata voluntatis notula, ad effe-
ctum illam reducendi in publi-
cam formam, se tunc de ipsa
consignatione, identitate, & re-
cognitione rogavit, præsentibus
dicto D. Joanne Recuperato Pa-
rocho,

rocho, & omnibus testibus in eadem notula adnotatis, sibi ore proprio affirmantibus, eandem voluntatem scriptam fuisse à prædicto P. Fr. Francisco Maria de ordine, & voluntate dicti olim D. Pauli, ipsis præsentibus, uti testibus adhibitis, vocatis, & rogatis ad interessendum, & audiendum voluntatem dicti Pauli, prout audivisse affirmarunt, & quilibet eorum affirmavit, dictum D. Paulum testatorem reliquisse, ac disposuisse, ut in eadem notula, ut sunt formalia verba Notarii, quæ leguntur à tergo dictæ notulæ, prout in
185 actis. Quæ sola etiam Notarii rogatio, stante legitimo testium numero de hujusmodi dispositione attestantium, videtur testamentum probare, *Gasp. Ant. Thesaur. d. quæst. 99. num. 18. lib. 2.* &
186 testes, qui passi fuerunt se in eo rogari, & describi, videntur eo ipso pro testamento tunc deposuisse, *Surd. d. cons. 414. num. 78. lib. 3. & Rot. recent. par. 4. tom. 3. d. decis. 533. num. 16.*

Responderi posse videtur
187 quartò, statutum hoc non derogare *cap. cum esses de testam.* ut sentit *Monterent. ad idem statut. in princ. in verbo quacunque, vers. turbat tamen, & in verb. de jure*, & sic non procedere de Jure Canonico, & in testamento condito, juxta formam *d. cap. cum esses*, seu quod ex illius forma sustineri
188 possit, non obstante, quod statuta Bonon. sint à Sede Apostolica confirmata in forma specifica, secundum *Buratt. decis. 201.*
189 *num. 2.* dum non constat de expressa voluntate statuentium illi derogandi, nec statutum est cum illius dispositione incompatibile, *Rot. in Perusiana relevationis testamenti 7. Maii 1632. coram Pirovano, penes Gilian. ad statut. Perus. post verb. Testamentum num. 17. & seq. & num. 37. & inter recent. par. 6. decis. 126. num. 8. & seq. & nu. 30. vers. nam omisso*, quæ fuit confirmata 30. *Maii, & 1. Junii 1633. coram bon. mem. Card. Ubaldo, ut per Gilian. in d. verb. statutum, num. 45.* & sentit in simili *Rot. Bonon. super statut. decis. 61. num. 13.* prout ipsum *cap. cum esses*, 190
nec corrigit jus civile *Gratiam discept. 233. num. 52. post Butr. in cap. 1. num. 4. il secondo de constitut.*

Testamentum verò, de quo agimus, conditum, vel sustineri posse videtur ex forma *d. cap. cum esses*, cum simus in Statu Eccle- 191
siastico, & quamvis versemur in prophanis, & ad favorem Laicorum, *Magdalen. de num. test. in testam. par. 2. cap. 8. num. 17. & seq. & num. 25. vers. & quemadmodum*, ubi quod vendicat sibi 192
locum in utroque foro tàm sæculari, quàm Ecclesiastico, & de communi, *Duran. de art. testandi in tit. de testam. ordinan. sub num. 2. & 4. Dec. cons. 284. num. 5. in fin. 6. 7. & 8.* ubi de magis communi, & à qua in judicando non est recedendum, & quod etiam procedit in utroque foro, & quia in 193
dubio favore testamenti judicandum est, *Thes. decis. 180. num. 2. Nicol. Bellon. d. cons. 14. num. 3.* ubi quod hoc habet locum etiam in foro civili, *Hieronym. Pantsch. quæst. 8. num. 12. & 19. vers. aliqui distin-*

[illegible]t, *Thesaur. decis.* 180. *num.* [illegible] *Guliel.n. de Bened. in cap. Raynutius, in verb. testamentum,* 1. *num.* [illegible]2. *de testam.* ubi similiter, quod habet locum etiam in foro sæculari, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *de*[illegible] 556. *num.* 3. *& par.* 6. *d. decis.* 12[illegible]. *num.* 1. *&* 2. quæ est etiam penes *Gilian. post d. verb. testamentum nu.* 10., quja est rogatum à [illegible]cto Fr. Francisco Maria Sacerdote, ac Confessario, qui infirmo testatori assistebat pro, & loco Parochi, & de ejus ordine, cum facultate adnotandi testamentum, & alia supplendi, prout opus fuisset, ut deponit idem Fr. Franciscus Maria, D. Recuperatus Parochus, & Julius Cæsar [illegible]s 6. 5. & primus testis, & [illegible]pleta dicitur forma *d. cap.* [illegible] *esse*, si testamentum rogatum sit à Sacerdote, qui sit loco Parochi, *Corn. cons.* 8. *nu.* 14. *lib.* 2. [illegible]*an. d.* [illegible] *test. d. tit. de testam.* [illegible] *t.* 2. *num.* 2. *vers. advertendum tamen est, Borell. in sum.* [illegible] *tit.* 5 *num.* 1. *lib.* 2. vel à Confessario, *Magdalen. de num. test. in testam. d. par.* 2. *cap.* 8. *sub num.* 5. *Put.* [illegible] 431. *num.* 1. *lib.* 1. *juxta* [illegible] *impress.* in quibus omnibus viget ratio, quod censeantur [illegible] notas voluntates Parochianorum, seu pænitentium, [illegible] *cons.* 284. *sub num.* 6. quid[illegible] aliud in simplici Confessario, seu Administrante eidem Sacramenta teneat *Corn. cons.* 77. [illegible] 2 *vers. nec obstat lib.* 1.

[illegible] testamentum teneat [illegible] ut sit in statu validitatis [illegible] terminos *d. cap. cum esse*, *Rot. in d. Perusiana Releva-*
tionis [illegible] *n*[illegible].
43. *&* [illegible] 6 [illegible]
126. *num.* 3[illegible] *in* [illegible] cu[illegible]oli-
tio eo fortius intrat in p[illegible] 197
casu, cum testator esset non
solum ægrotus, sed in extrema
voluntate constitutus, & in[illegible]e
immediatè decesserit, *Guid. Pap.*
quæst. 543. *num.* 1[illegible] *in fin.* 11. *&* 12.

Atque, sicuti annullatio primi 198
testament[illegible] solemnis sufficit pro-
bata per tres testes, *Ruyn. d. cons.*
9. *num.* 11. *lib.* 2 ita ipsum primum 199
testamentum solemniter factum
revocatur per secundum factum
juxta formam *d. cap. cum esses*,
Butr. in cap. in præsentia de p[illegible]*t.*
Ruyn. d. cons. 9. *num.* 18. *in fin. lib.* 2.
Rolan. d. cons. 33. *num.* 41 *juncto*
num. 18. *& seq. lib.* 3. atque per 200
secundum non habens adeo ple-
nas solemnitates, ut primum,
quando secundum sustineri po-
test aliquo jure speciali, *Rol. d.*
cons. 33. *num.* 21. *lib.* 3. *Magon. d.*
decis. Lucens. 32. *num.* 33. prout
primum solemne, in quo extra- 201
nei sunt instituti, revocatur per
aliud etiam minus solemne, in
quo sunt instituti venientes ab
intestato, ut hic, *Ruyn. d. cons.* 9.
num. 7. *lib.* 2. Videturque jus Ca- 202
nonicum attendendum, quam-
vis redundet in præjudicium
Ecclesiæ, & sic Monasteriorum
adversariorum, cum illud liget 203
omnes in genere, *Butr. in cap.* 1.
num. 1 *de Constit.* servarique de- 204
beat in Statu Ecclesiastico, etiam
in causis prophanis, *D*[illegible]
23[illegible]. *num.* 2. ac eo regitur Eccle- 205
sia, *Abb. in cap. cum consuetudinis*
num. 3. *de consuetud.* quæ uti d[illegible]t 206
jure communi, *J. S. in l.* 1. *n.* 16.

C. de Sacrosf. Eccles. Gulielm. de Benedictis in cap. Raynutius par. 3.
207 *in quaest. de Episcop. num.* 11. & cui
non est favendum cum alterius
jactura, *Gait. de [illegible] cap. 4. quaesit.*
208 11. *num.* 2041. dum eadem est
cultrix, & amatrix Justitiae, *Jas. in l. quoties num.* 9. *C. de rei vendic. Gulielm. de Bened. ubi sup. num.* 10.
209 *in fine*, & vivere debet secundum
conscientiam, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 493. *num.* 29.

Quibus non repugnat primò,
210 quod Bononiae servandum sit jus
Civile, ubi municipale non disponit, ut mandat Statutum *lib.* 6.
211 *de conclus. stat. ut.* §. *poen.* & ubi tale
viget Statutum, ut Romae, non servetur dispositio *d. cap. cum esses*, *Magdalen. de numer. test. in testam. d. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 25. & *seq. Gratian. discept.* 233. *num.* 52. *Fenzon. ad statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 8. *Rot. in d. Perusiana Relevationis testam. apud Gilian. ad statut. Perus. post d. verb. [illegible] stam. num.* 34. & *inter recent. par.* 6. *d. decis.* 126. *nu.* 27. & 28.

212 Quoniam respondetur, Statutum disponere, ut servari debeat jus Civile in quolibet casu, in quo jus municipale non disponit, sed circa formam testandi, in qua versamur, jus municipale disposuit, ut supra, ergo &c. At quia disponendo non fecit aliquam mentionem, nec expressè derogavit *d. cap. cum esses*, & est dispositio Statuti cum eo compatibilis, illud remanet in suo robore, ut in *d. Perusiana Relevationis Testamenti, [illegible] num.* 17 & *seq.* & [illegible] *n.* 3[illegible] & *in recent. par* 6. *d. decis.* 1[illegible] 8. & *seq.* & *num.* 30 *vers. [illegible]*

Nec obstat simile de [illegible] Urbis; quia illud non disponit circa formam testandi, & progreditur ulterius disponendo, ut post Jus Civile in subsidium recurratur ad jus canonicum, ut in eodem statuto, & annuit *Rot. in d. Perusiana Relevationis Testamenti apud Gilian. num.* 34. & *in recent. d. par.* 6. *decis.* 126 *num.* 27. ex quo propterea, derogatum 213
dicitur dicto *cap. cum esses*, vel intrare repugnantiam, cum non possint servari statuta, & jus canonicum, ut dicitur in *d. dec[illegible] d. num.* 34. & 28. respectivè, & quod plus est, statuta Urbis condita fuerunt à deputatis à Papa,
& de illius ordine, & dicuntur 214
Papalia, seu confirmata in forma specifica, ut per *Fenzon. in adnotat. ad ipsa statuta in princ num.* 26. & *seq.* & statuta Bononiae 215
confirmata sunt in sola forma communi, ut fuit resolutum in *Bonon. successionis* 9. *De[illegible] 1632. coram Card. U[illegible]*, & fuit dictum in *Bonon. fideicommissi s. de Blanchis* 14. *Januarii* 1636. *coram Royas, impress. inter recent. par.* [illegible] *decis.* 84. *num.* 8. & *in Bonon. C[illegible] sus* 4. *Maii* 1643. *coram R. P. D. Ghisilerio*, quibus stantibus [illegible] 216
videtur faciendum aliquod fundamentum in supradicta praecedente decisione *Buratt.* 20[illegible] 2 nec in *Bononien. de Mich[illegible]* 4 *Julii* 1618. & 13 *Ma[illegible]* 16[illegible] *coram bon. mem. Fra[illegible] U[illegible]*, contrarium affir[illegible], quia fuit ex his ab il[illegible] *Rot. rec p.* 7. *decis.* 3[illegible] posteriora derogant [illegible] *Gratian. discept.* 2[illegible]

lo[illegible]

scept. 940. *num.* 37. & Greg. *decis.*
217 267. *num.* 9. & quia in his ex professo, seu principaliter fuit articulus discussus, & ibi incidenter, vel non ita ex professo, *Rot. rec. p.* 4. *tom.* 2. *decis.* 128. *num.* 28. *& par.* 7. *decis.* 17. *nu.* 9. & ulterius dictas decisiones contrariæ procedunt, & loquuntur in particulari statuto de contractibus, ut declarat *Rot. in d. Bonon. Census* 4. *Maii* 1643. *coram R. P. D. Ghisilerio.*
218 Confirmatio verò in forma communi, & quæ non continet statutorum tenorem, nec ubi illa non fuerunt condita de mandato Papæ, non sufficit ad substinendam derogationem juris Canonici, & dicti *cap. cum esset, Rot. in d. Perusina relevationis Testamenti, penes Gilian. num.* 38. *& par.* 6. *recent. d. decis.* 126. *num.* 31. Quare etiam
219 dubitari potest, an hujusmodi statutum Bonon. mandans servari Jus Civile valeat ut potè contra libertatem Ecclesiasticam, & inhonestum, ut per *Monterent. ibi in verb. Jus commune Civile.* Et, quod Bononiæ valide testari possit secundum formam *d. cap. cum esses,* sentit *Rot. rec. p.* 4. *tom.* 3. *dec.* 556. *num.* 6.

Neque etiam prædictis repugnat secundò, quod non videatur dictum testamentum conditum juxta formam *d. cap. cum*
220 *esses,* quia ex illius dispositione sufficit numerus duorum, vel trium testium, ut in eodem capitulo, & tradit *Rolan. cons.* 33. *nu.* 41. *lib.* 3. *& Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 556. *num.* 5. *& par.* 7. *decis.* 115. *num.* 7. *Cavaler. decis.* 497. *num.* 3. & in præsenti casu adhibiti fuerunt testes octo.

Nimirum respondetur, superfluum numerum testium, & pinguius formæ adimplementum, ac abundantem cautelam non vitiare, *l. hæredes palam,* §. 1. *ubi glos. in verb. exaudire, ff. qui testam. fac. poss. & l. testamentum, ubi gl. in verb. superflua, C. de testam. Monterent. ad d. statut. in rubr. de testam. in princ. in verbo Sacerdos, & in* §. *qui Sacerdos in verb. & unus, Rolan. d. cons.* 33. *sub num.* 43. *lib.* 3. Quinimmò major nu- 221
merus testium eo magis sustinet testamentum, nam quatenus dubitari posset, an dictus Fr. Franciscus Maria valeret fungi vices Parochi, quia illi non esset commissa universæ Parochiæ cura, *Durant. de art. testan. d. tit. de testam. ordin. caut.* 2. *vers. animadvertendum tamen est, & Magdalen. de num. test. in testam. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 5. vel quia Parochus non potuisset eum substituere, vel quia non benè constaret, ipsum esse testatoris Confessarium, adhuc dispositio *d. cap. cum esses,* locum haberet, quia, ut illa 223
procedat, sufficit, si testamentum fiat, vel factum sit coram quatuor testibus sine Parocho, eo quia duo testes non sunt mi- 224
noris fidei, quam Parochus, *Calder. cons.* 8. *circa med. vers. sed posito, de testam. Magdalen. de num. test. in testam. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 9. *& sequit. Hieronym. Pantschman. quæst.* 8. *num.* 19. *par.* 2. ubi de magis communi *Duran. de art. testan. d. tit. de testam. ord. caut.* 2. *num.* 3. *&* 4. *Rolan. cons.* 33. *num.* 42. *&* 43. *lib.* 3. *Dec. cons.* 284. *sub*

num. 7. *& 8. Nicol. Bellon. d. conf.* 14. *nu.* 3. *Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius in verb. testamentum* 1. *num.* 92. *de testam. Rot. recent. par.* 5. *tom.*2. *decis.* 459. *num.* 14. *Cavaler. d. decis.* 497. *num.* 3. & quod
225 sustineatur testamentum ex dispositione *d. cap. cum esses*, etiam conditum cum majori numero testium, sentit *Durant. d. num.* 4. *in fin.* dum ibi habet, quod in defectu Parochi debent saltem adhiberi quatuor testes, & sic utendo verbo, saltim, denotat, ut possint, vel etiam cautius sit, plures etiam adhibere, & quod à fortiori in Terris Ecclesiæ valeat testamentum cum numero testium ultra quatuor, tenet *Dec. d. conf.* 284. *sub num.* 7. *& Nicol. Bellon. d. conf.* 14. *num.* 1. *& seq.*

Non obstat septimò principa-
226 liter, quòd, quando testator declaravit voluntatem suam coram testibus sine scriptura, vel cum scriptura, nec à se, nec à testibus subscripta, necesse est, ut omnes testes, testatore defuncto, coram Judice deponant de integro testamenti tenore, & illud per Judicem publicetur, *l. publicati, C. de testament. Durant. de art. testan. in tit. de testam. ordin. caut.* 1. *sub num.* 2. *& caut.* 7. *num.* 1. *&* 2. *Mantic. de conject. lib.* 1. *tit.* 5. *nu.* 7. *Magon. decis. Lucen.* 32. *num.* 1. ubi *Add. litt. A. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *d. decis.* 533. *num.* 6. *& seq.* adeo
227 ut, si interim testis aliquis moriatur testamentum, vel ejus probatio corruat, *d. decis.* 533.
228 *num.* 9. & dum agitur de testamento nuncupativo redigendo in scriptis ex testium depositionibus, debent in depositione testes omnes esse conformes, alias, si unus in depositione deficiat, tota corruat dispositio, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 588. *num.* 16. nec, ubi testator elegit 229
testamentum condere coram certo numero testium, ut pura coram septem testibus, pauciores sufficiant, *Rot. in d. Romana Hæreditatis de Bellavita* 5. *Maii* 1600. *coram Justo, post d. conf.* 97. *Farin. lib.* 1. *num.* 32. Et in præsenti casu non videantur omnes omninò conformes, & maximè circa sanam mentem testatoris, ut supra, & circa ordinem datum à testatore Fr. Francisco Mariæ super adnotatione testamenti.

Enim verò respondetur, Vel notulam, & cædulam dicti testamenti fuisse redactam in publicam formam, seu testium attestationem fuisse reductam in scriptis in ipsa die conditi testamenti, dum, ut supra, in eodem loco iidem testes, antequam discederent, & ad extraneos actus diverterent, coram Notario deposuerunt super veritate, ac identitate scripturæ, & dispositionis, prout in ea, & de eorum interventu, & rogitu, quod videtur sufficere, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 533. *num.* 12. *& seq. & par.* 7. *decis.* 108. *num.* 5. *in fin. & seq.* & habere vim subscriptionis, quæ depositionem operatur, *d. decis.* 533. *num.* 16. cum maximè non potuerint testes circa notulam falli, quia illi sibi semper præsens fuit, & Notarius sit etiam Judex, *glos. in l.* 1. *ff. de judic. & in l. fin. C. ubi & apud*

quem

quem &c. Durant. de art. testan. in tit. de his, qui non hab. fact. testam. caut. 1. *sub num.* 2. & non sit no-
233 vum, quod in comitatu, & Ruri possit Notarius simul fungi Notarii vices, & Judicis, ad *Corn. cons.* 73. *num.* 13. *lib.* 2.

Vel fuisse testamentum, & examen publicatum, & relevatum, dum ex parte dictæ D. Petronillæ Mariæ, prævia dictæ cedulæ testamenti productione, fuerunt dicti testes examinati coram D. Auditore Generali, & ab eodem obtenta immissio sub die 6. Aprilis 1647. ut fuit doctum in actis; etiam quod tunc non fuerit pars adversa citata, cum non esset illius interesse, & testamentum detectum, nec
234 præsens causa mota, nec citandus sit, qui interesse, vel jus non habet, *Buratt. decis.* 423. *num.* 7. *& decis.* 723. *num.* 10. nec possidet, *Menoch. de adipiscen. remed.* 4. *num.*
235 458. *& seq.* nec ille cujus jus, vel possessio ignoratur, *Menoch. ibid. num.* 464. *& seq. Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 533. *num.* 29. *vers.*
236 *nec obstare, & num.* 30. nec est adhuc contradictor, vel in causa *d. decis.* 533. *num.* 30.

Vel demum satis testamenti tenorem probari per dictos testes formiter in hac causa, citata parte, & cum illius interrogatoriis, ac Interprete examinatos, seu illius scripturam per eorum dictum fidem mereri; Tum
237 quia super illius tenore omnes omninò concordant in substantia, & præsertim in hæredum institutione *l. fin. in fin. C. de testam. Rot. recent. d. p.* 4. *tom.* 3. *decis.* 533. *num.* 26. *Buratt. decis.* 456. *num.* 5. *&* 14. *& in simili idem Buratt. decis.* 43. *num.* 20. Tum quia 238
ad hujusmodi testamenti tenorem, seu scripturam probandam sufficiunt etiam duo testes testamentarii, qui vocent se in contestes, & nominent etiam alios in testamento descriptos, seu qui adfuerunt, prout in casu nostro, *Durant. de art. testan. d. tit. de testamen. ordin. caut.* 2. *num.* 6. *Buratt. d. decis.* 456. *num.* 5. *& Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 533. *num.* 28. *&* 29. & eo magis sufficiunt qua- 239
tuor, *Nicol. Bellon. d. cons.* 14. *nu.* 3. cum maximè non constet, quod testator testando se restrinxerit 240
ad præcisum numerum testium, qui in testamento adhibiti fuerunt, neque hic agatur de aliis 241
hæredibus, qui se institutos prætendant in eodem testamento ob testatoris incontinenti mutatam voluntatem, ut erat casus *d. decisionis Romanæ Hæreditatis de Bellavita coram Justo, post d. cons. Farinac.* 97. *lib.* 1.

Neque relevare videntur prætensæ exceptiones contra aliquos testes deductæ, quia sunt leves, 242
nec respiciunt substantialia, in quibus sufficit testes esse concordes, *d. decis.* 533. *num.* 37. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* & testium dicta 243
sunt coadiuvanda, non cavillanda, *ead. decis.* 533. *num.* 38. *& par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 511. *num.* 11. *& par.* 6. *decis.* 277. *num.* 21. *& Greg. decis.* 478. *num.* 6. atque tolluntur ex- 244
ceptiones ex testium numero, & aliorum habilitate, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 136. *num.* 7. *&* 8. *par.* 6. *decis.* 277. *num.* 19. 20. *&* 22.

22. *& par.7. decis.* 182. *num.*31. *&*
decis. 213. *num.* 7. *& penes nostrum*
tract. mand. de manuten. decis. 529.
num. 11. *Greg. decis.* 340. *num.*6. *&*
7. *& decis.* 471. *num.* 11. *& Buratt.*
decis. 79. *num.* 10. *decis.* 143. *num.*
12. *& ibi Add. litt. D. decis.* 349.
num. 5. *decis.* 572. *nu.* 11. *decis.* 727.
245 *num.* 12. *decis.* 901. *num.* 17. etiam
ad effectum, ut censeantur omni
exceptione majores, *Greg. decis.*
246 351. *num.* 4. atque etiam si omnes
exceptiones aliquas paterentur,
ubi testes sunt ultra numerum
trium, *Rot. recent. d. par.* 5. *tom.* 1.
decis. 138. *num.* 8. licèt hoc videa-
tur dubium, secundum *Buratt.*
d. decis. 143. *num.* 12. & ibi *Add.*
247 *num.* 38. & contrarium sentiat
Rot. recent. par. 5. *tom.* 2. *decis.* 477.
num. 11. *&* 12. & quod sit Judici
arbitrarium, tradat *Buratt. loc. cit.*
num. 13.

Non obstat octavò aliud sta-
tutum Bononiæ *lib.2. de prob. solut.*
§. præterea, juncto §. salvo quod,
248 disponens, quod testamentum,
& ultima voluntas non possit te-
stibus probari, sed tantum illis
corroborari, & coadiuvari scrip-
tura publica, & sic statutum ex
inclusione scripturæ publicæ ex-
cludat examen testium in scrip-
249 tura privata, & privata sit illa,
de qua agitur, cum sit de ea
rogatus Sacerdos, *Dec. cons.* 120.
num. 1. *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 227.
num. 16.

Si quidem, ultra quod sche-
dula, de qua agitur, fuit ut supra
incontinenti in publicam for-
mam redacta à Notario Terræ
Plebis Centi, qui, licet esset tunc
250 etiam Sacerdos, attamen, cum
prius fuisset Notarius, & uti talis
se rogaverit, illius scriptura fi-
dem facit, *Duran. de art. testan.*
tit. de testam. ordinan. caut. 7. *nu.* 1.
& eo magis stante dispensatione 251
Pontificia ad ipsum Notariatum
exercendum, de qua ille in rogi-
tu mentionem facit, & illum 252
esse talem, & suis scripturis fidem
dari probatur ex legalitate Com-
munitatis dictæ Terræ Plebis
Centi, de qua in actis, *Greg. dec.*
38. *num.* 4. *Buratt. decis.* 878. *nu.* 1.
& Rot. recent. par. 7. *decis.* 284.
num. 13. *& decis.* 294. *num.* 26. *&* 27.
& statutum non potest tollere, 253
quin veritas aliter, quàm per in-
strumentum probari possit, *Bu-*
ratt. decis. 798. *num.* 4.

Respondetur primò, statutum 254
loqui, & intelligendum esse de
jure civili, secus de jure Canoni-
co, & Divino, secundum quod
in ore duorum, vel trium stat 255
omne verbum *cap. in omni negotio.*
de testib. Durant. de art. testan. tit.
de testam. ordinan. caut. 2. *num.* 4.
& in quo deficit statuentium
potestas, & voluntas, juxta supe-
rius dicta.

Respondetur secundò, statu-
tum non excludere probationem
per privatam etiam scripturam,
quæ aliquam etiam fidem de per
se faciat, & testibus comproban-
da sit, sed excludere coadiuva-
tionem per testes ejus scripturæ
privatæ, quæ de per se nullam
prorsus faceret probationem, ita
ut tota probatio in testibus consi-
steret, quia sic quilibet posset 256
fraudolenter ex suo capite priva-
tam scripturam confingere, &
illam cum testibus producere,

Mon-

M[illegible] ad d. Statut. de probat. ſo[illegible]. § & exadverſo in verb. poſſint, et d. §. ſalvo, quod in verbo, publica ſcriptura, Rot. Bonon. diverſ. ſup. ſtatut. deciſ. 15. *num.*8. *et deciſ.*
257 65. *num.* 123. *et* 124. Scriptura verò, de qua modo agitur, facit aliqualem ſaltem probationem præſumptivam, *Rolan. conſ.* 27. *num.* 14. *lib.* 1. ut dicitur de qualibet ſcriptura etiam domeſtica, *Rot. recent. par.*6. *deciſ.* 244. *nu.* 10.
258 propter præſumptionem, quæ eſt, quod quis de facili non faciat falſam ſcripturam, *Rolan. d. conſ.*
259 27. *num.* 14. *lib.* 1. & præſtat inditium *Ruyn. conſ.* 134. *num.*7. *lib.* 5. & adminiculum, *Buratt. deciſ.* 358. *num.* 9. *Rot. recent. par.* 3. *deciſ.* 498. *nu.* 4. *et poſt* 2. *vol. conſ. Farin.*
260 *deciſ.* 277. *in fin.* & eo magis cum ſit veriſimilis, *Gratian. diſcept.*
261 754. *num.* 29. & contineat teſtes, & publicum inſtrumentum recognitionis per Notarium in ejus
262 calce rogatum, ut ſupra, cui aſſerenti, ſe rogatum eſſe ſcripſiſſe, & publicaſſe creditur, *Gratian. deciſ. Marcb.* 166. *num.* 14.
263 teſtibus præſertim ad actum adhibitis, *Put. deciſ.* 5. *num.* 1. *lib.* 3. juxtà veterem impreſſionem,
264 adeo ut agatur de probationis confirmatione, & corroboratione, non de principali, nova, & integra probatione conſtituenda, & inducenda per ſolum examen teſtium, *Menocb. de adipiſc. remed.* 4. *num.*919. Attento maxi-
265 mè, quod inter teſtes connumerari poteſt, & ad hunc finem inductus, & examinatus fuit etiam dictus Fr. Franciſcus Maria, qui dictam notulam, ſeu ſchedulam ſcripſit, & ſubſcripſit, teſtamentumque rogavit, quidquid aliud eſſet in teſtamento in ſcriptis, & probatione facienda per ſolam ſcripturam, quo caſu inter teſtes Notarius non connumeratur, *Magdalen. de num. teſt. in teſtam. par.* 1. *cap.*29. *num.* 8. *Hieronym. Pamtſchman. quæſt.* 3. *num.* 50. *Bero. conſ.* 2. *num.* 6. *& ſeq. lib.* 2. *Ruyn. conſ.* 1. *ſub num.* 21. *lib.*2. *Put. deciſ.* 382. *num.* 2. *lib.* 1. *jux. veterem impreſſ.* Et etiam attento ſuperiori quoque examine eorumdem teſtium coram D. Auditore Generali, quod etiam facit ſaltem 266
adminiculum, *Rot. poſt* 2. *vol. conſ. Farin. deciſ.* 277. *num.*5.

Reſpondetur tertiò, Statu- 267
tum prædictum loqui, & poſſe procedere in Actore prætendente immiſſionem, ad quam requiritur teſtamentum in ſcriptis, ſecus in Reo, prout eſt dicta D. Petronilla Maria, & ad effectum excipiendi, & impediendi alterius immiſſionem ex alio teſtamento, quia tunc admittitur probatio teſtamenti per teſtes, ſi illa in continenti fieri poſſit, *Menocb. de adipiſc. d. remed.* 4. *num.* 781. *in fin.*

Quarto reſpondetur non ob- 268
ſtante ſtatuto prædicto, poſſe probari teſtamentum per quinque teſtes, ut dixit *Marſil. in rubr. C. de probat. num.* 38. *& melius in ſingulari* 157. dicens poſt alios non eſſe oblivioni tradendum, *& Laur. de Pinu ambo Bononien. conſ.* 26. *num.* 1.

Et ita utraque parte informante reſolutum fuit. Atque ita nos Judices delegati ad referen-

rendum Eminentiss. D. Cardin.
Legato pronunciandum esse retulimus, & alias prout in sententia sub hac eadem die emanata, ad quam &c.



R. P. D. BICHIO

Bonon. Hæredit. de Burgognoni.

Veneris 24. *Martii* 1651.



Monasteriis Sanctorum Dominici, & Martini de Bononia petentibus immissionem ex primo testamento condito de anno 1637. à Paulo Burgognono annuendum non esse
269 Rota censuit, quia illud per aliud
testamentum posterius ad favorem matris, & uxoris testatoris Conditum de anno 1647. revocatum fuit, *ff. posteriore i. stit quib. mod. testam. [illegible] Bart. in l. si jure num. 3. ff. leg. 3. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 48. num.* [illegible]

Neque urgent objecta adver-
270 sus posterioris testamenti validi-
tatem ad hunc effectum necessarium *l. si [illegible], ff. leg. 3. Aret. in d. [illegible] posteriore num. 2. Mantic. de conject. lib. 12. tit. 1. num. 39.* Quod enim hæredes in eo instituti fuerint prævia interrogatione Fratris Francisci Mariæ Jacomelli viri Religiosi, testatorem tunc morti proximum ad æternam salutem coadiuvantis, qui fertur interrogasse testatorem, an vellet [illegible] hæreditatem matri,
271 & [illegible] relinquere, non
est momenti, quando testator mentis Compos erat, ac articulate & distinctè loquebatur, quia tunc ejus voluntas est clara, & à testibus audita, nec præsumitur ab interrogante seducta, vel extorta, cum testator sciret, & posset negativè respondere, &
de cætero permissum sit etiam in 272
extremis laboranti condere testamentum, ad alterius maximè non suspecti interrogationem, ut post *Alex. Socc. Cravett. Corn. Silvan.* & plures alios tradit, *Surd. cons. 414. num. 58.* ubi ait his duobus concurrentibus neminem inveniri, qui contrarium sentiat, *Salon. de Pace cons. 7. lib. [illegible] num. 15.* ubi quod in his terminis opinio *gl. ff. singularis in l. jubemus verb. quemadmodum. C. de testam.* testamentum validum esse affirmantis communiter approbata est in judiciis, & in scholis, *Farinac. cons. 97. nu. 16. lib. 1. Me[illegible]h. cons. 45. num. 35. & præsumpt. 8. num. 14. lib. 4. Perez. cons. 9. nu. 5. M[illegible]n. recollect. lib. 5. tit. 4. lib. 1. [illegible] 16. sub num. 12. vers. Sed quotie, Grat. discept. 659. num. 11. Fusar. de subst. quæst. 288. num. 1. & 2. Clar. in §. testamentum, quæst. 37. num. 3. C[illegible] contr. 407. [illegible]n. 99. & 244. Argenter. cons. [illegible] Brittan. cap. 581. num. 2. G[illegible] decis. 46. [illegible] 5. Per[illegible] de [illegible] Patavin. 80. num. 5. Rot. d[illegible] 658. num. 1. & 8. par. 1. di[illegible] 581. num. 31. & 32. [illegible]erti,* quod ferè omnes Do[illegible]
quuntur etiam, quando agitur 273
de præcedentis [illegible] revocatione, & etiam [illegible] esset factum ad favorem [illegible] causæ

causæ *par. 4. tom. 3. recent.* aliosque in terminis revocationis prioris testamenti allegat *Moder. Carpen. controver. foren. cap. 3. num. 32.*
274 *& seqq.* nam præsumptio, quod laborans in extremis noluerit revocare primum testamentum bona valetudine conditum *Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 4. nu. 150. Sesse decis. Aragon. 56. sub num. 30. vers. tertia limitatio, Menoch. præsump. 7. nu. 40. vers. quartum lib. 4.*
275 cedit veritati per secundum testamentum rectè compositum patefactæ, *Castr. in l. sancimus nu.*
276 *5. C. de testam.* semperque mens Testatoris etiam ab emittente spiritum, si alioquin sani Judicii ædita servanda est *Castill. de conject. ultim. vol. cap. 27. nu. 5. Ciriac. contr. 407. num. 115. Rot. inter cons. Farin. cons. 97. num. 30.*

277 Faciliùs ubi testator interroganti non respondit simpliciter per verbum Sic, quod plerunque in mortis agone positi adhibere solent, ne geminatis astantium interrogationibus turbentur, sed ipsa nomina hæredum protulit, & per verba dispositiva eos se hæredes facere declaravit *Surd. d. cons. 414. sub num. 58. vers. ubi dicit, & num. 62. post Alciat. cons. 534. num. 12. alias cons. 78. tom. 3. lib. 9. num. 12. vers. quæ limitationes, Socc. Jun. cons. 144. num. 54. lib. 2.*
278 Eoquè magis si constat de præcedenti deliberata voluntate testandi; nam utrumque seriam, liberamque fuisse testatoris dispositionem demonstrat, ac excludit omnem fraudis suspicionem, ob quam in aliis casibus, de quibus Doctores pro contraria parte allegati loquuntur, testamentum ab oppresso gravi morbo conditum ad interrogationem alterius executionem non meretur *Surd. d. cons. 414. nu. 53. in fin. Menoch. d. cons. 45. num. 36.* ubi quod in his terminis nulla est 279
Constituenda differentia, quod agatur de revocatione testamenti jam conditi, vel non *Ludovic. Bell. cons. 54. num. 3. vers. si non constet, Gabr. de testam. conclus. 2. num. 17. & 19. Thes. Jun. quæst. 99. num. 6. vers. 3. quod procedat, & vers. nisi clarè constaret, & vers. quamvis, & num. 7. circa fin.* ubi quod mortis proximitas non est 280
ita attendenda, quin magis consideretur mentis sanitas, & præambula voluntas testandi, *& nu. 15. & 16. vers. quando constaret lib. 2. Mant. de conject. lib. 2. tit. 6. sub num. 9. & 10. Sesse decis. Aragon. 56. sub num. 30.*

In casu verò nostro deliberata voluntas testandi probatur ex tribus testibus, nempè 1. 2. & 8. qui sufficiunt ad probandam 281
præambulam voluntatem testatoris, quam solemnis dispositio subsecuta fuit, juxta not. per *Doct. in l. hæredes palam, §. si quis postea, ff. de testam. Bart. in l. 2. nu. 39. ff. de vulg. & pupill. Surd. cons. 129. num. 29. & cons. 414. num. 67. Jo. Franc. à Ponte cons. 63. num. 9. lib. 1. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 20. num. 410. Buratt. decis. 616. num. 16. Rot. inter recent. decis. 765. num. 6. & 2. seqq. par. 2. & in puncto plures concord. refert Altograd. cons. 73. num. 3.* deponentibus, quod ante interrogationem Fratris Francisci Mariæ testator de-

claraverat se velle testari, faciendo ad hunc effectum perquiri Notarium, quod in puncto ponderat *Surd. d. cons.* 414. *sub num.* 54. *infra med. ibi, ut quia Notarium &c. Neguſ. quæst.* 18. *sub nu.* 4. *vers. nec apparet, Menoch. d. præsumpt.* 8. *num.* 34. *lib.* 4. *Pappon. cons.* 36. *num.* 50. *Aym. cons.* 117. *num.* 1. *Thes. d. quæst.* 99. *num.* 6. *in fin.* ubi quod sufficit aliquo modo constare de præcedenti voluntate *lib.* 2. & mandando eidem Fr. Franc. Mariæ, ut testamentum scriberet, pro ut scrip-
282 sit, & de mandato testatoris scripsisse præsumitur, *Decian. cons.* 7. *num.* 4. *lib.* 4. *Gabr. de testam. conclus.* 2. *num.* 15. *Ciriac. contr.* 407. *num.* 98. & in puncto testamenti Conditi ad interrogationem, *Rimin. Jun. cons.* 261. *num.* 7.

Insuper omnes testes deponunt, testatorem articulatè respondisse, *Che lasciava mezza la sua robba à sua Madre, e mezza à sua Moglie*, & 2. 3. 4. 6. *&* 9. affirmant, quod erat sanæ mentis, licet paulo postea decesserit;
283 pro ut etiam lex præsumit, nisi contrarium probetur *cap. fin. de success. ab intest. cum aliis alleg. in decis.* 34. *num.* 7. *par.* 5. *decis.* 298. *num.* 17. *par.* 7. *recent. in puncto, Anton. Perez cons.* 9. *num* 6. *Gomes.*
284 *in l.* 3. *Thesaur. num.* 103. & ipsa dispositio facta ad favorem matris alias ab intestato successuræ demonstrat, *Hond. cons.* 78. *nu.* 61. *lib.* 2. *Mant. de conject. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 7. *Ciriac. contr.* 407. *nu.* 115. *Rot. decis.* 570. *num.* 20. *&* *decis.* 581. *num.* 45. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* Unde curandum non est de tribus testibus contrarium asserentibus; nullam enim reddunt sui dicti rationem explicando actus non sanæ mentis, ut debuissent 285
Buratt. decis. 256. *num.* 9. *Duran. decis.* 178. *num.* 17. *Rot. in recent. decis.* 233. *num.* 26. *&* 28. *par.* 7.
Et, præter quod iidem testes 286
aliter prius judicialiter, ac extrajudicialiter deposuerant, eliduntur à pluribus de sana mente testantibus, *Ciriac. d. contr.* 407. *num.* 261. *Rot. d. decis.* 570. *nu.* 17. *in par.* 4. *tom.* 3. *recent.* concurrente 287
maximè præsumptione educta ab institutione matris, ut in his terminis respondit *Menoch. cons.* 45. *num.* 41. *&* *præsumpt.* 8. *sub nu.* 34. *vers. tertium est signum lib.* 4. *Rot. d. decis.* 570. *in fin.*

Defectum rogitus testium exadverso allegatum tollunt 4. 6. & 9. testis, qui asserunt testes in testamento adhibitos, fuisse à testatore rogatos; id quod etiam 288
duobus testibus probari posse tradit *Mant. de conject. lib.* 12. *tit.* 16. *nu.* 16. *Surd. d. cons.* 414. *nu.* 24. aliique relati in *Romana Testamenti, seu hæreditatis* 17. *Junii* 1611. *coram Card. Sacrato impress. apud Grat. discept.* 550. *num.* 46. & satis esse à quoque testes rogati 289
fuerint præsente testatore, & patiente voluit *Alex. cons.* 47. *num.* 4 *lib.* 2. *Mant. de conject. lib.* 2. *tit.* 11. *num.* 4. *Grat. d. discept.* 550. *num.* 7. *discept.* 843. *num.* 23. *Magon. decis. Lucen.* 32. *num.* 6.

Nihilq; refert, quod neq; duo ex testibus rogatis, neq; unus ex illis, & Sacerdos, qui testamentum scripsit se cognoscere testatorem dixerint, ut requirit *Statutum*

tutum Bononiæ lib. 4. tit. de testam. §. si vero in guardia, & §. & si aliqua, ubi disponitur, quod alias ultima voluntas pro non legitima ha-
291 beatur; Cum enim forma hæc Statutaria, esto substantialis esset respiciat certum effectum obviandi scilicet fraudibus, ut in puncto advertit *Bero. conf. 1. num. 43. lib. 2.* qui effectus æquè benè sequitur, si aliunde certum sit testibus, vel sacerdoti fuisse cognitum testatorem, pro ut in casu nostro, quo Sacerdos erat Confessarius testatoris, & testes erant de eodem loco, & Parochia, satis dicitur eadem forma
292 adimpleta per æquipollens, quod admitti, dixit in his ferè terminis *Rot. decis. 149. num. 13. & seqq. par. 6. recent.* ubi allegantur Concord. & bene ad propositum *Ancbar. Regien. quæst. 11. sub num. 26. vers. & etiam lib. 2.*

Aliud pariter *Statutum Bononiæ lib. 2. de probat. solut. §. præte-*
293 *rea, juncto §. salvo*, reiiciens probationem testamenti per testes, nisi de eo facta fuerit publica scriptura, ad cujus Corroborationem testes producantur, non applicatur casui nostro; tum quia schedula testamenti scripta à Fratre Francisco Maria incontinenti, & statim, ac Notarius haberi potuit redacta fuit à Notario Terræ Plebis Centi in formam publici instrumenti, ut
294 proinde, vel publicum instrumentum censeri debeat, vel casus iste uti mixtus, hoc est participans de scriptura privata, & publico instrumento sub statuto non compræhendatur *Jas. in l. certi conditio, §. 1. num. 9. ff. si cert. pet. Menoch. conf. 11. num. 5. Surd. decis. 174. sub nu. 14. Duran. decis. 36. num. 36. & in prox. term. Ciriac. contr. 246. num 3. & 5. Surd. decis. 43. num. 7. decis. 227. num. 21.* tum quia Statutum excludens proba- 295
tiones per testes, vel etiam per privatam scripturam, & uno verbo certas probationes, intelligitur, nisi illæ adminiculatæ sint alio probationum genere, *Bald. in l. cert. conditio 9. §. quoniam nu. 2.* ubi etiam *Fulgos. Castr. & Alex. num. 3. ff. si cert. pet.* idem *Bald. conf. 279. sub num. 1. lib. 4. Ciriac. contr. 252. num. 13. Rot. Bononien. divers. decis. 15. num. 8.* Qui est Casus noster; nam scriptura privata Religiosi adminiculatur supradicto publico instrumento Notarii, ac testibus, quorum dicta cum tenorem testamenti referant, & fuerint in scriptis judicialiter redacta, eo magis cessat dispositio Statuti, quia habere videtur vim publici in- 296
strumenti, *Bellon. conf. 22. num. 8 Paris. conf. 77. num. 20. lib. 3. Socc. conf. 169. col. fin. num. 13. vers. ex quibus etiam lib. 2. Monter. decis. Aragon. 30. num. 7. & seqq.* Maximè, quia ipsa scriptura privata 297
Religiosi de per se aliquam fidem facit. Statutum verò cen- 298
setur reiicere solum scripturam nullam facientem de se probationem, ut notat *Monteren. ad d. Statutum §. exadverso verb. possint.* Saltem quando ut hic factæ 299
fuerunt diligentiæ pro habendo Notario, sed necessitas imminentis mortis illum expectare non permisit; nam necessitatis 300

tempore solemnitas requisita à Statuto relaxatur, ut in terminis similis Statuti *Rolan. conf.* 30. *num.* 13. facit *Surd. decis.* 277. *sub num.* 18. *vers. accedat.* & ferè in puncto *Sesse decis. Aragon.* 420. *num.* 12.
301 *&* 13. Quæ omnia simul juncta suffragantur hæredibus excipientibus de secundo testamento adversus agentes ex primo, per ea, quæ tradit *Menoch. de adipiscen. remed.* 4. *num.* 781. *in fin. Ciriac. controvers.* 246. *num.* 4. *Surd. d. decis.* 277. *num.* 12. *&* 13.

Tandem non obstat, quod
302 primum testamentum uti conditum ad pias causas, ac propterea habens implicitam causam derogatoriam ad sequens testamentum, non censeatur revocatum per posterius sine speciali derogatione, *Dec. in l. fin. num.* 54. *C. de ædict. Div. Adr. tollen. Socc. Jun. cons.* 173. *num.* 35. *lib.* 2. *Mant. de conject. lib.* 6. *tit.* 3. *sub num.* 52. *vers. secundo considero*, *Cancer. variar. resolut. par.* 1. *cap.* 4. *sub num.* 9.
303 Nam stante lapsu decennii inter unum, & alterum testamentum, quia tanto tempore præsumitur oblivio clausulæ derogatoriæ primo adjectæ, illud per secundum revocatur etiam absque aliqua speciali derogatione, ut originaliter voluit *Bald. in l. sancimus sub num.* 10. *vers. idem fortè C. de testam.* *quem sequitur ibid. Fulgos. sub num.* 2. *vers. quarta excepto*, *Castr. sub num.* 5. *vers. item si post primum*, *Corn. num.* 3. *in fin. Soccin. in l. si mihi*, *& tibi §. in legatis num.* 15. *vers. ex qua conclusione ff. de leg.* 1. *Alex. cons.* 105. *num.* 7. *lib.* 4. *Capr. cons.* 31. *num.* 18. *in fin.* & rejecta contraria opinione Aretini, tanquam communem sequitur *Paris. cons.* 10. *num.* 17. *lib.* 3. *Ludovicus Bell. cons.* 109. *num.* 36. *Clar. in §. testamentum quæst.* 99. *col.* 7. *vers. scias etiam*, *Card. Mant. de conject. lib.* 12. *tit.* 8. *num.* 16. *Rota in Perusina Bonorum de Herculanis* 11. *Maii* 1582. *§. circa secundam patrem coram Bravo*, ubi quod oblivio per lapsum decennii præsumpta facit præsumere clausulæ derogatoriæ, mentionem fuisse omissam potius ex infirmitate memoriæ, quam defectus intentionis. Quod libentius recipiendum est, ubi fuerunt in secundo testamento instituti venientes ab intestato.

Et ita decisum utraque parte Informante.

SALVIANI.

Mercurii 6. Aprilis 1650.

ARGUMENTUM.

Sine hypotheca, & contra bona antea per debitorem donata non est locus Salviano. Donationis acceptatio an, & quando sit necessaria, ut habeat effectum, & non possit revocari. In salviano competit Reo retentio pro anteriori credito. Nec in illo potest Actor obtinere pro credito illiquido. Nec creditum liquidum dicitur, stante errore calculi.

SUMMARIA.

1 *Hypotheca est unum ex requisitis in salviano, & sine qua illud*

illud non competit, & num. 2.

3 *Donatione infantibus facta cum juramento, clausulis Constituti, & Precarii, & Judicis decreto, stipulante Notario, statim acquisitum dicitur dominium.*

4 *Ampl. idem esse, si pro eis donationem extranei acceptet pater.*

5 *Hypotheca non potest comprabendere bona jam aliorum effecta, & in eorum dominium translata, & num. 6.*

7 *Donationis de acceptatione non quaeritur, ubi illius dominium transivit ipso jure.*

8 *Acceptatio infantium non est necessaria donationis, quam Notarius pro eis stipulatus fuit, & num. 25. Secus in non infantibus, & num. 20.*

9 *Ampl. praesertim Bononiae stante statuto, & num. 25.*

10 *Absenti ex Statuto Bononiae ipso jure acquiritur actio ex alterius stipulatione, & ex eo agi potest absque cessione.*

11 *Ampl. ut ex dicta stipulatione acquiratur actio absque ratificatione.*

12 *Decl. ut tamen absens, si nolit, non cogatur acquisitum retinere.*

13 *Donatio, in qua Notarius stipulatus fuit pro absente, effecta dicitur irrevocabilis quoad donantem, sed revocabilis quoad donatarium, quia, si noluerit donationem retinere, ante acceptationem cogi non poterit, & nu. 14. & 15. Ampl. ut num. 16.*

17 *Ratificatio donationis in absente, pro quo Notarius stipulatus fuerit, non requiritur ex Rotae opinione.*

18 *Notarii stipulatione transferuntur in donatarium absentem utiles actiones personales ex ipso donationis contractu; non ex ratibabitione, & nu. 19.*

21 *Donatario, pro quo absente stipulatus fuit Notarius, competit actio ad consequendum bona donata, & multo magis exceptio ad retinendum.*

22 *Emptor, & cessionarius uti potest exceptionibus competentibus venditori, & cedenti.*

23 *Donatio continens onus solvendi omnia debita babetur pro onerosa, & damnosa. Lim. ut num. 30. Decl. ut num. 33.*

24 *Ratificatio donationis, quae probabiliter possit esse damnosa, & non lucrosa, non inducitur ex illius scientia vera, vel praesumpta, secus econtra.*

26 *Donatio ex sui natura est lucrativa.*

27 *Scientia in lucrativis est loco acceptationis.*

28 *Scientia probatur conjecturis,*

29 *Scientia donationis praesumitur in donatario commorante cum donante.*

31 *Donatio comprehendere dicitur, quod superest, deducto aere alieno.*

32 *Donatarius non tenetur ultra vires bonorum donatorum, ad instar haeredis cum beneficio legis, & inventarii.*

34 *Acceptatio donationis deducitur ex patientia, & non impugnatione, & retentione bonorum, eorumque dispositione,*

tione, & num. 35.

36 *Acceptatio donationis probatur ex declaratione de possidendo uti donatarium, & ex productione illius instrumenti, & num. 37.*

38 *Creditori anteriori salviano convento competit retentio.*

39 *Salviani ad effectum requiritur creditum liquidum, & certum.*

40 *Emptor solvens creditoribus venditoris de pretio rei emptæ non potest, quod solvit à venditore repetere, cum pretium consumpserit, & actionem, ac hypothecam removerit, & num. 42. Ampl. ut num. 45. & 47.*

41 *Accollatio debiti cum quietantia creditoris vim habet solutionis, succeditque loco pretii.*

43 *Emptor conquæri non potest, nec à venditore defensionem, vel indemnitatem prætendere pro eo, quod ipsemet præstare tenetur.*

44 *Ampl. ut nec cessio illi suffragetur, nisi pro quietatione, & liberatione.*

45 *Accollatio quando dicatur facta per viam delegationis.*

46 *Cessio est loco delegationis, ubi facta est pro soluto, non pro solvendo. Ampl. ut num. 47.*

48 *Calculus in aliquibus erroneus, in cæteris etiam talis præsumitur.*

49 *Errantis nulla est voluntas, neque consensus. Ampl. ut num. 53.*

50 *Obligatio causatur à consensu.*

51 *Erronea non sunt attendenda.*

52 *Calculus erroneus, & in quo non sint omnia calculata, non est attendendus.*

54 *Erranti in suis juribus præjudicatum non dicitur.*

55 *Errantis obligatio uti erronea, & absque consensu corruit.*

56 *Obligatione sublata, tollitur actio.*

DECISIO XXXIV.



MERAT Illustriss.mus D. Marchio Fontana usque de anno 1621. 3. Junii, & 12. Novembris à qu. D. Thoma Dosio bona quædam in Communi Sancti Joannis in Persicheto pretio libr. 40m. quod pro parte solvit in contanti, pro alia parte in se acollavit particularia debita, & residuum solvere promisit cum pacto, quod tàm solutum, quàm solvendum investiretur, & solvendi interim fructus recompensativos, ut in instrumento.

Anno deinde 1622. 9. Maii D. Thomas Dosius emit à D. Emilio de Sartis, & Uxore Possessionem Vetranæ pretio librar. 16m. pro quarum solutione jura cessit contra D. Marchionem ejus debitorem occasione pretii dictorum bonorum ab eodem emptorum, ut supra, in Communi S. Joannis in Persicheto; Cui Emilio à D. Marchione solvi mandavit, non obstante promissione per eundem facta de solvendo aliis creditoribus D. Tho-

Thomæ, quem D. Marchionem ex tunc, licet absentem, indemnem Thomas conservare promisit, & solutione prædicta facta ex tunc declaravit dictam Possessionem Vetranæ subjacere loco bonorum per eum dicto D. Marchioni venditorum, ut in alio instrumento.

Successivè eodem anno die 11. dicti mensis solvit D. Marchio ad bonum computum dicto D. Sarto libr. 9m. & decem, & residuum dictarum librar. 20m. eidem D. Sarto præsenti solvere promisit ad rationem librar. 4m. singulo anno, affictibus comprehensis ad rationem librar. 5. pro quolibet centenario, & insuper D. Thomas Dosius confessus fuit ab eodem D. Marchione ad computum librar. 4m. de illo anno solvendarum solvisse sibi librar. 1401. & præterea D. Marchio ad Sarti præces accollavit in se censum in sorte librar. 4m. quem idem Sartus passive habebat cum Cumulo Misericordiæ, & in quo D. Marchio erat fidejussor, promisitque illum extinguere, & interim illius fructus solvere, quem Thomas prædictus à dicta summa dicto Sarto delegata absolvit, & liberavit, ut in instrumento, quod tamen non est de actis.

Anno vero 1628. 19. Aprilis deventum fuit inter dictum Thomam Dosium, & præfatum D. Marchionem ad aliud instrumentum, in quo, registratis, & solidatis computis, fatetur Dosius, sibi fuisse satisfactum de pretio, & fructibus recompensativis bonorum venditorum, & D. Marchionem remanere ejus creditorem in libr. 606.5.6. quem ab omnibus absolvit, & etiam indemnem, & penitus sine damno eximere, & conservare promisit à quibuscunque molestiis ei inferendis per quamcunque personam occasione pretii, & fructuum solutorum, ut in dictis computis, etiam ex causa delegationum.

Actum postea fuit de anno 1629. ad instantiam dicti Emilii de Sartis, & executio relaxata contra ipsum D. Marchionem in vim supramemoratæ cessionis pro libr. 6320. & pro affictibus decursis, & decurrendis, ut in sententia D. Auditoris Generalis.

In cujus sententiæ executionem de anno 1630. 8. Aprilis, liquidato per eundem D. Auditorem Generalem Emilii, credito respectu affictuum usque tunc decursorum in libr. 1759. 14. 1. & expensis in libr. 144. cum supposito, quod D. Marchio solvisset pro dicto Emilio, & uti illius fidejussor fructus dicti census in sorte libr. 4m. cum Cumulo Misericordiæ, fuit mandatum, dictam summam tunc solvi, & respectu dictarum librar. 4m. sortis dicti census fuit ad solvendum concessa D. Marchioni dilatio per totum mensem Septembris proximè sequentis, ut in Decreto. Et in hujusmodi decreti executionem die 9. ejusdem mensis Aprilis fuerunt ex parte D. Marchionis deposita in Monte Pietatis libr. 1899. 14. 1.

sol-

solvendas eidem Emilio, prout ei solutæ fuerunt, ut in partitis Montis, & in instrumento transactionis initæ inter ipsum D. Marchionem, & D. Semideam de Sartis filiam, & hæredem dicti Emilii sub die 27. Januarii 1644. pro quibus, & pro fructibus etiam dictus census usque tunc per eum solutis, & in futurum solvendis jura cessit.

Post mortem secutam dicto D. Thomæ Dosii D. Marchio de mense Januarii 1642. cœpit agere judicio salviani adversus DD. Vincentium, & Paulum de Dosiis filios præfati Thomæ, & Possessionem prædictam in Communi Vetranæ, ac alteram Possessionem in Cōmuni Amolæ, seu Olani per eos detentos, ad effectum se relevandi, & indemnem conservandi tàm à dictis solutionibus, quàm ab aliis oneribus repertis super bonis illi à dicto Thoma venditis.

Nec non ad idem aliud judicium salviani instituit de mense Aprilis 1645. contra D. Hieronymum Gadium, & aliam Possessionem partim sitam in eodem Communi Vetranæ, & partim in Communi Butrii ab eo detentam.

Emanarunt in ambobus judiciis sententiæ sub die 10. Aprilis 1647. in quarum prima cum Dosiis D. Marchio associationem, & immissionem obtinuit ad effectum detinendi, donec ex fructibus sibi satisfactum fuerit de damnis, expensis, & interesse passis, & patiendis occasione solutionum per eumdem factarum diversis creditoribus dictæ Thomæ ultra pretium libr. 36m. ab eodem debitum pro bonis emptis in Commune S. Joannis, in quo mandantur bonificari eidem D. Marchioni librar. 40m. dictæ Thomæ solutæ, quatenus illas aliunde non habuerit; nec nec non etiam pro se relevandi ab oneribus repertis super eisdem bonis S. Joannis, dummodò tamen dicta onera non sint de illis, quæ in se D. Marchio nominatim accollavit, juxta liquidationem faciendam tàm ex deductis, quam ex deducendis in ulteriori processu, nec non mandatum etiam obtinuit ad effectum dicta bona subhastandi pro se rembursando de dicta summa liquidanda. In secunda autem sententia cum D. Gadio fuit idem Gadius absolutus.

Devolutis postmodum, & relatis hodie dictis Causis in gradu appellationis per me in Rota, Domini resolverunt, dictam primam sententiam esse revocandam, Reosque absolvendos ab impetitis, & secundam confirmandam, prout revocavimus, absolvimus, & confirmavimus respectivè.

Fundamentum principale resolutionis fuit defectus hypothecæ D. Marchionis respectu dictorum comporum bonorum, ad quorum immissionem ille agebat, quod est unum ex requisitis ad obtinendum in salviano, 1
Greg. XV. decis. 491. *nu.* 6. *Buratt. decis.* 420. *num.* 1. *decis.* 771. *nu.* 7. *Duran. decis.* 40. *num.* 1. & 6. *decis.* 185. *num.* 3. *decis.* 401. *num.* 1. & *decis.*

decis. 461. num. 1. Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 104. in princ. & nu. 2. decis. 481. num. 7. & decis. 497. in princ. & num. 1. & par. 5. tom. 1. decis. 308. num. 1. decis. 347. num. 1. decis. 372. num. 2. decis. 407. nu. 1. & par. 6. decis. 59. num. 1. & decis.
2 *318. num. 2.* cum similibus, & sine quo illud non competit, *Buratt. decis. 257. num. 14. & ibi Add. nu. 22. & decis. 774. num. 7. Duran. decis. 40. num. 15. decis. 176. num. 2. decis. 268. num. 1. decis. 309. nu. 1. decis. 327. num. 2. Rot. recent. decis. 114. num. 2. par. 4. tom. 2. & decis. 561. num. 14. tom. 2. & decis. 407. num. 11. par. 5. tom. 1. & decis. 205. num. 2. par. 7.*

Deficere autem hypothecam existimatum fuit, quia DD. Vincentius, & Paulus de Dosiis, qui sunt etiam authores D Gadii, docuerunt de universali donatione inter vivos eis à dicto Thoma patre facta usque de anno 1615. dum illi erant in infantili ætate duobus Notariis pro eis stipulantibus de omnibus bonis, & juribus præsentibus, & futuris cum juramento, & clausulis Constituti, & Precarii, ac Judicis
3 decreto, per quam fuit illis, tunc infantibus, statim acquisitum dominium, *l. jubemus, C. de emancip. liber. Bald. in l. si quis in emancipatum, sub num. 2. C. de donat. Tiraquell. de jur. constit. limit. 30. num. 13. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 75. Gabr. cons. 177. num. 42. lib. 2. Corn. cons. 2. num. 3. vers. & quæritur lib. 4. Paris. cons. 69. num. 148. lib. 3. Mandell. cons. 36. num. 3. Menoch. cons. 733. num. 25. & seq. & cons. 1053. num. 11. Cutell. de donat. tom. 2. tract. 2. discur. 1. special. 9. nu. 19. Thesaur. decis. 70. num. 15. Seraph. decis. 472. num. 2. vers. sed ad tollendam, Rot. divers. decis. 683. num. 6. vers. primum est par. 1. & in recent. par. 4. tom. 2. decis. 294. num. 5. & par. 5. tom. 1. decis. 270. num. 1. & decis. 308. num. 11. & in Regien. Bonorum 23. Januari 1647. coram R.P. Corrado, vers. quæ conclusio,* ut idem dicitur de acceptatione 4
patris, si ejus filiis infantibus ab aliquo extraneo donaretur, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. d. decis. 308. num. 11.* Undè hypotheca à dicto 5
Tohma patre ad favorem D. Marchionis postea constituta, nempe de annis 1622. & 1628. non potest comprehendere dicta bona jam effecta dictorum ipsius filiorum, *Buratt. decis. 449. nu. 5. decis. 774. num. 10. & decis. 850. num. 3. Duran. decis. 268. num. 3.* & in eorum dominium translata, 6
Rot. recent. par. 6. decis. 135. nu. 22.

Neque obstare tentum fuit, quod Thomas donator donationem revocaverit, & revocare voluerit ante secutam donatariorum acceptationem, de qua doctum non fuit.

Quia responsum fuit, non esse 7
quærendum de acceptatione donationis, ubi dominium transivit ipso jure, *Rot. recent. decis. 601. num. 18. par. 4. tom. 3.* ut hoc casu, ut dictum est, & ex hoc etiam sequi, ut in illius revocatione agatur de donatariorum damno, *Rot. recent. par. 6. decis. 174. num. 16.* &, attenta stipula- 8
tione Notarii pro infantibus, non fuisse necessariam illorum

acceptationem, *Cutell. d. special. 9. num. 19. Rot. recent. par. 4. tom.*
9 *2. d. decis.* 294. *num.* 5. & id fortius procedere stante Statuto Bononiæ *lib. 3. sub rubr. de cession. contr. commun. Bonon. non facien. & quod quis poss. alt. stipul. §. item statuimus*, & ibi *Monterent. in verb. cessione, & in verb. & tam utilis vers. quidquid sit de jure communi relat. per Rot. in d. Regien. Bonorum* 23. *Februarii* 1646. *sub vers. neque absentia, &* 23. *Januarii* 1647. *coram R. P. Corrado sub d. vers.*
10 *quæ conclusio*, cum in Statuto generaliter disponatur, ut ex alterius stipulatione acquiratur ipso jure absenti actio, & agere ille possit absque cessione, & *Monterentius sub d. vers. quidquid sit de jure communi*, ibi. Et hic sopitur
11 &c. addat, quod ex hoc Statuto sopitur quæstio, An ex stipulatione Notarii quæratur actio absenti, antequam subsequatur
12 ratificatio, & dicit acquiri, sed tamen ita, ut, si postea absens nolit, non cogatur acquisitum retinere.
13 Ex quo propterea donatio effecta fuit irrevocabilis quoad donantem, *Cutell. ubi supr. Pen. decis.* 239. *num.* 4. *Rot. in Melevitana Hæreditatis* 17. *Decembris*
14 1646. *coram R. P. Royas*, sed jus donatariis acquisitum fuit revocabiliter, quia, si noluissent donationem retinere, ante acceptationem non potuissent cogi,
15 & sic ratihabitio non fuit necessaria ad acquisitionem simpliciter, sed fuisset necessaria ad acquisitionem irrevocabilem quoad ipsos etiam donatarios, *Ruyn. cons.* 172. *num.* 16. *lib.* 1. *Cutell. donat. par.* 1. *tract.* 1. *discurs.* 2. *partic.* 8. *sub num.* 4. &, quod ex 16
hujusmodi stipulatione Notarii pro absentibus donatio fuerit irrevocabilis absque acceptatione, vel ratificatione, & non potuerit revocari nec expressè, nec tacitè per alienationem, vel alio quocunque modo, tenuit præsertim *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis.* 428. *num.* 4. *& seq. & par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 270. *num.* 1. *& seq. & in d. Regien. Bonorum* 23. *Januarii* 1647. *coram R. P. Corrado, vers. ac demum*, cum Rota semper 17
tenuerit opinionem, ratificationem non requiri, *Rot. recent. d. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 308. *num.* 10.
Et est ratio, quia ex tali stipula- 18
tione procul dubio translatæ fuerunt in donatarios actiones utiles personales, *d. decis.* 428. *nu.* 4.
eæque dicuntur competere ex 19
ipso donationis contractu, non ex eorum ratihabitione, *ead. decis.* 428. *num.* 5. quidquid sit, an de 20
jure communi præter Notarii stipulationem pro absentibus non infantibus requiratur etiam acceptatio donatarii pro acquisitione dominii, & possessionis, *d. decis.* 428. *num.* 8. *par.* 4. *recent. tom.* 2. *& decis.* 716. *num.* 16. *tom.* 3. *& Greg. decis.* 97. *num.* 2. ubi *Beltram. num.* 8. Unde dictis DD. 21
Dosiis donatariis ex prædictis videtur competere actio ad consequendum bona donata, & multo magis exceptio ad retinendum ea, quæ possident, *d. decis.* 428. *num.* 10. *&* 11. qua potest uti 22
etiam D. Gadius, qui ab eisdem Dosiis emit, & cessionem quoque

que reportavit, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *de* *is.* 548. *num.* 36. *& decis.* 559. *num.* 9. *& par.* 7. *decis.* 300. *num.* 11. *&* 12.

23 Quibus attentis, cessat inspectio, an hujusmodi donatio possit dici onerosa, & damnosa ex eo præsertim, quod adjectum fuit onus solvendi omnia debita, & tàm nota, quam ignota, ad *Rot. in Romana Donationis* 18. *Maii* 1618. *coram Card. Sacrato, & decis.* 86. *num.* 3. *vers. igitur, post Merlin. de pignor.* quorum appellatione dubitari etiam potest, an veniant non solum quæ habent obligationem civilem, sed etiam quæ habent solam obligationem naturalem, & in foro conscientiæ, *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 62. *nu.* 18. *cap.* 4. *decis.* 81. *num.* 1. *& seqq.* &

24 [illegible] quatenus possit dubitari de [illegible], non sit ex illius scientia [illegible], vel præsumpta inducenda [illegible]tio, cujus contrarium dicendum esset, si donatario esset [illegible] non posset [illegible], ad *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 274. *num.* 4. *& par.* 7. *decis.* 27. *nu.* 1. *& seqq. num.* 14. *& seq. & num.* 22. *& d. decis.* 86. *num.* 2. *&* 3. *penes Merlin. & in d. Regien. Bonorum* 23. *Januarii* 1647. *coram R. P. Corrado, vers. ex quibus.* Quia

25 ratificatione non est opus in infantibus, & stante Statuto, ut dictum est.

Prætereà nec deficere videtur acceptatio ipsorum donatariorum, & Primo ex præsumpta

26 scientia, quæ in lucrativis, prout est donatio de sui natura, *Montic. inter tract. divers. de invent. quæst.* 232. *num.* 163. *Merlin. de legit. lib.* 2. *quæst.* 18. *num.* 4. *tit.* 1. habetur 27
loco acceptationis, ut *in d. decis.* 428. *num.* 12. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. & d. decis.* 27. *num.* 21. *par.* 7. & penes *Merlin. de pignor. decis.* 86. *num.* 2. *vers. quia pro responsione*, & *Beltram. ad d. decis. Greg.* 97. *sub num.* 8. & probatur conjecturis, 28
d. decis. 428. *num.* 13. *& Beltram. loc. cit.* præsumunturque in proposito 29
donatarii donationis notitiam habuisse à patre donante, cum quo commorati postea fuerunt per plures annos, & dum ille vixit, *Rot. in d. Regien. Bonorum* 23. *Januarii* 1647. *coram R. P. Corrado, vers. deinde.* Neque videtur 30
donatio ex onere solvendi omnia debita onerosa in donatariis universalibus. Quià hoc est onus ipsis bonis annexum, *Rot. post Merlin. de pignor. decis.* 108. *num.* 13. & id tantum donatum 31
censetur, quod superest, deducto ære alieno *Boss. in pract. in tit. de bon. public. num.* 12. *in fin. Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 25. *sub nu.* 7. *Guttierez pract. quæst. lib.* 2. *quæst.* 58. *sub num.* 8. nec donatarii te- 32
nentur ultra vires bonorum donatorum, ad instar hæredum cum beneficio legis, & inventarii, *Cost. de remed. subsid. remed.* 108. *num.* 14. *Cutell. de donat. par.* 1. *discurs.* 2. *partic.* 10. *num.* 64. *& seq. & par.* 2. *tract.* 2. *discurs.* 1. *spec.* 29. *num.* 16. *& Rot. apud Merlin. de pignor. decis.* 98. *num.* 5. *&* 6. Nec obstat *Rot. in d. Romana Do-* 33
nationis 18. *Maii* 1618. *coram Card. Sacrato, & in d. decis.* 86. *num.* 3. *vers. igitur post Merlin. de pign.* Quoniam procedunt in donatione particulari, quæ ex adje-

cto onere certo solvendi omnia debita, timeri potest, ne sit damnosa.

34 Secundo acceptatio deducitur ex patientia, *d. decis.27. nu.21. par.7.* ex quo ipsi donatarii verisimiliter de ipsa donatione informati, ut supra eam nunquam impugnarunt, nec conquæsti fuerunt, nec reclamarunt, sed bona donata semper possiderunt, *Rot. in d. Regien. Bonorum 23. Januarii 1647. coram R.P. Corrado, d. vers. Deinde & illis usi fuerunt, Rot. recent. par. 6. decis.88. num.24. & 26.*

35 eorumque partem alienarunt in D. Gadium, *Rot. in d. Regien. Bonorum d. vers. Deinde.*

36 Et tertio denique ex declaratione facta in hac causa, declarando, se possidere uti donatarios, non uti hæredes, *Rot. in d. Regien. Bonorum 23. Januarii 1647. coram R. P. Corrado, vers. Ac demum*, post *Magon. decis. florent.33. num. 5.* & ex productione

37 ipsius instrumenti donationis, *Rot. recent. par. 4. tom.3 decis.597. num. 9. & decis. 637. num. 16 Duran. decis. 433. num. 6.*

Secundum resolutionis fundamentum fuit respectu bonorum emptorum, & deventorum per D. Gadium, quia ipse ex pretio solvit anterioribus creditoribus

38 pro summa libr. 11145. pro quibus ei competit retentio, *Scacc. de salv. lib.2. quæst 6 & Rot. post Merlin. de pign. decis. 33 nu. 9. & seq.*

Tertium additum fuit fundamentum, quia non satis constet de credito liquido, & certo D.

39 Marchionis, ut erat necessarium, *Merlin. de pignor. lib. 5. tit.2. quæst. 79. num. 4. vers. & ut liquidum, Card. Mant. decis. 328. per tot.* prout pro illiquido illud reputavit D. Judex a quo, ut colligitur ex sententiæ contextu, cum, quod solvit Sarto, & hodie repetit, videatur fuisse debitum proprium ab eo in vim delegationis accollatum, & solvere promissum ad computum librar. 40m. pretii bonorum sibi à Thoma Dosio venditorum, & pro qua summa delegata, & accollata respectivè idem Thomas in instrumento anni 1622. 11. M... D. Marchionem absolvit, & liberavit; à qua propterea ... non videatur hodie D. M... relevandus, quia solverit ... pretio rei emptæ, & sic de ... non propriis, sed ven... *decis 68 num. 4.* & ... vim habet etiam ... quietantiæ creditoris, & ... cedit loco pretii, *Gratian. ... 321. num. 6. Beltram. ad Greg. dec. 386. Rot. recent. par 6 decis 135 num. 23. & apud Cen. de ... decis 547 num. 2. & decis. 55. num. 26.*) pretium consumpserit, & actionem, ac hypothecam extinxerit, *Add. ad Buratt. d... 420 num. 7. & Rot. penes Cen... cens. lib. decis. 519. num. 1. in fin & num. 2.* neque D. Marchio emptor conquæri valeat, nec à venditore defensionem, vel indemnitatem prætendere pro eo, quod ipsemet præstare tenetur, *Rot. post Merlin. de pign. dec. 144. ... 26.* Nec cessio re... potuerit, nec reportata fuisset, ... effectum quietationis, & liberationis,

tionis, *Grati.* [illegible] *pt.963. nu.19. & [illegible] Greg. d.* [illegible] *8. num. 5. & d.* [illegible] *75. &* [illegible] *Beltram. num. 3. Add. ad Burat. d. [illegible]. 420. num. 7. Rot. r[illegible] p. 1. decis. 294. nu. 15. & par. 3. decis. 63. num. 2 & penes Cenc. de censib. decis. 180. num. 6. & post nostrum tract. de subhast. decis. 89. num.* 13. Et eo maximè,
45 quia accollatio fuit per viam, etiam delegationis, cum intervenerit & promissio cum stipulatione D. Marchionis debitoris delegati, & acceptatio D. Sarti creditoris, cui fuit facta delegatio, *Buratt. decis. 79. num. 17 & seq. & decis. 754. num. 1 Duran. decis. 266. num. 17 vers. alias vero, Rot. recent. par 4. tom. 2. decis. 725.*
46 *num.* 12. licet & cessio sufficeret, tamquam facta pro soluto, non pro solvendo, *Buratt. d. decis. 754.*
47 *num.* 2 reportata præsertim à cedente, & delegante pro summa delegata, & cessa ut supra absolutione, & liberatione.

Neque refragari [illegible] fuit, quod, factis deinde, & calculatis computis, hoc est de anno 1628. [illegible] Aprilis inter dictum Thomam, & D. Marchionem, ex illis appareret, & appareat, ac Thomas approbaverit, & confessus fuerit, D. Marchionem ultra pretium bonorum, & fructuum [illegible] pensativos superfolvisse libr. 6?6.5 [illegible] illumque propterea ab omnibus absolverit, & indemnem conservare promiserit à molestiis inferendis per quemcumque pro [illegible] alio [illegible], & fructibus [illegible] ex causa delegationis; [illegible] litem a Sarto contra D. Marchionem ut supra motam, & ei à D. Marchione intimatam in se susceperit, & pro propria recognoverit.

Quoniam placuit responsio, dictum calculum fuisse erroneum, & maximè quoad duas partitas solutionum, quæ supponuntur factæ dicto Sarto sub diei bus 6. Maii 1623. & 8. Martii 1625. quarum prima est librarum 5[illegible] sub rogitu Sassi, & tamen ex rogitu constat, ipsi Sarto solutas fuisse tantummodò libr. 2022. & residuum solutum fuisse aliis Thomæ creditoribus; & secunda est libr. 4000. sub rogitu ejusdem Sassi, in quo legitur, ad manus Sarti solas libr. 2514. 5. pervenisse, & residuum ad manus Thomæ, & calculus in aliquibus erroneus etiam in cæteris 48
talis præsumitur, *Greg. decis. 79. num. 2 & i Add. num. 6. & Rot. post Merlin. [illegible] p. [illegible] decis. 8[illegible] num. 21.* Et insuper animadvertebant, hunc calculum non concordare cum alio calculo facto mediante Camillo Duliolo de anno 1630. inter præfatum D. [illegible] m, & D. Marchionem insertum in dicto instrumento transactionis initæ cum D. Secunda filia, & hærede dicti Sarti de anno 1644. ac demum non fuisse in dicto calculo omnium [illegible] compensativorum rationem habitam. Et ex his deceb[illegible] esse etiam erroneam litis susceptionem Errantis vero nulla est voluntas, *Greg.* 49
decis. 179. num. 5. neque consensus, *Gratian. d.* [illegible] *pt. 324. num. 14. & [illegible] cept. 759. num. 15. Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 186. num. 5. & decis.*

decis. 429. *num.* 18. *& tom.* 3. *decis.* 559. *num.* 21. *& decis.* 615. *num.* 13. *& par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 296. *num.* 6. *& par.* 6. *decis.* 188. *num.* 3. *& decis.* 251. *nu.* 6. *& par.* 7. *decis.* 60. *n.* 12. & post nostrum *tract. de subbast. decis.* 42. *num.* 4. *& Duran. decis.*
50 50. *num. n.* 19. à quo causatur obligatio, *Rot. post Zacch. de oblig.*
51 *camer. decis.* 83. *num.* 16. nec ea, quæ sunt erronea veniunt attendenda, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 597. *num.* 12. & in terminis calculi, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1
52 *decis.* 382. *num.* 10. & in quo non sint calculata omnia *Buratt. decis.*
53 165. *num.* 7. & quidem etiam quod adsit juramentum, *Gratian. d. discept.* 324. *num.* 12. *& seqq. & d. decis.* 251. *num.* 7. *par.* 6. *recent.*
54 Itaut Thomæ erranti non fuerit in juribus suis præjudicatum, *Gratian. d. discept.* 759. *num.* 15.
55 & illius obligatio uti erronea, & absque consensu corruat, *Buratt. decis.* 377. *per tot.* atque, sublata
56 obligatione, tollatur actio, *Scapuccin. de salv. lib.* 2. *quæst.* 5. *in princ.*

Et ita utraque &c



BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE VICTORIIS.

Mercurii 6. Aprilis 1650.

ARGUMENTUM.

Fideicommissarius quæ probare debeat ad immissionem obtinendam. Spurius legitimatus an sit fideicommissi capax, stante Bulla Pii IV. Per divisionem an, & quando, & in quorum præjudicium renunciatum dicatur fideicommisso, & quid quoad hæredem beneficiatum. Identitas quomodo probetur. Detractionum exceptio quando immissionem non retardet.

SUMMARIA.

1 *Fideicommissario quibus probatis competat immissio.*

2 *Spurius legitimari non potest in præjudicium fideicommissariorum, & aliorum vocatorum contra fideicommittentis voluntatem tacitam, vel expressam. Ampl. ut ibid.*

3 *Legitimationis effectus impeditur obreptione, vel subreptione.*

4 *Fideicommisso renunciatur ex instrumento divisionis facultatem continente libere disponendi, & num. 5.*

5 *Facultas disponendi est cum fideicommisso incompa[illegible].*

6 *Bulla Pii IV. circa spurios non legitimandos in præjudicium fid[illegible] procedit quoad fi[illegible], quibus tempore leg[illegible]*

er it

erat jus quæsitum.

7 *Jus quæsitum in non nato considerari non potest.*

8 *Non entium nullæ sunt partes.*

9 *Bulla Pii IV. circa spurios locum habet in eo, qui vellet ad fideicommissum admitti contra voluntatem fideicommittentis, ut quia essent vocati nati ex legitimo matrimonio, secus in vocatione legitimorum, & naturalium, & num. 10.*

10 *Legitimorum, & naturalium appellatione veniunt etiam spurii legitimati.*

11 *Nati ex viro, & uxore nati dicuntur ex legitimo matrimonio.*

12 *Nasci ex legitimo matrimonio, aliud non est, quam nasci ex legitima uxore.*

13 *Pars una testamenti aliam declarat. Ampl. ut num. 14. Decl. ut num. 16. & 17.*

15 *Substitutio declaratur ab institutione. Decl. ut num. 17. in fin. & num. 23.*

18 *Substitutio una non declaratur ab alia, ubi diversitatis ratio assignari potest.*

19 *Legitimatus dicitur de agnatione, & familia & admittitur ad fideicommissum ordinatum pro conservatione bonorum in ea.*

20 *Dispositio omnis loquens de legitimis, & naturalibus amplectitur & naturales, & spurios legitimatos.*

21 *Spurius legitimatus vocatus etiam dicitur ad fideicommissum, si sit expresse ad illud etiam habilitatus; secus in nato ex coitu damnato, & num. 22.*

24 *Divisio non nocet non habenti à dividente causam, sed venienti ex propria persona.*

25 *Hæres non potest impugnare divisionem defuncti.*

26 *Lim. secus esse in hærede cum beneficio legis, & inventarii, veniente ex persona propria. Extende ut num. 27. & 31.*

28 *Hæres si adeat cum beneficio legis, & inventario, ipsius actiones, & bona non confundit, sed præservat, & etiam ab hypotheca, & liber remanet à vexationibus facti, & num. 29. & 30.*

31 *Hæres hæredis primum hæredem repræsentat activè, & passivè, & cum eo est una, & eadem persona, non diversa, & est ejusdem juris cum ipso, eoque jure utitur, ac ipsi illius inventarium suffragatur, & num. 32. 33. 34. & 35.*

36 *Hæres etiam beneficiatus tenetur servare factum defuncti, & de evictione usque ad vires hæreditarias. Decl. ut nu. 37. 38. 39. & 40.*

41 *Testator potest fideicommisso subiicere etiam hæredis bona.*

42 *Identitas bonorum facilius probatur contra habentem causam ab hærede gravato, quam contra tertium.*

43 *Identitas probatur ex quo bona sita sint eodem loco, ubi testator bona possidebat, & ex instrumento divisionis, & num. 44.*

45 *Identitas in antiquis probatur ex verificatione loci, & unius demon-*

demonstrationis, licet aliæ non adaptentur.

46 *Probationes in antiquis sufficiunt leviores.*

47 *Confessio probat contra confitentem.*

48 *Detractionum exceptio opponi non potest ab eo, ad quem illæ non spectant.*

49 *Detractiones præsumuntur factæ ab hærede, qui non docet de aditione cum beneficio legis, & inventario.*

50 *Detractiones consumpæ dicuntur ex alienatione, & retentione aliorum bonorum, & in fructibus bonorum, de quibus agitur, nec earum exceptio interim immissionem fideicommissario retardat, & nu. 51.*

52 *Debita, & legata soluta præsumuntur ex pecuniis in hæreditate repertis.*

DECISIO XXXV.



Er Illustri D. Equiti Horatio Vittorio filio Equitis Alexandri filii Galeatii filii Dionysii filii Leonelli pariter de Vittoriis concedenda videtur immissio ad bona fideicommissaria dicti Leonelli testatoris detenta à Per Illustr. D. Benedicto etiam de Vittoriis adversario, stante, quod constet.

Primò de fideicommissi existentia ex publico, & authentico instrumento testamenti Leonelli senioris in actis producto.

Secundò de dicti fideicommissi purificatione in personam dicti qu. D. Equitis Alexandri nepotis Dionysii alterius filii ejusdem testatoris ex Galeatio illius filio naturali legitimato, & successivè etiam in personam dicti D. Equitis Horatii filii dicti Equitis Alexandri, ac unici superstitis ex linea, & descendentia dicti fideicommittentis ob mortem Dionysiii junioris ejus fratris.

Et tertio, quod bona, ad quæ agitur, fuerint in bonis fideicommittentis, & sint eadem.

Quibus probatis regulariter 1
fideicommissario competit immissio, *ad Fusar. de Fideicomm. quæst.* 614. 615. & 616. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 148. *num.* 5. 6. *et* 7. *decis.* 336. *num.* 3. *et par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 51. *num.* 10. *decis.* 84. *nu.* 1. *decis.* 184. *num.* 2. *decis.* 306. *num.* 1. & 2. *decis.* 330. *num.* 1. *et* 2. *et decis.* 408. *num.* 2. *et par.* 6. *decis.* 298. *n.* 2. *decis.* 306. *num.* 1. *et par.* 7. *decis.* 8. *num.* 1. *decis.* 61. *num.* 1. *decis.* 88. *num.* 1. & 2. *decis.* 135. *num.* 22. *decis.* 151. *num.* 1. *decis.* 244. *num.* 1. *Duran. decis.* 24. *num.* 1. *decis.* 258. *num.* 8. *et decis.* 432. *num.* 1.

Sed quia D. Benedictus adversarius, admissa fideicommissi existentia, opponit.

Primo de naturali spurietate Galeatii avi, quamvis in ampla forma legitimati, à quo descendit D. Eques Horatius, & per consequens de illius incapacitate ob Constitutionem Pii IV. in ordine 45. *Bullar. tom.* 2. quæ est etiam apud *Fusar. de fideicomm. post quæst.* 408. quæ annullat illius 2
legi-

legitimationem in præjudicium fideicommissorum, & aliorum vocatorum (inter quos prętendit esse dictus D. Benedictus) contra voluntatem fideicommittentis tacitam, vel expressam, & etiamsi legitimatio obtenta esset ante Bullam, dum illius effectus adhuc secutus non fuerat. Vel immò, quod ille sit incestuosus,
3 & ideo illi obstet etiam obreptio, seu subreptio, cum hæc qualitas in legitimatione fuerit tacita. Vel quod fuerit filius adoptivus, & per consequens non de vocatis.

4 Secundò de renunciatione fideicommissi ex instrumento divisionis factæ bonorum fideicommittentis inter Dionysium, Nicolaum, & alios illius filios, in qua bona Leonelli patris fideicommittentis à Dionysio, à quo causam habet D. Eques Horatius fuerunt assignata Nicolao, à quo descendit, & causam habet Andreas, per cujus obitum supponit Horatius, ad ejus favorem fuisse apertum fideicommissum, & cui Nicolao, qui fuit stipulatus pro se, & ejus hæredibus, Dionysius dedit facultatem libere disponendi de dictis bonis in parte instrumenti dispositiva,
5 quæ facultas cum sit incompatibilis cum fideicommisso in antecedens necessarium illius remissionem inducet, & intrent decisiones in Causa *Bononien. fideicommissi de Vilanis* 15. *Junii* 1643. *et* 15. *Januarii* 1644. *coram R. P. Bichio*.

Tertio de non probata identitate bonorum per eum possessorum uti donatarium Andreæ, nec quod ea fuerint in bonis fideicommittentis.

Quartò demum de deductionibus, seu detractionibus faciendis, universum hæreditatis statum absorbentibus.

Ad primum de incapacitate respectu natalium Galeatii avi satis respondetur in decisione hujus Rotæ coram D. Blondino emanata in alio simili judicio inter eumdem, D. Equitem Horatium, & alias, quæ detinebant aliam medietatem bonorũ fideicommissariorum, quæ data fuit.

Nec obstat dicta Bulla Pii IV. tollens legitimationes spuriorum in præjudicium fideicommissariorum.

Tum quia Bulla videtur pro- 6
cedere quoad præjudicium eorum fideicommissariorum, quibus tempore legitimationis erat jus quæsitum, *Fusar. de fideicomm. d. quæst.* 408. *num.* 188. & tempore dicti legitimationis D. Benedictus non erat natus, & in non 7
nato non potest considerari aliquod jus quæsitum, *Fusar. d. tract. quæst.* 318. *num.* 69. à contrario sensu, & facit regula, quod non 8
entium nullæ sunt partes, seu qualitates, *l. ejus, qui in Provincia, ff. si cert. pet. Buratt. decis.* 293. *n.* 1.

Tum quia Bulla locum habet, 9
quando legitimatus vellet admitti ad fideicommissum contra voluntatem fideicommittentis, ut quando ad fideicommissum vocarentur nati ex legitimo matrimonio, secùs quando vocantur legitimi, & naturales, ut hoc casu, quia tunc sub istorum ap- 10

pellatione dicuntur venire etiam legitimati, & ex voluntate fideicommittentis, *Eugen. conf. 52. nu. 65. Riminald. jun. conf. 611. nu. 93. Giovagn. conf. 21. nu. 16. & seq. lib. 1. Cyriac. contr. 207. num. 13. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 28. sub nu. 23. vers. primum est*, ubi quod, ut intret Bulla, requiritur, quod mens testatoris obstet spuriis legitimatis, *Gratian. discept. 635. num. 42. & seq. et discept. 673. num. 21. Fusar. de fideicomm. d. quaest. 408. num. 188. Rot. Bonon. divers. sup. Statut. decis. 30. num. 64. Rot. recent. par. 1. decis. 388. nu. 1. et 2. et decis. 667. num. 2. et par. 3. decis. 412. num... et par. 4. tom. 1. decis. 349. num. 13. et tom. 2. decis. 394. num. 17. et seq. et par. 5. tom. 1. decis. 100. num. 55. et 56.*

10 Neque obstat, quod, ex quo testator instituit proprios filios, qui erant nati ex legitimo matri-
11 monio, dum enunciat, illos natos esse ex se, & N. ejus uxore, *Cyriac.*
12 *contr. 96. nu. 57. in fin.* & nihil aliud sit nasci ex legitimo matrimonio, quam nasci ex legitima uxore, *Cyriac. ibid. num. 18.* videatur etiam in substitutionibus intellexisse pariter de natis ex legitimo
13 matrimonio ex regula, quod una pars testamenti aliam declarat, *l. qui filiabus 17. ff. de leg. 1.* & qui-
14 dem etiam in separatis, *Gratian. discept. 757. num. 7. & 8.* & substi-
15 tutio declaretur ab institutione, *Petr. Ant. de Petr. de fideicomm. probib. quaest. 6. num. 34. Mantic. de conject. lib. 5. tit. 1. num. 20. & 22. Fusar. de fideicomm. quaest. 12. nu. 1. & seq. & quaest. 311. num. 59. Greg. decis. 494. num. 9.*

16 Quia respondetur dictam regulam, seu dictas regulas locum sibi non vendicare, ubi diversa militat ratio, ut de prima tradit *Rot. recent. par. 6. decis. 5. in fin.* cum tunc intret potius alia regula 17
contraria, quod, si testator ita voluisset in alia parte testamenti, expressisset, *l. unica, §. fin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. Castill. quotidian. controvers. lib. 4. cap. 50. nu. 22. & seq.* & de secunda *Fusar. d. quaest. 12. nu. 8.* & in simili, seu à fortiori, quod una substitu- 18
tio non declaretur ab alia, ubi diversitatis ratio possit assignari, &, quod hoc sit indubitatum, docet *Mantic. de conjectur. d. lib. 5. tit. 1. num. 22. & lib. 8. tit. 18. num. 63. vers. sed huic etiam.* In proposito autem potest diversitatis ratio considerari inter institutionem, & substitutiones, animadvertendo, quod ex eo in institutione instituti reperiuntur filii ex legitimo matrimonio nati, quia illi tales erant, non quia testator se restringere voluerit ad disponendum solummodo ad favorem personarum habentium hanc qualitatem, atque excludere voluerit legitimatos; cum maximè etiam legitimatus dicatur 19
de agnatione, & de familia (pro cujus conservatione, seu in qua voluit testator bona sua conservari) & admittendus sit ad hujusmodi fideicommissum, *Dec. conf. 316. per tot. Decian. conf. 3. nu. 87. lib. 1. Menoch. conf. 206. nu. 16. & conf. 1286. num. 19. 20. & 22. Giovag. d. conf. 21. num. 8. Bardellon. conf. 63. num. 21. lib. 1. Cyriac. controv. 208. num. 1. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 12. nu. 23. Gratian. discept.*

*discept.*635.*num.*40.*& seq. Peregr. de fideicomm. art.*23.*num.*24.*vers. item legit. Thomas. tract. primo tit.*
20 14.*cap.*9. *num.*78. & non solum naturales, sed etiam spurii legitimati contineantur sub omnibus dispositionibus loquentibus de legitimis, & naturalibus, *Decian. d.cons.*3.*num.*8 *& seq.lib.*1.*Peregr. cons.*28.*num.*4.*lib.*3.*Giovag. d. cons.* 21.*num.* 82.*lib.* 1. *glos. & Bart. in auth. ex complexu, C. de incestuos. nupt. Intrigl. de substitut. cent.* 3.*qu.* 65. *Fusar. eod. tract. d. quæst.* 408. *num.*29. *Guid. Pap. decis.*280.*sub num.*3. *Rot. recent. par.*3. *decis.*414. *num.*6. *& decis.* 600.*num.*3. *& par.*
21 5.*tom.*1.*decis.*100.*num.*5.& dicatur etiam spurius legitimatus vocatus ad fideicommissum, ubi ille, ut hoc casu, fuit expressè habilitatus ad successionem etiam in fideicommissis, *Peregr. de fideicomm. art.*28.*nu.*46.*&* 49. relatus per *Fusar. d. quæst.*408.*sub nu.*29.
22 quidquid aliud sit in nato ex coitu damnato, *Fusar. ibid. num.* 32.
23 Respondetur secundò, argumentum ab institutione ad substitutionem procedere quoad favorabilia, non quoad odiosa, ut esset hoc casu, *Fusar. d. quæst.* 12. *num.* 4.

Ad secundum objectum divisionis, quidquid sit, an in casu, de quo agitur, possit ex ea à dividentibus censeri renunciatum fideicommisso, maximè quod dictæ clausulæ, generales nihil potius debent operari, quam aliquid inducere contra naturam actus, super quo interponuntur,
24 *Pen. decis.* 545. *num.* 10. Respondetur divisionem obesse nō posse D. Equiti Horatio actori non habenti causam à dividentibus, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 86. *num.* 1. sed venienti ex persona propria.

Nec obstat, quod D. Eques Horatius videatur se declarasse hæredem Alexandri ejus patris, & uti talem egisse ad bona fideicommissaria, reassumendo judicium ab eodem Alexandro institutum, ut in instrumento transactionis initæ cum creditoribus Fabii respectu aliæ medietatis bonorum, & Alexandrum fuisse hæredem Dionysii alterius ex dividentibus, & propterea non 25
posse dictam divisionem impugnare, prout non poterat Alexander.

Siquidem respondetur Alexandrum fuisse hæredem Dionysii beneficiatum, ut in instrumento, de quo in actis, ac proinde sicut divisio non nocuisset 26
dicto Alexandro, si ad fideicommissum venisset ex persona propria, & non uti repræsentans Dionysium dividentem, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.*2. *decis.*155.*num.*1.*& seqq. & par.* 6. *decis.*298.*nu.*5.*&* 8. etiam stante in divisione clau- 27
sula, Et quidquid placuerit &c. & aliis, cum non possint dividentes præjudicare hæredibus adeuntibus cum beneficio legis, & inventarii, *d. decis.*155.*nu.*3.*& seqq. & d. decis.* 298.*num.*8. ex qua adi- 28
tione propterea illius actiones, & bona non fuerunt confusa, sed præservata, *Rot. recent. par.* 4.*tom.* 2. *decis.* 144. *num.*7.*& par.*5.*tom.*1. *decis.*331. *num.*1.*& par.*6.*decis.*2. *num.*2.*& decis.*298.*num.*3. *et par.*7.

29 *decis.* 114. *num.* 22. etiam ab hypo-
theca, *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 126.
30 *num.* 22. & ille liber remansit à
vexationibus facti, *Duran. decis.*
31 1. *num.* 32. ita non videtur divisio
nocere posse ipsi D. Equiti Ho-
ratio illius heredi illum represen-
32 tanti activè, atque passivè, & cum
quo est una, & eadem persona,
Rot. recent. par. 4. *tom.* 3. *decis.* 590.
num. 29. *et* 30. non diversa, *Greg.*
33 *decis.* 535. *num.* 5. & est ejusdem
juris cum ipso, *Buratt. decis.* 750.
34 *num.* 3. ejusque jure utitur, *Mon-*
ticul. de inventar. inter tract. divers.
35 *quæst.* 223. *num.* 147. *in fin.* ipsique
illius inventarium suffragatur,
Monticul. ibid. num. 182. Et omnis
summoveretur difficultas, si
etiam idem D. Eques Horatius
esset pariter Alexandri patris
hæres cum simili beneficio legis,
& inventarii; prout se docere
posse prætendit.
36 Nec relevat, quod etiam hæ-
res beneficiatus teneatur servare
factum defuncti usque ad vires
hæreditarias, & obstet ei excep-
tio, quem de evictione tenet
actio, eumdem agentem repellit
exceptio, *Buratt. decis.* 395. *nu.* 5.
ubi *Add. litt. A. Duran. decis.* 10.
num. 8. *& seq. et decis.* 51. *nu.* 7. *et* 8.
37 Quoniam respondetur hoc
procedere respectu bonorum
hæreditariorum, & quatenus
hæres vellet impedire super illis
executionem, vel immissionem,
ut in dictis decisionibus Durani,
38 cum hæres beneficiatus teneatur
præstare factum defuncti in ipsis
rebus hæreditariis, & quę fuerunt
ipsius defuncti, *Cyriac. contr.* 24.
39 *num.* 39. Vel ubi ageretur de re

hæredis per testatorem legata, ut in *d. decis. Buratt.* 395. at in præsenti agitur ad instantiam hæredis ex persona propria de immissione in bonis non hæreditariis, nec hæredis à testatore legatis, sed fideicommisso ad hæredis favorem subjectis.

Respondetur secundo, hære- 40
dem teneri stare alienationi, & facto defuncti, & de evictione pro ea tantum quantitate, quæ ad ejus manus pervenit, & juxtà vires hæreditarias, & dummodò damnum non patiatur, *Monticul. de invent. d. quæst.* 223. *num.* 142. *et* 154. *vers. quem de evictione*, *Buratt. decis.* 154. *nu.* 8. *Rot. post Merlin. de pignor. decis.* 144. *num.* 29. *et seq.* sed in præsenti casu hæres nihil ex hæreditate consecutus fuit, cum bona omnia inventariata appareant subjecta fideicommisso, de quo agitur, & non obtinendo esset in damno, ergo &c.

Ad tertium circa identitatem bonorum respondetur, quod Respectu ratæ Possessionis in Communi Minerbii, quatenus ea fuerit in bonis Perpetuæ Gandulfæ uxoris Leonelli fideicommittentis, & sub hoc nomine transiverit ad communes filios, hæredes gravatos deinde ipsius fideicommittentis, ut pars adversa prætendit, nihilominus etiam portio ista comprehensa est sub fideicommisso dicti Leonelli, quia sub eo subjecit etiam ista
bona hæredum, prout subiicere 41
potuit, *Odd. de fideicomm. quæst.* 31. *nu.* 68. *Fusar. eod. tract. quæst.* 627. *num.* 2. *quæst.* 632. *num.* 17. *vers. accedat.*

dat. quæst. 648. *num.* 4. *et* 8. *et quæst.*
649. *num.* 23. *Rot. recent. par.* 5. *tom.*
1. *decis.* 88. *num.* 12. *et par.* 6. *decis.*
83. *n.* 24. *Duran. decis.* 10. *nu.* 1. *et seq.*
Respectu verò Possessionis
Baricellæ probatur, illam fuisse
in bonis fideicommittentis, quia
constat, adversarium habere cau-
42 sam ab hærede gravato, contra
quem propterea facilius proba-
tur identitas, quam ubi agitur
contra tertium, *Rot. recent. par.* 4.
43 *tom.* 2. *decis.* 254. *num.* 55. & Posses-
sionem sitam esse in eodem loco,
ubi testator bona possidebat,
Greg. decis. 575. *num.* 9. ubi *Beltram.*
num. 11. & *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1.
decis. 42. *num.* 4. & *par.* 6. *decis.* 120.
44 *num.* 16. & illam esse comprehen-
sam in dicta divisione, *Rot. recent.*
par. 4. *tom.* 3. *decis.* 518. *num.* 8. & 9.
& *par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 42. *num.* 8. &
decis. 87. *nu.* 15. *Buratt. decis.* 276.
num. 7. *Duran. decis.* 325. *num* 4. &
seq. & in donatione facta ab An-
drea hærede hæredis gravati ei-
dem adversario, & ab eodem in
actis producta, in qua illi relaxa-
tur dicta Possessio uti præfato
45 fideicommisso subjecta. Et in
antiquis, in quibus sumus, regu-
lariter probatur identitas ex ve-
rificatione loci, & alterius de-
monstrationis, quamvis aliæ non
adaptentur, *Rot. recent. par.* 5. *tom.*
1. *decis.* 87. *num.* 8. & *decis.* 42. *nu.* 5.
46 cum tunc sufficiant leviores pro-
bationes, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2.
decis. 417. *num.* 8. Accedat prædi-
ctis etiam confessio adversarii in
47 reconventione, qua nulla est ma-
jor probatio, juribus vulgatis.
Ad quartum de detractioni-
48 bus, ultra quod non potest oppo-
ni de detractionibus, quæ ad
Reum opponentem non spe-
ctant, *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 126.
num. 23. & 24. Respondetur eas 49
præsumi factas, dum non docetur
de aditione hæreditatis cum be-
neficio legis, & inventarii, *Rot.*
recent. par. 5. *tom.* 1. *decis.* 47. *num.*
9. & *par.* 7. *decis.* 88. *num.* 23. &
consumptas fuisse in alienatio- 50
ne, seu retentione Domus Bo-
noniæ, & Prædii nuncupati il
Poggio in Commune S. Petri, ac
aliorum bonorum, de quibus in
actis, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 298.
num. 3. *et par.* 7. *decis.* 164. *num.* 6. & 51
in fructibus perceptis bonorum,
de quibus agitur, quos etiam
adversarius restituere tenetur,
Rot. recent. par. 5. *tom.* 1. *decis.* 77.
num. 15. & interim non est retar-
danda immissio, *Rot. recent. par.* 6.
decis. 83. *in fin.* Et debita, & legata 52
præsumi soluta ex pecuniis in
hæreditate repertis, de quibus in
testamento, & divisione in actis
productis, & ex pecuniis retra-
ctis ex alienationibus, *Peregr. de*
fideicomm. art. 35. *nu.* 23. 29. & 34.
Rot. recent. par. 5. *tom.* 1. *decis.* 77.
num. 14.

Ex quibus in consequens locus esse videtur etiam absolutioni ad favorem ejusdem D. Equitis Horatii ab impetita reconventione facta per D. Benedictum quoad alia bona fideicommissaria per eumdem D. Equitem à creditoribus fabii recuperata, & alia in Communi Castri Ghelfi ab eodem possessa, tamquam adhuc linea non defecerit, sed duret ex superexistentia ipsius D. Equitis.

Et

Et in hujusmodi eram voto in propositione hujus Causæ facta sub dicto die Mercurii 6. Aprilis 1650. Sed, quia ante resolutionem, & votorum propalationem ex parte D. Benedicti exhibitum fuit instrumentum quoddam transactionis, quod factum alterabat, & intervenientes pro D. Equite, tunc à Civitate absente, dederunt manus, ut confirmaretur sententia D. Judicis à quo hinc inde absolutoria, fuit omnium votis dicta sententia ex tacito partium consensu confirmata.

DATII MOLENDINORUM.

Mercurii 4. Maii 1650.

ARGUMENTUM.

Conductor quando non possit executionem evitare sub prætextu remissionis mercedis, ex quo non potuerit uti, & frui ex facto locatoris.

SUMMARIA.

1 *Locator præstare debet conductori successivam patientiam utendi, & fruendi re locata.*

2 *Ampl. ut, patientia non præstita, vel dato per locatorem impedimento, non possit ex locato agi, nec conductor teneatur ad pensionis solutionem, nisi facta sibi remissione, seu damni, & interesse compensatione Judicis arbitrio, & num. 3. 4. 5. & 6.*

7 *Conductori mercedis remissio non debetur nisi pro maximo, & intollerabili incommodo, non pro levi, nec ex quo non fuit lucratus, & num. 8.*

9 *Conductor non potest excipere de non adimplemento, ex quo illi nullum damnum sequutum fuit.*

10 *Conductor substinere debet parvam, & momentaneam impensam, vel incommodum ad collectionem fructuum, & illius utilitatem, et num. 11.*

12 *Conductor Molendinorum Cameræ Bononiæ, quando teneatur pati deviationem, seu retentionem aquæ, et quando non. et num. 13. et 14.*

15 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

16 *Conductor affictus retardare non potest impedimenti dati prætextu, donec liquidet interesse.*

17 *Locationis, et conductionis causa est summaria, et celeris expeditionis, et maximè in datiis.*

18 *Datiorum in causis proceditur absque aliquo juris ordine, tàm de jure communi, quàm de jure Municipale Bononiæ.*

19 *Obligatio Cameralis non admittit exceptionem requirentem altiorem indaginem, neq; compensationis crediti illiquidi, et num. 20.*

21 *Obligatio Cameralis continet clausulam renunciationis omni legum, et juris auxilio.*

22 *Conductor ex clausula renunciationis omni legum, et juris auxilio excluditur à remissione sub impedimenti prætextu.*

23 Pro-

23 *Producenda non sunt in loco Statuta, et jura Municipalia.*

DECISIO XXXVI.



Xecutionem relaxavi ad instantiam Illustriss.^{mæ} Cameræ Bononiæ, contra D. Galeatium Donduccium fidejussorem Caroli de Sanctinis levatoris, & conductoris Datii Molendinorum pro anno 1646. & etiam Augustini Morelli levatoris, & conductoris ejusdem Datii pro anno 1647. pro residuo affictuum non solutorum, hoc est pro libr. 3017.1.4. in vim binorum instrumentorum in forma Cameræ celebratorum, & cum obligationibus in solidum ejusdem Galeatii.

Nec obstare existimavi ex-
1 ceptionem remittendæ, seu compensandæ mercedis pro prætenso damno ex levatione, seu retentione aquę secuta per aliquot dies de mense Septembris, & Octobris 1646. de ordine Illustrissimi D. Justitiæ Vexilliferis occasione reparationis, & mundationis Canalis, & Formæ, quasi non fuerit à locatore præstita successiva patientia, ut conductor potuerit uti, & frui molendinis locatis, ut præstanda erat, *Natt. cons.* 360. *num.* 1. *lib.* 2. *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 88. *num.* 5. *Magon. decis. Lucen.* 11. *num.* 7. *& decis.* 69. *nu.* 4. *ubi Add. litt. A. Greg. XV. dec.* 235. *num.* 1. ubi *Beltram. num.* 4. *& Rot. post nostrum tract. mand. de manuten. decis.* 632. *num.* 10. *&* 17. *juxta modern. impress.* & qua non præsti- 2
ta, vel dato per locatorem impedimento, non possit agi ex locato, *l. ex locato, & l. si quis fundum, ff. locat. Osasch. decis.* 51. *nu.* 8. nec
conductor teneatur ad solutio- 3
nem pensionis, *Buratt. decis.* 669. *num.* 5. sed possit illam retinere,
Gratian. discept. 376. *num.* 21. seu 4
sit eidem facienda illius remissio, *Gratian. ibid. num.* 20. *Buratt. decis.*
210. *num.* 1. 2. 4. *&* 5. & damnum, 5
& interesse compensandum, *Natt. cons.* 261. *num.* 1. *lib.* 2. *& Rolan. cons.* 69. *num.* 22. *lib.* 4. Judicis 6
arbitrio liqnidandum, *Duran. decis.* 187. *num.* 6.

Tum quia remissio mercedis 7
non conceditur pro omni incommodo, & damno, sed solummodo pro maximo, & intollerabili, & denegatur, si illud sit leve, & modicum, prout pro tali videtur habendum id, de quo agitur, *Paris. cons.* 38. *num.* 14. *&* 19. *in fin. lib.* 1. & *Natt. cons.* 449. *num.* 1. *lib.* 2. & eo magis non permittitur re-
missio, quando conductor prop- 8
ter impedimentum non fuit passus damnum, sed non fuit lucratus, *Paris. d. cons.* 38. *num.* 13. *&*
sub nu. 19. *lib.* 1. nec exceptio non 9
impleme̅ti opponi à conductore potest, quando ei nullum damnum sequutum fuit, *Duran. decis.* 187. *num.* 3.

Tum quia, quemadmodum
conductor sustinere debet par- 10
vam impensam, & momentaneam, & quæ tendit ad collectionem fructuum, *Natt. cons.* 13. *nu.* 2. *lib.*

2.*lib.*1. *& conſ.* 449. *num.* 12. *lib.* 2. *Rolan. conſ.* 30. *num.* 24. *lib.* 1. ita non videtur ille jure prętendere poſſe aliquam mercedis defalcationem ex iſta purgatione, & reparatione Formæ, vel Canalis,
11 tendente ad manutentionem Molendinorum in ſtatu molendi, & ad ipſiuſmet conductoris utilitatem, ad *Gratian. diſcept.* 557. *num.* 5. *verſ. præterea*, & *Buratt. deciſ.* 665. *num.* 3.

Tum denique quia in Capitulis hujus Datii, juxtà quorum tenorem, & formam ſtipulata fuit utraque conductio, & fide-
12 juſsio, cautum eſt, ut Illuſtriſs. Vexillifer valeat quocunque anni tempore, & prout opus fuerit, pro certo numero dierum aquam deviare, nulla habita ratione pro illo tempore alicujus reſtauri, vel excomputationis mercedis ad Datiarii favorem.

Quod non tollitur replicatione, quod fuerit exceſſum in nu-
13 mero dierum reſervatorum, quo caſu ex diſpoſitione eorundem Capitulorum debeat in exceſſu Conductori fieri reſtaurum ad rationem macinatus in die antecedenti ob ceſſationem aquæ.

Quoniam reſpondetur de exceſſu non conſtare, ſed potiùs
14 de contrario, quia pro reſtaurandis aggeribus Canalis, vel Molendinis licitum eſt aquam levare per ſpatium etiam quindecim dierum continuorum, ut habetur in Capitulis, & in præſenti caſu levata prætenditur per ſpatium tantummodò dierum undecim, in quorum quinque, fuiſſe contra formam Capitulorum exceſſum, conqueritur pars adverſa.

Prout nec, dato, & non conceſſo, exceſſu, fuit concludenter probatum, & liquidatum id, quod molitum fuerit in die ante levationem aquæ, nec quid in eadem die Conductor pro ſe quæſierit, animadvertendo, quod prætenſæ partitæ deſumptæ ex Molendinorum libris continent ſimpliciter pondus, & numerum librarum, nec explicant, an ſint libræ Tritici illuc illa die tranſmiſsi ad molendum, vel Farinæ inde domini reſtitutæ, & quatenus intelligi debeant de farina, non tamen ex hoc concluditur, quod tota ea quantitas fuerit ex frumento molibus illa eadem die in pulverem redacta, cum potuerit in hac ſumma comprehendi etiam farina aliarum præcedentium dierum, & non probat hoc 15
eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, *l. non hoc*, *C. und. leg.* *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 254. *num.* 47.
Neque poteſt conductor ſolutio- 16
nem affictus retardare ſub prætextu impedimenti dati, donec interim liquidet intereſſe, *Beltram. ad Greg. d. deciſ.* 235. *num.* 6.
cum locationis, & conductionis 17
natura ſit, ut illius cauſa ſit ſummaria, & celeris expeditionis, *Magon. deciſ. Florent.* 2. *num.* 40. *& deciſ. Lucen.* 15. *num.* 29. Quod eo magis locum habet in cauſis Da-
tiorum, in quibus proceditur 18
abſque aliquo juris ordine, tàm de jure communi, *Guidobon. advocat.* 42. *num.* 9. quam de jure Municipali, & diſpoſitione eorundem Capitulorum. Et fortiùs

tiùs attenta quoque obligatione Camerali, quæ non admittit exceptionem requirentem altiorem indaginem, *Greg. decis.* 234. *num.* 1. *& decis.* 406. *nu.* 17. *Buratt. decis.* 295. *num.* 1. *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 23. *num.* 10. *& decis.* 65. *nu.* 13. neque compensationis crediti illiquidi, *Buratt. decis.* 717. *ubi Add. num.* 6. *& decis.* 807. *num.* 3. & continet clausulam renunciationis omni legum, & juris auxilio, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 594. *num.* 3. *&* 4. per quam excluditur conductori remissio ex eo, quod prætendat, se impeditum fuisse uti re conducta, *Rolan. cons.* 86. *num.* 10. *lib.* 3. *Gratian. discept.* 195. *num.* 6.

Quemadmodum non obstat, quod Capitula non sint in actis producta.

Nam respondetur ea uti jura municipalia, & in unum volumen existens in publica Cancellaria, inclusa non esse in eadem Civitate edenda, *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 66. *num.* 55. *&* 56. *Gilian. ad Statut. Perus. in verb. Statutum num.* 8. *in fin.*

Ex quibus &c.



SUBHASTATIONIS.

Veneris 3. Junii 1650.

ARGUMENTUM.

Quomodo in subhastatione rei viri provideatur uxori creditrici anteriori. De interesse damni emergentis ob retardatam solutionem, & an illud possit cum fructibus recompensativis cumulari, & an probetur per instrumentum census. Quando sententia excessiva non sit revocanda in totum. Et an, parte instante, pronunciandum sit super nullitate primæ sententiæ, relictis mixtis.

SUMMARIA.

1 *Tertius se opponens subhastationi, quando non sit legitimus contradictor, nec audiendus, sed in expensis condemnandus, & num.* 2. *&* 3.

4 *Dotis restitutioni non est locus constante matrimonio, sed assecurationi.*

5 *Datio in solutum est loco solutionis.*

6 *Uxoris dote proportionabiliter assecurata, cessat illius jus in reliquo.*

7 *Executio quando possit decerni, & fieri pro majori tempore, & quantitate, quam in sententia contineatur.*

8 *Damna, & interesse omni jure debentur ratione moræ, & etiam non promissa, & num.* 9. *&* 10.

11 *Promittens, & non adimplens tenetur ad æquivalens interesse.*
12 *Interesse liquidari potest etiam in executione.*
13 *Damna ob non adimplementum sunt à fructibus recompensativis separata.*
14 *Damna an possint in judicio subhastationis cum fructibus recompensativis cumulari.*
15 *Executio non potest fieri nisi pro contentis in sententia, & mandato.*
16 *Executio mera non dicitur, ubi aliquid quoad quantitatem adiicitur primæ sententiæ.*
17 *Appellationi locus est in liquidatione, seu taxatione.*
18 *Damna, & interesse an probentur per instrumentum census, vel illius accollationis.*
19 *Damna, & interesse promissa debentur etiam non probatis requisitis Pauli de Castro.*
20 *Reservationi jurium quando sit locus.*
21 *Sententia in parte excessiva revocatur in totum. Lim. ut num. 22.*
23 *Judex Executor, & Delegatus non potest terminos delegationis excedere.*
24 *Nullitatis causa cognosci, & terminari debet relictis meritis, parte opponente. Decl. ut num. 29.*
25 *Auditor Generalis Bononiæ, quando non possit procedere non obstante inhibitione.*
26 *Appellatio in una causa non suspendit jurisdictionem ejusdem Judicis in aliis.*
27 *Nullitatis ex defectu jurisdictionis objectum quando cesset, vel non attendatur.*
28 *Nullitas in dubio est excludenda.*

DECISIO XXXVII.



CUm D. Franciscus Muccia sententiam obtinuisset à D. A. G. contra D. Flaminium Comellum fidejussorem Jacobi de Sgargiis in solidum obligatum, qua in vim publici instrumenti rogati sub die 22. Aprilis 1638. in Registr. A. fol. 3. relaxata fuerat executio pro summa libr. 2900. pro sorte residui pretii Domus venditæ, & pro affictibus decursis, & non solutis, & decurrendis usque ad effectualem sortis solutionem, ut Registr. A. fol. 16. & in illius executionem obtinuisset præcepta de exequendo, quoad sortem scilicet ad effectum deponendi, & quoad affictus, seu fructus decursos pro summa libr. 51. 10. ut dict. Registr. A. fol. 23.

Et D. Flaminius Comellus ad Rotam appellasset, & mediante inhibitione Excellentiss. D. mei Pellicciarii coauditoris Judicis extracti inhibuisset, ut dictus Registr. A. fol. 23. à tergo.

Recursum habuit D. Muccia ad Eminentiss. D. Card. Legatum, qui dictam sententiam mandavit exequi, ut dictus Registr. A. fol. 29.

Prosecuto deinde judicio executionis coram D. A. G. & facta pro affictibus executione super mobilibus, ut dict. Registr. fol. 29.

29. à tergo, & pro forte super Prædio in Communi Castri S. Petri in vocabulo Casa Nova, ut dict. Registr. A. fol. 64. & commissis edictis de subhastando, ut ibid. fol. 75. & seqq.

Ac factis ex parte D. Mucciæ sub die 7. Martii 1648. & executis contra dictum D. Flaminium domi, & contra D. Thiberium Provalium illius procuratorem personaliter protestationibus de damnis, & interesse ob retardatam solutionem, ex quo cum pecuniis sibi debitis intendebat extinguere censum, quem indicabat, & habebat ex accollatione passivè ad rationem sex pro centenario, & anno, ut dict. Registr. A. fol. 48. à tergo, & seqq. quorum instrumenta postmodum produxit sub die 7. Januarii 1649. ut in dicto Registr. A. fol. 145. & seqq.

Ad causam venerunt Rev. D. Alexander Comellus, & D. Anna de Rengheriis frater, & Uxor respectivè dicti Flaminii, opponentes se subhastationi, ex quo bona subhastanda spectarent, & essent eorum propria, & in illis haberent meliora, & anteriora jura, ut dict. Registr. A. fol. 90. & 139. ad quorum justificationem.

R. D. Alexander produxit instrumentum divisionis inter ipsum, & dictum Flaminium Gasparem, & Antonium fratres, ex quo constat ad ipsum spectare dicti Prædii quartam partem, ut dict. Registr. A. fol. 115.

Et, quia Gaspar decessit, instituto sibi hærede dicto Flaminio, ut dict. Registr. A. fol. 192.

Et Antonius quoque decessit, ut ibid. fol. 197. & illi ab intestato successerunt & Alexander, & Flaminius.

Detectum fuit ad eundem Alexandrum pertinere aliam quartæ partis dicti Prædii dimidiam.

Dicta verò D. Anna produxit instrumentum dotale rogatum sub die 9. Ianuarii 1634. ut in dict. Registr. A. fol. 117. in quo ad computum illius dotis promissæ libr. 4000. confessus fuit dictus Flaminius vir recepisse à D. Carolo dicti Mulieris fratre librar. 0500. & ulterius idem Carolus alias libras 800. solvere promisit ad mensem Maii proximum, & pro majori cautela præfati Flaminii dicti Carolus, & Anna consignaverunt eidem Flaminio scriptum quorumdam animalium existentium penès Bartholomeum Sgangium cum facultate illa vendendi pro sua satisfactione dictar. librar. 800. cum pacto, quod illud plus, quod ex illis extraheretur, deberet dicto Carolo restitui, & si minus, deberet illud Carolus in pecunia supplere. Et pro aliis libr. 700. idem Carolus cessit jura exigendi creditum similis summæ contrà D. Gasparem Mazzarellum solvendum pro parte per totum mensem Septembris proximè venturi, & pro alia parte in subsequentibus festis Natalitiis juxtà formam instrumenti desuper celebrati. Alias autem libr. 2000. solvere promisit D. Victoria Rengheria amita post illius secutam

tam mortem. Atque insuper aliud produxit instrumentum rogatum sub die 26. Februarii 1642. ut in dict. Registr. A. fol. 207. in quo post dictæ Victoriæ obitum dictus Carolus ad effectum ut dicta D. Anna ejus soror consequi posset in bonis hæreditariis dictæ Victoriæ dictas libr. 2000. per eam ut supra promissas prævia narratione nonnullorum creditorum ad se super eisdem bonis spectantium dedit, tradidit, & assignavit eidem Annæ, & pro ea dicto Flaminio viro omnia, & quæcunque jura sibi in præfatis bonis hæreditariis competentia, & præsertim in Prædio in Communi Anzolæ, & versa vice D. Flaminius uxoris nomine absolvit, & liberavit Carolum à dictarum librar. 2000. debitis in dictis bonis Victoriæ, & ab omni eo, & toto, quod occasione præmissorum dicti Conjuges petere, aut prætendere possent, & ulterius in alia manu Flaminius solvit Carolo ex pecuniis, ut dixit, dictæ Annæ librar. 400. & alias libr. 725. solvere promisit infra octo menses.

Emanavit ex prædictis die 7. Julii 1649. alia sententia D. A.G. in qua pronunciavit, ut facta divisione, & separatione portionis spectantis ad D. Alexandrum, ad ulteriora sit procedendum, & procedatur in subhastatione dicti Prædii ad hastam positi pro duabus quartis cum dimidia alterius quartæ ad effectum de pretio ex subhastatione extrahendo satisfaciendi primo loco dictæ D. Annæ de libr. 500. actualiter solutis dicto Flaminio viro ad computum suarum dotium, & illis deponendis super Ædem Sacram, donec investiantur ad ejusdem Annæ commodum, & de residuo dicti pretii satisfaciendi dictæ D. Mucciæ de libr. bis mille, & noningentis pro sorte, & deinde de fructibus recompensativis in rationem ad formam instrumenti usque ad diem 7. Martii 1648. & ab inde citra in rationem libr. 6. pro quolibet centenario, & anno, & alias ut in sententia dict. Registr. A. fol. 246. à tergo, & in Registr. B. fol. 12. & 18. à tergo.

Appellationem ab hac sententia interposuerunt, & de nullitate dixerunt DD. Alexander, & Anna, eamque coram me per solitam extractionem introduxerunt, ut in dict. Registr. B. fol. 11. Et prosecuta deinde causa etiam sub nomine dicti Flaminii debitoris activè, & passivè, cum Rescripto etiam seu Commissione ad referendum Illustr. D. V. Legato.

Fuit hodie deventum ad illius resolutionem, & expeditionem, in qua omnium Dominorum Votis fuit determinatum, relatum, & successivè pronunciatum, reformando sententiam D. Judicis à quo, assignandam esse dictæ D. Annæ tantam ratam, & partem dicti Prædii, quæ in sui valore secundùm æstimationem peritorum ascendat ad summam libr. bis mille, & facta sibi illius assignatione, & separatione, procedendum esse ad ulteriora in subhastatione dicti Prædii residui

dui ad effectũ satisfaciendi dictæ
D. Mucciæ de ejus credito sortis,
& fructuum decursorum, & non
solutorum, & decurrendorum
usque ad actualem solutionem
sortis ad formam instrumenti,
reservatis eidem juribus quoad
pretensum interesse damni emer-
gentis, si & quatenus &c.

Nulla enim fuit habita ratio
interesse dicto R. D. Alexandri
super Prædio, quoniam fuit do-
ctum in hac instantia de illius
donatione, & cessione jurium ad
favorem dicti Flaminii debitoris
cum clausula etiam constituti,
& precarii, & consequenter eum
non habere in dicto Prædio ali-
quod dominium, nec possessio-
1 nem, sine quibus, seu eorum
altero non est legitimus contra-
dictor, ut habui in *tract. de sub-
bast. insp.* 18. *num.* 88. *& ibi Rot.*
2 *decis.* 65. *num.* 4. nec potest subha-
stationem retardare, ut etiam
habui *d. insp.* 18. *num.* 46. 48. 103.
& 118. & tradit *Anton. de Amat.*
3 *resol.* 94. *num.* 6. sed tamquam
temere se opponens debuit in
expensis comdemnari, prout
condemnatus fuit, ad tradita per
me *d. insp.* 18. *num.* 108.

Fuit provisum D. Annæ res-
pectu suæ dotis anterioris per
assignationem ratæ æquivalentis
4 dicti Prædii, quia constante ma-
trimonio, non est locus dotis
restitutioni, sed assecurationi, ut
etiam habui præfato *tract. de sub-
bast. d. insp.* 18. *num.* 103. *& seqq.*
& tradit *Merlin. de pignor. libr.* 3.
quæst. 73. *nu.* 34. 62. *& seqq. Thom.
Carneval. de judic. tom.* 2. *tit.* 3.
disput. 12. *nu.* 6. *& Rot. recent. par.*
4. *tom.* 3. *decis.* 595. *num.* 1. *& seq.
& decis.* 613. *num.* 1. *& seq.*

Atque fuit ad favorem ejus-
dem D. Annæ extensum ejus
creditum dotis adversus virum
communem debitorem ad libr.
2000. admittendo, quod ex di-
ctis duobus instrumentis ex ejus
parte productis resultet solutio-
nis sufficiens probatio, & quod
credita assignata sint in solutum 5
data, *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 307.
num. 41. & juncta solutionis veri-
similitudine; & supponendo,
quod Prædium sit capax utrius-
que crediti, ita ut in eo, quod
supererit, ultra illius ratæ assi-
gnationem dicti Mulieri, possit
D. Mucciæ per subhastationem
satisfieri. Nec erat assignationi
locus, nec ea prætendebatur res-
pectu aliarum libr. 2000. habita-
rum à viro in bonis hæreditariis
dictæ Victoriæ amitæ, ut supra,
quia eadem met bona adhuc
penes virum, & Mulierem repe-
riuntur, nec super illis molestiam
aliquam patiuntur.

Mandatum fuit in dicti Præ-
dii residuo, dempta prædicta
dote, ad ulteriora in subhasta-
tione procedi, quia in eo cessat 6
omne jus dicti Mulieris, ad relata
per me *d. tract. de subbastat. insp.*
18. *num.* 118. *& seq. Ursell. in verb.
assecuratio dotis, concl.* 152. *sub nu.*
48. 51. *&* 55. *Gratian. discept.* 660.
num. 14. *&* 15. *Merlin. de pignor.
lib.* 3. *quæst.* 73. *num.* 35. *& seq.*

Non fuit approbata executio
aucta à D. Judice à quo respectu
interesse, dum cum fructibus
recompensativis cumulavit præ-
tensum interesse damni emer-
gentis,

gentis, ob retardatam solutionem, illud totam taxando à die protestationum ad rationem sex pro quolibet centenario, & anno,
7 quja, licet decerni, & fieri possit executio pro majori tempore, & quantitate, quam in sententia contineatur, si id virtualiter possit intelligi, ut ubi agitur de fructibus, qui deindè maturati fuerunt, & sententia non est restricta, *Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis.* 566. *num. 3. & seqq.* & damna, &
8 interesse omni jure debeantur, *Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. quæst.* 4.
9 *nu.* 1899. *in fin.* & solita sint deberi ratione moræ, *Rot. recent. par.* 5.
10 *tom.* 1. *decis.* 234. *num.* 8. & quidem etiam non promissa, *Gait. d. quæst.*
11 4. *num.* 1877. & promittens aliquid, & non adimplens teneatur præstare interesse tanti scilicet, quanti interest ejus, cui promissio facta est, *Add. ad Buratt. dec.* 640. *num.* 31. *Rot. recent. par. 6. dec.*
12 58. *nu.* 25. & illius liquidatio fieri possit etiam in executione, *Gratian. discept.* 183. *num.* 44. *& seqq. discept.* 333. *num.* 3. 10. *&* 11. *Greg. decis.* 224. *nu.* 3. *Buratt. decis.* 545.
13 *num.* 4. damna tamen ob non implementum sunt separata à fructibus recompensativis, *Grat.*
14 *discept.* 588. *num.* 41. & ideo illa non videntur in judicio subhastationis cum fructibus recompensativis cumulanda, sed separatim tractanda, & cognoscenda in
15 novo judicio, tum quja illa non sunt comprehensa in sententia, & mandato, de cujus executione agitur, *Rot. recent. par. 4. tom.* 2.
16 *decis.* 393. *num.* 4. *in fin. num.* 5. nec dicitur mera executio, ubi aliquid adiicitur primæ sententiæ quoad quantitatem, *Gratian. discept.* 349. *num.* 12. tum quja in 17
illis, seu saltim in eorum taxatione potest esse locus appellationi, *Gratian. discept.* 42. *num.* 9. *&* 10. *discept.* 349. *nu.* 10. *& discept.* 444. *num.* 26. & potest in statu præsentis judicii dubitari, an sint 18
sufficienter probata per solam ostensionem instrumentorum census, & illius accollationis, ut partem negativam tenet *Gratian. discept.* 67. *num.* 16. *& seq. discept.* 240. *num* 5. *&* 8. *et discept.* 987. *nu.* 7. *et seq. num.* 15. *et seq. et num.* 20. *Mobed. decis.* 103. *alias* 3. *de usur. Coccin. decis.* 498. *num.* 2. *&* 3. *& Rot. post* 2. *vol. conn. Farin. decis.* 325. *num.* 5. & partem affirmativam sentit *Scacc. de commerc. & camb. §.* 1. *quæst.* 7. *par.* 2. *ampl.* 8. *num.* 254. 256. *&* 260. *vers. hæc omnia*, & quod promissa debeantur etiam non probatis requisitis 19
Pauli de Castro, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 85. *num.* 14. Undè 20
ad hoc reservavimus jura in alio judicio, juxtà tradita per *Gratian. discept.* 3. *num.* 26.

Arbitrati fuimus, fuisse locum sententiæ reformationi, & non illius revocationi, etiam quod 21
illa esset in parte excessiva, & ex hoc videretur revocanda in totum, *Put. decis.* 323. *lib.* 1. *in antiq.* quja sumus in executione non 22
dum consumpta, ad relata per me in *d. tract. de subhast. insp.* 50. *num.* 104. *& seq. & Ursell. in verb. alienatio rerum minorum, concl.* 86. *num.* 15. *et* 17. *et Rot. recent. par.* 6. *decis.* 8. *num.* 6. *et* 8. *et in Urbevetana Restitutionis Dotis* 14. *Decem-*

cembris 1643. *coram R. P. Peutingero.*

Non obstat, quod sententia prætenderetur nulla ex defectu jurisdictionis respectu pronunciæ super dicto damno emergente, quod non comprehendebatur in antecedente, & principali sententia, de cujus executione agebatur, unde non posset D. Auditor Generalis uti Judex Executor, & ad executionem Delegatus illius terminos excedere, *cap. cum dilecta de rescript. cap. Pisanis de restit. spol. cap. venerabilis de offic. deleg. Greg. decis.* 1. *sub nu.* 1. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 446. *num.* 7. *&* 8. *&* *tom.* 3. *decis.* 522. *num.* 1 *et* 2. *decis.* 566. *num.* 1. *et seqq.*
23
24 *et decis.* 569. *num.* 6. & ideo, relictis meritis, pronunciandum esset super dictæ sententiæ nullitate, ut pars adversa in suis informationibus insistebat, ex *Vant. de nullit. tit. quot, et infr. quod temp. num.* 11. *et seqq. Gratian. discept.* 516. *num.* 23. *et* 24 *Put. decis.* 72. *nu.* 2. *et* 3. *par.* 3. *Beltram. ad decis. Greg.* 176. *num.* 16. *et Coccin. decis.* 206. *num.* 1. *et seqq. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 578. *num.* 9. *et seq.*

Quoniam, ultra quod D. Auditor Generalis non fuerat ad executionem delegatus, sed, sublato ab Eminentiss. D. Legato impedimento inhibitionis Rotalis, processerat ex sua ordinaria
25 jurisdictione, prout poterat in vim etiam *Const. Justin. rubr.* 15.
26 *num.* 6. nec ex appellatione in una causa suspensa esset illius jurisdictio in aliis causis, *Lancell. de attent.* 2. *par. cap.* 12. *lim.* 2. *nu.* 35.
27 Et ideo cessat, seu non est attendendum nullitatis objectum, *Gratian. discept.* 61. *nu.* 10. *Beltram. ad Greg. d. decis.* 176. *num.* 16. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 599. *num.* 43. *et* 44. & in dubio est sentiendum pro non nullitate, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 83. *num.* 2. *et par.* 6. *decis.* 85. *num.* 13. 28

Respondetur hujusmodi prætensam nullitatem non fuisse in actis specifice deductam, nec principaliter, nec illius exceptionem in quolibet actu fuisse repetitam, quibus cessantibus non adstringitur Judex ad pronunciandum super ea, *Beltram. ad d. decis.* 176. *Greg. d. num.* 16.

Et ita utraque &c.

CONFORMIUM.

Martis 21. Junii 1650.

ARGUMENTUM.

Statutum de duabus conformibus an habeat locum in forensi, & an intret in conformibus, quæ habent præcedentem, vel intermediam sententiam contrariam.

SUMMARIA.

1 *Sententiæ duæ conformes ex Statuto Bononiæ ad favorem Viduæ faciunt rem judicatam.*

2 *Clausula, Si quid exequendum, facultatem tribuit exequendi, si executioni de jure locus sit.*

3 *Statutum de duabus conformibus proditum est ad lites abreviandas.*

4 Sta-

4 *Statutum prævalet dispositioni juris communis.*
5 *Statutum est tantæ potentiæ in Civitate, quantæ lex communis in universo.*
6 *Sententiæ quando dicantur conformes. & num. 7. 8. & 9.*
10 *Executioni conformium locus est, si illæ sint justæ, & validæ, secus econtra.*
11 *Statutum non favet forensibus, sed subditis. Ampl. ut num. 12.*
12 *Statutum loci judicis non attenditur in decisoriis.*
13 *Statutum Bononiæ probibens secundam appellationem est decisorium.*
14 *Statutum tollens præcise appellationem est decisorium. Ampl. ut num. 15.*
16 *Statutum quod non tollit appellationem nisi ad effectum suspensivum dicitur ordinatorium. Ampl. ut num. 17.*
17 *Ægidiana dicitur ordinatoria, prout est Statutum probibens appellationem in possessorio.*
18 *Statuta, & jura loci, in quo litigatur, attendenda sunt in respicientibus judicii ordinem.*
19 *Vidua perdurare censetur in matrimonio, nisi domicilium retinet, & civilitatem, & illius Statuto gaudet.*
20 *Statutum loci contractus attenditur in decisoriis.*
21 *Statutum locum babet etiam contra forensem, quid ibi judicium introduxit, vel contraxit, & quare.*
22 *Subditus quis efficitur ex quasi contractu.*
23 *Forensis statuto loci non ligatur.*
24 *Statutum loquens de subdito locum non babet in subdito ad tempus, & secundum quid.*
25 *Æqualitas inter litigantes servanda est, ut si uni licet appellare, licet, & altero, & econtra.*
26 *Sententiæ tres requiruntur ad constituendum rem judicatam, cui sit locus executioni.*
27 *Sententiarum conformitas attenditur etiam, si babeant sententiam contrariam præcedentem, vel intermediam.*
28 *Vulnus sanatam remanet ex duabus subsequentibus conformibus.*

DECISIO XXXVIII.



Helena Verardina; habens mandatum executivum contra bona hæreditaria Marii Landi, illud exequi curavit in mobilibus domus, quæ, ne amoverentur vocavit se in depositum retirare D. Magdalena Dinella uxor Caroli filii, & hæredis dicti Marii, cum obligatione de illa consignando ad omne mandatum.

Vita functo etiam dicto Carolo Lando, dicta Magdalena ejus uxor evasit creditrix tàm Marii soceri, quàm Caroli viri suarum dotium restituendarum.

Obtinuit Veradina duas conformes contra Magdalenam pro consignatione dictorum mobilium

lium ad effectum subhastandi,
& Magdalena duas alias confor-
mes pro consignatione quarum-
dam pecuniarum existentium
in Monte Pietatis contrà Verar-
dinam ad illas concurrentem.

Quibus stantibus, commissa
fuit ab Eminentiss. D. Cardinali
Legato dictarum sententiarum
hinc indè causa Excellentiss. D.
Auditori Gen. cum voto Excell.
D. Picotti coauditoris, & mei cum
clausula, *Si quid exequendum*
&c.

Undè hodie concorditer resol-
vimus pro executione hinc indè,
1 stante Statuto de duabus confor-
mibus exequendis ad favorem
viduarum, in quibus sumus, ut
intret *Statut. Bonon. lib. 2. rubr. de*
appell. §. prohibemus, & de arbit.
D. Potest. in caus. pupill. & viduar.
§. fin.

2 Dat enim dicta clausula, Si
quid exequendum, exequendi
facultatem, ubi executioni de
jure locus est, *Gratian. discept.*
968. *nu.* 3. *& habui in tract. mand.*
de manuten. observat. 12. *num.* 46.
Executioni vero locum fuisse,
visum fuit, hoc casu in vim Sta-
tuti de duabus conformibus pro
3 Viduis, quod introductum est
ad lites abreviandas, *Buratt. decis.*
4 253. *nu.* 7. & prævalet dispositioni
juris communis, *Rot. post Gilian.*
ad Statut. Perus. decis. 122. *num.* 5.
5 quæ est *Caval. decis....* & est
tantæ potentiæ in Civitate,
quantæ lex communis in uni-
verso, *l. omnes populi, ff. de just. &*
jur. Gilian. ad d. Statut. Perus. in
verb. successio ab intestato num. 1. &
de sententiarum conformitate
dubitari non potest, cum secun- 6
da confirmet primam, *Rot. divers.*
decis. 305. *num.* 3. *par.* 1. quamvis,
ut intraret Statutum, satis etiam 7
fuisset, ut sententiæ fuissent con-
formes in qualitate, & substantia,
Gabr. de execut. rei judic. concl. 1.
num. 33. & in effectu, *Gabr. ibid.* 8
num. 34. *& Gilian. ad præfatum*
Statut. Perus. in verb. appellatio
num. 10. *Pen. decis.* 334. *num.* 2. ac 9
ad eumdem attenderent finem,
Gilian. ubi proximè.

Nec contra ipsas sententias
datum fuit de injustitia, seu nul-
litate, quod potuerit turbidam 10
reddere earum conformitatem,
& executionem impedire, *Ma-*
rescott. var. resol. lib. 1. *cap.* 86.
num. 30. *Gratian. discept.* 691. *num.*
17. *Contard. de moment. poss. limit.*
9. *num.* 6. *Rot. recent. par.* 6. *decis.*
292. *num.* 10. *& par.* 7. *decis.* 173.
num. 1. *Duran. decis.* 198. *num.* 13.

Sed solum ex parte Verardinæ
contra Dinellam oppositum pri-
mo fuit, eam esse Lucanam, &
sic forensem, quæ ideo non possit
gaudere dicto Statuto Bononiæ,
cum Statutum non faveat foren- 11
sibus, sed subditis, *Rot. recent. par.*
4. *tom.* 2. *decis.* 174. *num.* 7. *& par.*
6. *decis.* 137. *num.* 20. *& decis.* 294.
num. 3. *Beltram. ad Greg. decis.* 279.
num. 25. & maximè cum agatur 12
de Statuto, quod respicit deci-
soria judicii, in quibus judicii
locus non attenditur, ut in simili
Statuto, & muliere vidua forensi
tradit *Buratt. decis.* 40. *num.* 3. &
quod hujusmodi Statutum Bo- 13
noniæ sit decisorium, habetur
per *Contard. de moment. poss. qu.* 7.
& generaliter, quod Statutum 14

Ee tol-

tollens præcise appellationem
dicatur decisoriùm, tradit idem
Contard. d. tract. limit. 4. *num.* 8.
juncto num.7. in princ.Put. dec. 426.
num. 1. *lib.* 2. *in antiq. Buratt. d.*
*decis.*40.*num.*2. *& Rot. post Gilian.*
ad Statut. Perus. decis. 19. *num.* 9.
15 præsertim si tollat in petitorio,
16 *Gratian. discept.*103.*num.*16.quid-
quid aliud sit in Statuto, quod
non tollit appellationem, nisi ad
effectum suspensivum, quod ideò
dicitur ordinarium, *Seraph. dec.*
312. *num... Rot. penes Gilian. ad d.*
17 *Statut. Perus. decis.*18. & in Ægi-
diana, *Contard. de moment. poss.*
lim. 4. *sub nu.* 9. *&* 11. *& de Ægi-*
din. quæst. 4. *num.* 10. & in Statuto
prohibente appellationem in
possessorio, *Gratian. d. discept.*
103. *num.* 16. *& Rot. post nostrum*
tract. de mand. de manuten. decis.
18 639. *num.* 15. & in respicientibus
judicii ordinem Statuta loci, &
jura fori, in quo litigatur, sunt
attendenda, *Contard. d. tract. tit.*
de Ægid. quæst. 6. *num.* 4. *Buratt.*
decis. 170. *num.* 8. *& post nostrum*
tract. de mand. de manuten. d. decis.
639. *num.* 15.

Cæterum respondetur primo
19 dictam Dinellam viduam cense-
ri perdurare in matrimonio, &
proinde retinere mariti Bono-
niensis domicilium, ejusque ci-
vilitatem, & potiri debere illius
civilium Statutorum beneficio,
non secus ac vivente marito po-
tiretur, dum maximè non constat
de ejus animo Bononiæ Civita-
tem deserendi, *Gratian. discept.*
623. *nu.* 3. *& seqq. Rot. post Gilian.*
ad Stat. Perus. decis. 8. *num.* 1. *&*
seqq. & decis. 9. *num.* 5. *quæ sunt*
Comitul. decis... & decis.... Ne-
que obstat *d. decis. Buratt.* 140.
num. 2. quia ibi etiam maritus
fuerat forensis, nempe Venetus,
ut ibi dicitur *in princ.* & causa
agebatur Ferrariæ.

Respondetur secundo Statu-
tum videri attendendum, tum
quia agitur de contractu facto
Bononiæ, & in decisoriis atten- 20
ditur Statutum loci contractus,
Buratt. decis. 675. *nu.* 6. tum quia,
sicuti Statutum locum habere
videtur contra Dinellam etiam
forensem, ex quo hic judicium 21
introduxit, vel contraxit, *Add.*
ad Buratt. decis. 98. *num.* 5. *in fin.*
cum in judiciis quasi contraha-
tur, & ratione quasi contractus 22
non subditus efficiatur subditus,
Contard. de moment. poss. quæst. 6.
*num.*5. *&* 6. (quamvis alias foren- 23
sis Statuto loci non ligetur, *Greg.*
decis. 279. *num.* 10. nec Statutum 24
disponens de subdito locum ha-
beat in eo, qui est subditus ad
tempus, & secundum quid, *Rot.*
recent. par. 4. *tom.* 2. *dec.* 212. *nu.* 25.)
ita illud intrare videatur ad ejus
favorem, cum inter litigantes 25
debeat servari æqualitas, itaut,
si uni non liceat appellare, nec
alteri appellatio concedenda sit,
& econtra, *Grat. decis.* 72. *num.* 11.
& decis. 220. *num.* 1. *&* 2. *Beltram.*
ad Greg. decis. 581. *num.* 7. *& seqq.*
& Buratt. d. decis. 40. *num.* 4. *&* 5.
& facit *Contard. de moment. poss.*
limit. 4. *num.* 5. *&* 6.

Secundo opponebatur ad
impediendam executionem con-
formium reportatarum à Dinel-
la, quod in illis non vindicaret
sibi locum Statutum, nec ex me-
reren-

rerentur executionem ex illius dispositione, quia ipsis duabus conformibus præcesserit prima sententia illis contraria, quo factum fuerit, ut vulnerata dicatur
26 via Statutaria, & requirantur tres sententiæ ad constituendam rem judicatam, quæ possit exequi, ut disponitur à jure communi, *clem. 1. de re judic.*
27 Verum respondetur conformitatem sententiarum ad effectum executionis attendi etiam si illis præcesserit sententia contraria, ut in fortioribus terminis de sententiis, quæ non fuerint continuatæ, sed interpellatim latæ, tradit *Gabr. de execut. rei judic. concl. 1. num. 12. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 86. num. 20.*
28 Diciturque vulnus, si quod considerari potest, sanatum, dum post illud in contrarium latæ fuerunt duæ sententiæ conformes, quæ ex Statuto faciunt rem judicatam, *Duran. decis. 193. nu. 7. & 8.*

Et ita utraque &c.

DOTIS, SEU DOTIUM.

Mercurii 22. Junii 1650.

ARGUMENTUM.

Pater promittens simpliciter dotem an censeatur, & possit imputare dotem filiæ acquisitam ex defloratione.

SUMMARIA.

1 *Dotis assecurationi, vel restitutioni fit locus à die quo maritus incipit exulare, & ponitur in banno, vel vergit ad inopiam, & num. 2.*
3 *Conductio requirit rem, consensum, & certam conventam mercedem.*
4 *Dotis solutione facta viro, promissor remanet liberatus etiam quoad uxorem, sed ex facta uxori non liberatur quoad virum, & num. 5. Decl. ut num. 7.*
6 *Liberatus semel non incidit amplius in obligationem.*
7 *Uxori acquiritur jus in dote ex illius promissione, quæ fit viso.*
9 *Peculium filiæ adventitium dicitur, quod aliunde habuit, quam propter patrem.*
10 *Dotare in dubio pater censetur de proprio, non de bonis filiæ, nisi constito de decoctione; Ampl. ut num. 11. 18. & 19. Decl. ut num. 22. & 23. & 74. Lim. ut num. 37. & 38.*
12 *Pater est administrator bonorum filii adventitiorum.*
13 *Dotare filias officium est paternum. Ampl. ut num. 16. & 17.*
14 *Dos est debitum patris necessarium. Ampl. ut num. 15. Lim. ut num. 24. 25. & 26.*
20 *Vir non potest uxori in dote sibi jam acquisita præjudicare. & num. 21.*
23 *Actus dicitur voluntarius, quando quis ad illum cogi non potest.*
27 *Dotata quando mulier dicatur.*
28 *Filia deflorata, quæ dotem consecuta fuit à defloratore, non potest dotem à patre prætendere, sed solam legitimam post illius mortem, vel nec legitimam. & num. 29.*

30 Dotare qui non tenetur, non censetur in dubio dotare de proprio, sed de bonis dotatæ quæ administret ubi exempla.

31 Dos legata vel promissa ab avo paterno nepti an computanda sit in legitima filii, vel detrahenda de tota hæreditate avita. & num. 32.

33 Dispositio exorbitans à jure communi non est ad alios casus extendenda.

34 Obligare se quis voluisse non creditur in plus, quam teneretur.

35 Obligatio simplex præsumitur ex causa præcedente.

36 Dotem esse pro parte profectitiam, & pro parte adventitiam non est inconveniens.

39 Summa conformitas, seu congruitas facit magnam præsumptionem. & num. 40.

41 Deflorator quod solvit in deflorationis pœnam, solvit pro, & nomine dotes.

42 Dotes plures mulierem habere, est absurdum, sed debet una esse contenta. et num. 65.

43 Dos tacite continet nuptiarum conditionem.

44 Dos est inventa, ut mulieres facilius maritos reperiant.

45 Dos esse debet apud maritum, illique solvi propter matrimonii onera.

46 Dotis solutioni facta viro, et uxori, præsumitur pecunia tota ad virum pervenisse.

48 Declarationi standum videtur, quæ respiciat actus dilucidationem, vel executionem, non alterationem.

49 Declaratio quando possit fieri post alteri jus quæsitum.

50 Filia ex consensu præstito matrimonio censetur acceptasse dotem sibi à patre constitutam, et illam pro rata continere, quod sibi ab eo debebatur.

51 Actus subsecutus declarat primordialem voluntatem, et qualitatem præcedentis actus.

52 Obligatio bonorum extrinsecus adiicitur in contractu.

53 Clausula accessoria, et executiva regulatur secundum naturam contractus, cui adiicitur, absque aliqua alteratione, vel mutatione. & num. 54. 55. & 56.

57 Obligatio cameralis nihil addit, sed efficacius obligat.

58 Juramentum non auget obligationem, sed strictius obliget.

59 Hypoteca non auget, sed assecurat obligationem personalem.

60 Obligatio est stricti juris, & est interpretanda, ut minus, quam fieri possit, obliganti prejudicet, & 61.

62 Obligatio in forma Cameræ non admittit obligationis rigorem, quando negocium est turbidum.

63 Dotem promittens ascendens ex Bononiæ Statuto censetur promittere de suo, non de eo, in quo est mulieri debitor, nisi contrarium appareat. Decl. ut num. 64. 65. & 66.

65 Decisio Rotæ Bononiæ coram Bentio impugnatur.

67 Dotem minorem patrem voluisse constituere uni filiæ, quam aliæ non est verisimile.

68 Dotem majorem potest pater uni

uni filiæ constituere, quam alteri.

69 *Dos minor debetur filiæ corruptæ, & quare, & num.* 74.

70 *Necessitatis causa factum censetur ad necessitatis limites.*

71 *Dotis congruitas non taxatur ex assignatione facta sorori, sed in ea, quæ erat facienda.*

72 *Soror dotari debet ut aliæ ex Statuto Bononiæ, nisi patrimonium fuerit diminutum, et num.* 73. *Lim. ut num.* 74.

75 *Mulier corrupta indiget majori dote. Decl. ut num.* 76.

77 *Stuprator tenetur ad dotem congruam.*

DECISIO XXXIX.



CARCERATO ad quærelam Francisci Floravantis Jacobo Accarisio pro prętensa defloratione Camillæ ejusdem Floravantis filiæ, eoque condemnato (licet non per sententiam, nec in scriptis) à D. Auditore Turroni ad illam dotandam, & facto de ejusdem mandato in Monte Pietatis deposito libr. 1200. ad creditum ipsius Camillæ ad effectum illud solvendi, cui Dominus mandasset, prout similis dos à corrumpente Virginem, quam non desponset, deponi solet ad effectum illam deinde solvendi cum alteri nupserit, *Farin. de delict. carn. quæst.* 147. *num.* 123. *Fontanell. de pact. nupt. clauf.* 5. *gl.* 5. *par.* 1. *num.* 93. *& seqq.*

Nuptui postmodum præfatus Floravantes Camillam tradidit Hieronymo Bazano Civi, & Notario Bononiensi cum simplici promissione dotis libr. 2000. quarum libr. 400. solvit incontinenti, & libr. 1200. solvere promisit statim secuto matrimonio, & alias libr. 400. sub quodam alio termino, obligando se cum clausula constituti, & precarii, & in forma Cameræ, ut in instrumento.

Matrimonio secuto egerunt dicti Conjuges contra Floravantem in vim d. instrumenti ad residuum dictæ dotis non solutæ, & executionem obtinuerunt, non obstante oppositione præfati depositi in Sacro Monte Pietatis, & quod illud in hanc causam, & in hoc computum intelligi, poni, & recipi deberet.

Solvit deinde Floravantes Bazano genero, & viro respective libr. 400. reportata quietatione, quod essent pro dictæ dotis residuo, attento quod alias libr. 1200. exegisset ex dicto Montis deposito, ut in alio instrumento rogato sub die 16. Novembris 1635.

Præfata vero Camilla uxor die 10. Februarii 1641. cum ipsi Conjuges habitarent Appartamentum inferius Domus dicti Floravantis sitæ Bononiæ in via Nova Reni (quasi dos adhuc soluta non fuisset in illius præjudicium) intimavit Floravanti

patri

patri protestationem continentem, quod ipsa pro sua dote intendebat dictum Appartamentum retinere ad effectum cum debita pensione excompensandi proportionabiliter alimenta sua dotalia (animo tamen ab eodem consequendi etiam eorundem alimentorum residuum) & pro consequenda dictæ dotis sorte, maxime in vim precarii, & ex quo habebat possessionem non solum civilem, sed etiam naturalem, & actualem.

Successive de anno 1645. 14. Maii Floravantes judicium instituit contra d. Bazanum generum pro libr. 300. pro pensionibus dicti Appartamenti, & pro mandato de exfractando, seu evacuando, & Præceptum expulsivum obtinuit, nec non executionem pro pensionibus liquidandis.

Sub die autem 10. Novembris ejusdem anni 1645. Camilla judicium movit contra Floravantem patrem, seu jam motum per supradictam protestationem, & intimationem assumpsit, & prosecuta fuit, petendo prævia narratione dicti sui crediti dotalis, matrimonii cum Bazano contracti, & possessionis dictæ Domus Appartamenti in vim precarii, se manuteneri cum oblatione de excomputando proportionabiliter pensiones in dotalibus alimentis.

Interfecto die 8. Aprilis 1646. dicto Floravante à præfato Bazano genero, Lucretia altera illius filia, & donataria immissa fuit, nemine tamen citato, in possessionem ejusdem bonorum, & præcipuè dictæ Domus, sed non tamen specificè dicti Appartamenti.

Sed sub eadem die, Camilla absente, fuit ad instantiam dictæ Lucretię ejusdem Appartamenti ostium clausum, & sigillo Curiæ sigillatum.

Et deinde eadem Lucretia citato Bazano ad dict. Appartamentum sic clausum, & sigillatum, obtinuit contra eundem novum mandatum de exfractando; Et successivè, citata ibidem Camilla, obtinuit mandatum de illud exequendo in illius etiam præjudicium, quo etiam executo, fuerunt mobilia ibi reperta penes tertium deposita.

Introductaque vero à prædictis appellationis causa ex parte dictæ Camillæ coram D. Cisalpino Auditore Eminentiss. tunc Legati, lata fuit ab eodem sententia, qua præcedentes revocavit, & mandavit dicta mobilia Camillæ restitui.

A qua à Lucretia interposita appellatione, eaque commissa, & introducta coram D. Trotto tunc A.G. idem tulit sententiam revocatoriam alterius D. Cisalpini, & confirmatoriam præcedentium.

Et ab ista ultima sententia pendente, ac relata hodie causa appellationis in Rota per Excellentiss. D. Pelliciarium, fuit pro majori parte Dominorum resolutum pro revocatione sententiæ D. Trotti, & confirmatione sententiæ D. Cisalpini ex rationibus, de quibus in decisione per eun-

eundem D. Pellicciarum extendenda.

At alter ex Dominis, & ego sentiebamus pro confirmatione sententiæ D. Cisalpini, & revocatione sententiæ D. Trotti quoad mobilia, & pensiones, & pro confirmatione sententiæ D. Trotti, & revocatione sententiæ D. Cisalpini quoad mandatum de evacuando.

Movebar ego quoad mobilia, quia constat, ea esse Camillæ, seu Bazani viri sibi obligata pro dotis assecuratione, vel restitu-
1 tione, cui factus est locus à die, quo Bazanus cœpit ob dictum homicidium exulare, & banno passus est, *Greg. XV. decis.* 114.
2 *num.*8. *& ibi Add. nu.* 10. & etiam antea, dum ex confessione in actis Floravantis patris, & soceris respectivè ad inopiam vergebat, *l. si constante in princ. ff. sol. matr. l. ubi adhuc*, *C. de jur. dot. Coccin. decis.* 257. *num.* 1. *&* 3. *Buratt. decis.* 3. *num.* 10.

Et quoad pensiones, quia non constat de aliqua conductione,
3 ad quam perficiendam, & concludendam requiritur res, consensus, & certa, atque conventa merces, *Rub. in adnot. ad Rot. dec.* 420. *num.* 102. *&* 103. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* hic autem deficit consensus, & certa merces.

Quo vero ad mandatum de exfractando sentiebam illi locum esse contra Camillam, non obstante oppositione retentionis pro asserto credito dictæ dotis promissæ, ejusque interusuriorum quia constitit de dotis solutione, & liberatione reportata à Bazano marito, ut supra, quod 4
operatur, ut Floravantes promissor non sit amplius dotis debitor, & cesset contra eum Camillæ creditum, *Medic. examinat.* 36. *sub num.* 44. cui si etiam pater 5
solvisset, non fuisset liberationem consecutus, stante promissione facta genero, *Coccin. decis.* 65. *num.* 1. & cum semel libera- 6
tionem acquisiverit, non potuit amplius in obligationem reincidere, *Buratt. decis.* 898. *num.* 8.

Nec obstare arbitratus fui, quod tunc pater dotis promissor 7
liberatus censeatur ex solutione facta viro, si solutio facta fuerit legitimè, secus si non legitimè, nec eo modo, quo inter partes conventum fuit, & ubi id resultat in præjudicium uxoris, cui 8
jam erat jus acquisitum, *Greg. dec.* 97. *num.* 2. *& seqq. et ibi Beltram. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 497. *num.* 3. 4. *& seq. et num.* 15. *et seq. et tom.* 3. *decis.* 514. *num.* 6. *et seq.* Et in præsenti casu non intervenerit legitima solutio, nec juxta conventa, dum fuit in hujusmodi crediti satisfactionem excomputatum dicti Montis depositum, & sic peculium adventitium ipsius Camillæ, quod aliunde ha- 9
buerat, quam propter patrem, *glos. in §.* 1. *in verb. procedat. in addit. Instit. per quas pers. nob. acquirit.* & de quo in promissione nulla fuerat facta mentio; Et consequenter in dubio Floravantes pater 10
censendus esset dotasse de proprio, non autem de bonis ipsius filiæ, non constito de illius decoctione, *l. fin. §. fin. C. de dot. promiss. Rip. in l.* 1. *num.* 87. *& ibi Crot. num.*

nu. 73. *Bald. de Bartolin. num.* 77. *Jas. num.* 23. *& Bolognett. num.* 109. *ff. sol. matrim. Jas. in §. fuerat inst. de act. num.* 100. *Petro-sanct. singul.* 71. *Bald. cons.* 38. *num.* 3. *lib.* 2. *Castr. cons.* 438. *num.* 4. *&* 5. *Menoch. de præsumpt. libr.* 3. *præsumpt.* 15. *num.* 1. *& seqq. Put. dec.* 182. *num.* 2. *lib.* 1. *juxta veter. impress. Coccin. dec.* 29. *num.* 4. *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 590. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 108. *num.* 25. *&* 26. *Rot. Perus. in dec. impress. apud Gilian. ad Statut. Perus. in verb. successio ab intestato num.* 122. *fol.* 265. *Fontanel. de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 5. *num.* 14. *& claus.* 5. *gl.* 1. *par.* 3. *num.* 7. *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 19. *num.* 1. & qui-
11 dem etiam quod pater esset bonorum filiæ legitimus administrator, *Mantic. ibid. num.* 3. *Menoch. d. præsumpt.* 15. *num.* 15. pro-
12 ut administrationem ille habet in filiorum bonis adventitiis, *Burat. dec.* 207. *num.* 12. Cum pater-
13 num sit officium filias dotare, *Buratt. dec.* 155. *num.* 9. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 345. *num.* 20. *&*
14 *par.* 6. *dec.* 146. *num.* 11. sitq; dos debitum patris necessarium, *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 19. *num.* 14. *& tit.* 20. *num.* 4. 42. *&* 48. *Rot. post. d. Gilian. ad Statut. Perus. dec.* 101. *num.* 26. *Duran. dec.* 126. *num.* 19. *dec.* 197. *num.* 3. *&*
15 *dec.* 224. *num.* 1. quinimmò dos indistinctè debeatur omnibus descendentibus, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 16. *num.* 15. &
16 teneatur pater de proprio dotare etiam filiam divitem, *Gabr. cons.* 156. *num.* 20. *Surd. de aliment. tit.* 6. *num.* 10. *&* 11. *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 15. *Fusar. de fideicomm. quæst.* 531. *num.* 149.
& quæ in corpus suum peccavit, 17
Mantic. de tacit. lib. 12. *tit.* 16. *num.* 14. *Gratian. discept.* 213. *num.*
48. Adeout, stante dicta simpli- 18
ci promissione, non potuerit postea ex intervallo pater declarare, se intellexisse in eandem promissionem comprehendi etiam dictum depositum jam filiæ quæsitum, *Mascard. de probat. in verb. pater. concl.* 1150. *num.* 10. *vol.* 3. *Menoch. d. præsumpt.* 15. *num.* 19. *& seq. lib.* 3. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 5. *n.* 13. *Coccin. dec.* 29. *num.* 5. *Beltram. ad Greg.*
dec. 568. *num.* 13. nec eidem filiæ 19
in d. peculio adventitio, & jure quæsito præjudicare, *Rot. recent. par.* 4 *tom.* 2. *dec.* 497. *num.* 12. *& tom.* 3. *dec.* 741. *num.* 32. prout
nec illi præjudicium afferre va- 20
luerit Bazanus vir in acceptando dictam patris declarationem, *Mascard. ubi sup. Gratian. discept.* 504. *num.* 18. *& Rot. recen. d. par.*
4. *tom.* 2. *dec.* 497. *num.* 12. & mi- 21
norem dotem, quam ei deberetur, seu promissa esset, *Rot. in Romana Rotis* 20. *Maii* 1639. *coram Eminentissimo D. Cardinali Pancirolo*, ut contingeret, si dictum depositum poneretur ad computum d. dotis à patre promissæ.

Quoniam respondetur solutionem videri legitimè factam, & juxta conventionem, quia illa, quamvis simplex, videtur hoc casu interpretanda, ut pater voluerit in ea contineri etiam dictum depositum, cum non simus in patre, qui cogeretur dotare,

ut

22 ut loquitur *tex. in d. l. fin. §. fin. C.*
de dot. promiſ. & ſentiunt Doctores in obiecto citati, ſed in patre,
qui actum dotationis fecit mere
23 voluntarium, ut eſt, quando, ut
hoc caſu, ad illum cogi non poterat, *Rot. recent. part. 6. dec.* 203.
num. 6. Cogi autem Floravantes
ad dotandum non poterat, quia
24 dotatione liberatus fuerat, vel
ex eo ſolo, quia filia peccaverat
in corpus ſuum, *Merlin. de legit.*
25 *lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 3. Vel
ſaltim ex onere illam dotandi
jam injuncto Jacobo defloratori,
Bald. conſ. 323. *num.* 1. *lib.* 3. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gl.* 5.
26 *par.* 1. *num.* 42. & ex dotatione
ſecuta præfato depoſito mediante, *Fontanell. d. num.* 42. *& ibid.*
27 *num.* 107. 108. *&* 116. ex quo dicebatur Camilla jam dotata,
Buratt. dec. 432. *num.* 3. *ubi Ad-*
28 *dent. num.* 10. nec aliud jus ei adverſus patrem remanebat, quam
poſt ejus mortem legitimæ petitionis, *Fontanell. ibid. num.* 43.
29 vel immo nec legitimæ ſecundum *Merlin. de legit. d. lib.* 4. *tit.* 1.
30 *quæſt.* 5. *num.* 1. Ille vero, qui non
tenetur dotare, non cenſetur
in dubio dotare de proprio, ſed
de bonis dotatæ, quæ ipſe adminiſtrat, ut in matre, & avo materno, *gl. in d. l. fin. §. fin. C. de dot. promiſs. & Put. d dec.* 182.
num. 1. *&* 2. *& in fratre Gratian. d. diſcept.* 504. *num.* 8. & in fratre
patris hærede, *idem Gratian. d. diſcept.* 504. *num.* 9. *& ſeq. Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 28.
in princip. num. 5. *& ſeq. & in fin. & Duran. dec.* 224. *in princ. & num.* 5. & ſentit *Rot. recent.*

part. 4. *tom.* 2. *dec.* 44. *num.* 3. &
ut etiam in ſimili dos legata, vel 31
promiſſa ab avo paterno nepti
præſumitur relicta, & promiſſa
contemplatione illius patris, &
pro eo, & in ejus legitimam, &
portionem imputatur, nõ autem
detrahitur de tota hæreditate,
Rot. recent. par. 6. dec. 146. *num.*
2. *& ſeqq. Duran. dec.* 26. *num.*
13. quidquid contra dixerit 32
Merlin. de legitim. lib. 2. *tit.* 2.
quæſt. 10. *num.* 17. *diſpoſitioque d.*
l. fin. C. de dot. promiſs. cum ſit ex- 33
orbitans à jure communi, non
eſt ad alios caſus extendenda,
Rot. recent. par. 1. *dec.* 590. *num.* 2.
in fin. prout non eſt veriſimile, 34
quod quis voluerit ſe obligare in
plus, quam fuerit obligatus,
Gratian. diſcept. 554. *num.* 35. *in fin. Rot. recent. par.* 1. *dec.* 590.
num. 3. Ita ut hoc caſu dicendum
videatur, ut pater animum habuerit in ejus promiſſione dictum depoſitum computandi,
cum obligatio ſimplex præſuma- 35
tur ex cauſa præcedenti, *Rot. diverſ. dec.* 95. *nu.* 2. *par.* 1. nec ſit in- 36
conveniens, ut dos pro parte ſit
profectitia, & pro parte adventitia, *Mant'c. de tacit. lib.* 12. *tit.*
10. *num.* 18. Tolliturque diſpoſi- 37
tio, & præſumptio *d. l. fin. §. fin. C. de dot. promiſs.* non ſolum,
quando clare conſtat de voluntate patris conſtituendi dotem
de bonis filiæ, *Menoch. d. præſumpt.* 15. *nu.* 24. *lib.* 3. *Gratian. diſcept.* 504. *num.* 15. *&* 16. *Buratt.*
dec. 283. *num.* 4. *&* 5. ſed etiam ſo- 38
la contraria præſumptione, *Menoch. conſ.* 370. *num.* 11. *lib.* 4. *Rot.*
recent. par. 1. *deciſ.* 651. *num.* 4. *in*
fin.

fin. & in simili *Buccafer. conſ.* 109. *num.* 38. Urget autem in præſenti Prima præſumptio, quia pater, ut dictum eſt, dotare non tenebatur. Secunda concurrit præſumptio, quia ſecunda paga, ex promiſſione ſolvenda ſtatim contracto matrimonio, erat libr. 1200. & ſic correſpondebat ſummæ dictæ dotis depo-
39 ſitæ, quæ ſummæ conformitas, ſeu congruitas indicat animum depoſitum computandi, *ad Greg. XV. dec.* 511. *num.* 3. *& dec.* 521. *num.* 7. *& Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 507. *num.* 5. *& par.* 7.
40 *dec.* 312. *num.* 9. & eſt hæc fortis, & magna conjectura, *Monterent. ad Statut. Bonon. lib.* 4. *de ſucceſs. liber. pat. vel mat. morien. ab inteſt. §. item dicimus in verb. concurrentem. & ſub verb. vel fratre.* Tertia eſt præſumptio, quia aliter intelligendo Vel Camilla haberet duas dotes, videlicet promiſſam à patre, & datam à deflora-
41 tore cum, quod ſolvitur à defloratore in deflorationis pœnam, ut hoc caſu, ſit pro dote, & ſub dotis nomine *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gl.* 5. *par.* 1. *per tot. poſt Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 21. *num.* 22. & traditur *in Exodo cap.* 22. *verſ. ſi quis ſeduxerit, &*
42 *in cap.* 1. *de adult.* quod eſt abſurdum, cum mulier debeat unica dote eſſe contenta, *Bald. d. conſ.* 323. *num.* 1. *lib.* 3. *Fontan. de pact. nupt. d. clauſ.* 5. *gl.* 5. *par.* 1. *num.* 42. Vel dos à defloratore data non eſſet dos, nec pro dote deſerviret, ſed eſſet de bonis extradotalibus, quod itidem abſur-
43 dum eſſet, cum dos tacite contineat conditionem nuptiarum, *Gregor. deciſ.* 428. *num.* 1. inventaque fuerit, ut facilius mulieres 44
maritos reperiant, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 345. *num.* 10. & debeat apud maritum eſſe, il- 45
lique ſolvi propter onera matrimonii, quæ ſuſtinet, *l. ſi maritus ff. famil. erciſcun. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 607. *num.* 49. *& par.* 6. *deciſ.* 52. *num.* 17. & nulla ſit dos, quæ oneribus matrimonii non deſerviat, *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 30. *num.* 6. adeout, etiam ſi ſolutio fiat viro, & uxo- 46
ri, præſumatur totam pecuniam ad virum ſolum perveniſſe, uti ad illũ principaliter ſpectantem *Duran. deciſ.* 387. *la* 2. *num.* 8. *&* 409. *num.* 10. *et* 11. *et Rot. recent. par.* 6. *deciſ.* 52. *num.* 14. Quarta militat præſumptio, quia pater pro ſolutione dicti termini libr. 1200. conventus ſtatim de dicto depoſito oppoſuit, ex quo colligitur, quod uſque ab initio gerebat in animo, hoc depoſitum imputare; cumque ſimus in actu 47
dotationis non neceſſario, & æquivoco, ſtandum videtur illius declarationi, *Burutt. deciſ.* 228. *nu.* 2. tamquam id reſpiciat actus 48
dilucidationem, vel executionem, non autem alterationem, *Gratian. diſcept.* 698. *nu.* 11. *&* 12. & potuit hoc caſu declaratio fieri 49
etiam poſt jus Camillæ quæſitum, *Buratt. deciſ.* 279. *num.* 16. quæ ex conſenſu præſtito huic 50
matrimonio cenſetur acceptaſſe hanc dotem à patre promiſſam, & conſenſiſſe, quod eſſet de eo, quod ſibi debebatur pro concurrenti quantitate, *Monterent. ad*

Sta-

ad *Statut. Bononien. lib.* 4. *de suc-
cess. liber. pat. vel mat. morien. ab
intest.* §. *& hoc non vendicet. sub
vers. vel. fratre, circa fin. vers. nec
etiam obstat*. Quinta extat præ-
sumptio, quia maritus hujusmodi
depositum ad hoc computum
potuit, quod verisimiliter non
fecisset, nisi ab initio ita contra-
hendo intellexisset, cum sua inte-
resset dotem esse pinguiorem, &
eo magis cum jam haberet man-
51 datum relaxatum, ut supra, ex
hoc autem actu subsecuto mani-
festa fuit primordialis voluntas,
& qualitas præcedentis actus,
Rot. recent. par. 6. *decis.* 257. *num.* 1.
& part. 7. *decis.* 20. *num.* 40.

Non obstat quod pater in pro-
missione obligaverit se, & bona
propria, & cum juramento, ac
in forma Cameræ.

Quia respondetur hoc non
tollere, quin se, sic obligando,
intellexerit in satisfactionem
obligationis imputare dictum
depositum, seu illud de jure sit
52 imputandum, cum obligatio bo-
norum extrinsecus in contractu
addiiciatur, *Gait. de cred. cap.* 4.
quæst. 6. *num.* 254. & sit hujusmo-
di obligatio per clausulam acces-
53 soriam, & executivam, quæ re-
gulatur secundum naturam con-
tractus, cui adiecta fuit, *Duran.*
54 *decis.* 362. *num.* 18. absque aliqua
alteratione, seu immutatione,
Gratian. decis. 131. *num.* 6. *in ad-*
55 *dit. & discept.* 34. *num.* 29. & re-
petitæ censentur in ea omnes
ipsius contractus conditiones,
& qualitates, *Rot. divers. decis.* 95.
56 *num.* 4. *par.* 2. nec illum augent,
Greg. decis. 311. *nu.* 5. *Buratt. decis.*
89. *num.* 11. *et decis.* 150. *num.* 4.
prout & idem dicitur de obliga-
tione camerali, quæ nihil addit, 57
sed efficacius tantum obligat,
Gratian. discept. 508. *nu.* 19. *discept.*
553. *num.* 21. *et discept.* 675. *nu.* 14.
Buratt. decis. 915. *num.* 3. *Duran.*
decis. 48. *num.* 26. *et decis.* 75. *nu.* 3.
quemadmodum & juramentum, 58
Giovagn. cons. 36. *num.* 41. *lib.* 1. ac
hypotheca, quæ introducta est 59
pro assecuranda obligatione per-
sonali, *Gratian. discept.* 29. *nu.* 32.
estque obligatio stricti juris, 60
Duran. decis. 268. *num.* 11. & inter- 61
pretanda, ut minus, quam fieri
possit, obliganti præjudicet,
Duran. ibid. num. 13. & in forma 62
Cameræ non admittit obligatio-
nis rigorem, quando negocium
est turbidum, *Buratt. decis.* 98.
num. 4.

Neque etiam obstat Statutum
Bononiæ *lib.* 4. *de success. liber. pat.*
vel mat. morien. ab intest. §. *et hoc*
non vendicet. disponens ascenden- 63
tem promittentem dotem cen-
seri promittere de suo, non de
eo, in quo est mulieri debitor,
nisi contrarium appareat.

Etenim respondetur primo
Statutum procedere in ascen- 64
dente debitore, ex debito vo-
luntario, & ex alia causa, quam
dotis, secus in debitore ex debi-
to necessario, & ex causa dotis,
ut tradit *Monterent. ad d. Statut.*
sub verb. masculis, et sub verb. vel
fratre, et Duran. decis. 224. *num.*
6. 7. *et* 8. sed hic pater uti filiæ ad-
ministrator, debitor erat dictæ
dotis depositi, & ex causa neces-
saria, ergo &c.

Cui responsioni, non obstat 65

decisio hujus *Rotæ Bononiæ coram Bentio impressa post glossas Monterentii ad d. Statutum*. Tum quia contrarium tenuit in eadem causa Auditor Bosius, ut in ejus decisione, seu voto ibidem registrato, cui adheret *Monterent. loc. cit.* Tum quia semper intrat absurdum, & inconveniens multiplicationis dotium, nec illud removetur ex responsione data in dicta decisione Bentii, quod promissum à patre sit loco augumenti dotis. Quia, cum una quæque dos stet de per se, nec una habeat ab alia dependentiam, nec cum alia connexionem, nec prima fuerit marito promissa, non potest una esse augumentum alterius, nec potest pro dote haberi, quod non fuit pro dote datum, vel promissum viro.

Respondetur secundo, nos esse in dict. Statuti limitatione, nempe in casu, in quo apparet de contraria mente patris ex supradictis præsumptionibus, &
66 conjecturis, quæ ad hoc sufficiunt, ut per *Monterent. ad d. Statut. sub verb. vel in fratre, vers. sed respondebis*, & non dissentit *Duran. d. dec. 224. num. 8. vers. & in omnem casum.*

Item non obstat, quod pater duabus aliis filiabus antea constituisset dotem libr. 3000. & Camilla, si in promissione imputaretur dictum depositum, non
67 haberet nisi libr. 2000. & non est verisimile, quod pater voluerit constituere minorem dotem uni filiæ, quam aliæ, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. dec. 78. num. 5.*
68 Respondetur enim patrem posse majorem dotem constituere uni filiæ, quam alteræ, *C. Theopompus ff. de dot. præleg. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 19. num. 26. & tit. 21. num. 29. Fontan. de pact. nupt. d. clauf. 5. gl. 8. par. 1. num. 22. & par. 4. num. 16. Buratt. dec. 740. num. 2. & ibi Add. littera A.* 69
& minorem filiæ corruptæ, tamquam ejus conditio sit diminuta, *Mantic. d. lib. 12. tit. 16. num. 14. Gratian. discept. 213. num. 48.* nec, 70
quando quis tenetur ex causa necessitatis præsumitur illud facere, nisi quantum urget necessitas, *Rot. recent. par. 1. dec. 190. num. 3.* neque pro taxanda dotis 71
congruitate attenditur, quid pater sorori assignaverit, sed quid assignandum esset, de quo non constat, *Greg. dec. 63. num. 22. et 23.* Quæ facilius procedunt, cum idem Floravantes deinde quartę ipsius filiæ constituerit itidem, similem dotem librar. 2000.

Nec pariter obstat Statutum Bononiæ mandans sororem dotari, prout aliæ fuerunt dotatæ, 72
Rot. recent. par. 1. dec. 66. num. 11.

Etenim, ultra quod Statutum habet in ventre limitationem, 73
nisi patrimonium fuerit diminutum, ut *d. dec. 66. num. 11. par. 1. recent.* & patrimonium Floravantis erat valde diminutum ex prædictis aliis duabus dotibus, & quarta soror cum eadem dote nupta fuit; Respondetur Sta- 74
tutum non loqui de sorore corrupta, quæ summam dotis assignatæ sorori virgini non meretur, sed minorem, ut prædixi; nec non prædictum Statutum loqui de æqualitate servanda inter

ter sorores ad effectum illas excludendi ab hæreditate paterna, & includendi masculos, in quo casu nos non versamur.

75 Nec quoque obstat, quod mulier corrupta ad effectum nubendi æquali egeat dote majori, *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 10. *num.* 22. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 5. *par.* 1. *nu.* 85. *seqq. Farin. de delict. carn. quæst.* 147. *num.* 124. 125. *&* 127. *Pæn. dec.* 74. *num.* 4.

76 Quia respondetur id procedere, ubi corruptio est notoria, at hic non constat de notorietate corruptionis, nec quod ea nota esset Bazano, qui consensit, Camillam in uxorem ducere, ac propterea nec Bazanus occasionem habuit prætendendi majorem dotem, nec Camillæ majori dote opus fuit ad virum æqualem inveniendum, & congrua etiam præsumi debet ea, ad quam condemnatus fuit stupra-

77 tor, cum ille ad congruam teneretur, ut per *Fontanell. & alios in obiecto citatos*, & ab hoc onere patrem Camillæ liberaverit, ut supra dictum est.

Et in hujusmodi sui voto &c.



TACITÆ RECONDUCTIONIS.

Mercurii 22. Junii 1650.

ARGUMENTUM.

Affictus pro tempore tacitæ reconductionis an debeantur in vim hypothecæ in expressa contentę in præjudicium tertii creditoris intermedii.

SUMMARIA.

1 *Francatio pendet à voluntate venditoris non emptoris.*

2 *Emptori debentur damna, & interesse, si bona empta non sint libera.*

3 *Petitio specialis requiritur ad effectum pronunciæ, etiam stantibus in libello clausulis generalibus, & salutaribus.*

4 *Salvianum requirit creditum liquidum.*

5 *Relocatio, & reconductio tacita contrahitur ex continuatione post finitam expressam.*

6 *Conductio terminata si tacite continuetur, dicitur renovari, seu prorogari, sed improprie, & num.* 7.

8 *Initium quod est, non potest prorogari, sed renovatur.*

9 *Conductio tacite renovatur pro eadem pensione.*

10 *Relocatio, & reconductio tacita stare dicitur sub eisdem pignoribus, & hypothecis expressæ, & sub eisdem pactis, qualitatibus, & conditionibus, & cum suo jure, & privilegio, & num.* 11. *&* 12.

13 *Est*

13 *Est diversa à prima expressa.*
14 *Non intelligitur facta pro tempore expressæ, sed in fructibus civilibus de die in die, si illi sic percipiantur, in domo pro tempore, quo inhabitatur, in prædiis rusticis, & relocatione operarum de anno in annum, & num. 15. 16. & 17.*
18 *Hypotheca nova oritur, & repetitur in tacita relocatione prædii rustici quolibet anno, non retrotrahitur ad primam expressam, nec præfertur creditori intermedio, & num. 19.*
20 *Pensio tacitę relocationis non includitur in instrumento primę expressæ, & quare, nec ex eo debetur, & num. 21.*
22 *Venditor, & conductor, conductione finita tenetur tradere rem vacuam.*
23 *Damna, & interesse debentur ab eo, qui tenetnr tradere rem vacuam.*
24 *Damnorum, & interesse appellatione veniunt fructus.*
25 *Venditor, qui prætium habuit, & rem non traddidit, tenetur ad fructus recompensativos, ad damnorum, & interesse mensuram, & num. 26.*
27 *Locatio facta censetur pro pensione fructibus correspondente.*
28 *Actio competens pro sorte datur etiam pro omnibus accessoriis, fructibus, usuris, & interesse.*
29 *Locator præstare debet patientiam, ut conductor rem retineat, eaque utatur, et fruatur.*
30 *Solutione, & liberatione omnis tollitur obligatio, & hypotheca, & num. 31.*
32 *Traditionem non operatur constitutum, sed traditio debet esse actualis, et pro ea competit salvianum.*
33 *Emptor cum pacto etiam retrovendendi fit statim dominus, fructus suos facit, et potest rem alteri pignorare, vendere, et dominum tranferre.*
34 *Emptor re sibi non tradita, non potest illam locare, nec affictus exigere.*
35 *Traditio propter actuum celeritatem aliquando occultatur.*
36 *Privatio supponit habitum.*
37 *Manutentio sine possessione non conceditur.*
38 *Relocatio, et reconductio cessat, cessante affictuum solutione, et promissorum adimplemento, Lim. ut num. 39.*
40 *Francatione pignus, et hypotheca resolvitur, non acquiritur. Decl. ut num. 42. et seqq.*
41 *Extinctum quod est, reviviscere non potest.*
43 *Mutuans pecuniam ad fundum emendum, vel à nexu alterius obligationis liberandum, est in fundo pręferendus. Ampl. ut num. 44. et 45.*
46 *Venditor, re non tradita, retentionem babet pro pretio ad aliorum exclusionem.*
57 *Extraneus solvens pro debitore intrat in creditoris locum cum omnibus suis qualitatibus, saltim facto pacto, et in posteriorum præjudicium.*

DE-

DECISIO XL.



OPus Pium Cumuli Misericordiæ emerat anno 1605. prima Februarii à Joanne Muletto de Venentibus bona quædam in Commune S. Marini in duobus corporibus distincta pretio lib. 3400. cum pacto francandi, & locatione ad tres annos pro annuo affictu lib. 204. & cum pacto constituti, & obligatione bonorum, ut in instrumento.

Quorum bonorum ratam pro summa lib. 1712. 2. 10. Francaverat Mulettus de anno 1617. 13. Januarii, itaut pro remanentibus libr. 1682. 12. 2. redactus fuisset affictus ad libr. annuas 101. 5. & tunc etiam pro illis renovata locatio per modum prorogationis cum reservatione ad favorem Cumuli omnium antecedentium jurium, & hypothecarum, ut in aliis duobus instrumentis.

Egit deinde Cumulus tam pro mandato de exfractando, & manutenendo respectu ratæ dictorum bonorum non francatæ, quam pro mandato de associando pro affictibus in rata francata, & post superatos nonnullos, qui se opposuerunt, pronunciam obtinuit à R. P. D. Vicario Eminentiss. D. Cardinalis Archiepiscopi contra D. Jo. Augustinum Beroum, & D. Catharinam filiam, & hæredem dictis Joannis Muletti venditoris, & conductoris, in qua mandavit manuteneri Cumulum in possessione tantæ ratæ, ac partis dictorum bonorum, quæ, habito respectu ad totum pretium libr. 3400. summam caperet libr. 1682. 12. 2. eidemq; in alia rata, & parte francata mandatum de associando concessit ad effectum sibi satisfaciendi de affictibus decursis, & decurrendis, atque eundem manuteneri mandavit in quasi possessione, & statu ipsos affictus exigendi, ut in sententia, quæ in eisdem bonis executa fuit.

Sed quia corpus dictorum bonorum in vocabulo, *la Cassetta*. detectum fuit possideri per Hieronymum Bavosium, uti sibi venditum à DD. Alexandro, & fratre de Pellicanis, iidem de Pellicanis quoad dictus corpus se cum Cumulo concordarunt, seque obligavere illi solvere libr. 1600. hoc est libr 1104. in causam affictuum decursorum, & libr. 496. ad computum sortis, cessione reportata, ut in instrumento.

Quo verò ad illud corpus tornaturarum 18. de parte petiæ tornaturarum in totum 30. ut cantat instrumentum emptionis interposita, & introducta fuit ex parte D. Beroi illius detentoris appellatio, & post plures actus causa terminata medio decreto Illustrissimi D. tunc V. Legati ex consensu partium emanato, quo mandavit per Beroum solvi Cumulo libr. 1500. pro omni eo, & toto, quod in dictis bonis prætendere posset infra certum tempus cum fructibus interim ad rationem quinque pro centenario,

& an-

& anno, salvis tamen juribus Cumulo pro consequendo residuo suorum creditorum in aliis bonis debitoris.

Movit successive Cumulus, & cumulative dicti DD. de Pellicanis, & D. Berous generaliter judicium ad alia bona tenta, & possessa per dictum Mulettum venditorem, & conductorem de tempore contractæ obligationis, & post, & signanter ad tornaturas 15. terræ in dicto Communi S. Marini, quas alias à dicto Muletto emerunt cum pacto francandi RR. Fratres Augustiani S. Mariæ in Strata sub die 1. Decembris anni 1616. & francavit Bernardinus Bensignatus . . . . 1641. instando immitti in eorum possessionem ad effectum illa retinendi pro consecutione suorum creditorum, de quibus supra donec, &c. aut in solutum capiendi, vel subhastandi ad eorum libitum, citatis DD. Joanne Carolo de Fabris, & D. Catharina Muletta conjugibus, ac D. Josepho Burdano detentoribus, & deinde etiam RR. Monialibus Jesus Mariæ hæredibus dicti Bernardini Bensignati ipsius Burdani auctricibus laudatis, & tandem, reproductis prædictis antecedentibus processibus, aliam sententiam à præfato R. P. D. Vicario obtinuerunt, qua mãdavit Cumulum, ac Pellicanos, & Beroum illius cessionarios in possessionem immitti dictarum tornaturarum 15.

A qua sententia commissa mihi causa appellationis cum Voto Excellentissimi D. mei Beccii coadiutoris ad referendum Illustrissimo D. meo V. Legato, concorditer hodiè retulimus, & juxta relationem pronunciatum fuit pro dictæ sententiæ revocatione.

Ratio autem resolutionis, relationis, & pronunciæ fuit, quia, quatenus prætendatur creditum sortis pretii ratæ bonorum non francatorum, Vel illud non debetur, cum non solum tempus francationis sit jam elapsum, sed etiam francatio pendeat à volun- 1
tate venditoris, cujus favore facta est conjunctio, non emptoris, *Gratian. discept. 740. num. 31. Scacc. de commerc. et camb. §. 1. quæst. 1. num. 472.* vel, quatenus debeatur loco damnorum, & in- 2
teresse, ex quo bona non sint libera, dicitur, quod illud quoad Pellicanos, & Beroum cessat, quia possident ipsa integra bona tàm francata, quàm non francata, & ulterius illud in actis specifice non petierunt, prout requi- 3
ritur ad effectum etiam, ut clausulæ generales, & salutares, in libello appositæ, operentur, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 384. sub num. 12.* Et quoad Cumulum dicitur, quod, Vel illud fuit in totum extinctum per supradictas solutiones sibi factas à Pellicanis, & Beroo, Vel quod illud in hoc judicio non petiit, prout in actis petitum in specie non reperitur, Vel quod non est liquidum, ut 4
requiritur in hujusmodi judicio salviani, *Gait. de cred. cap. 4. quæsit. 7. num. 792. Merlin. de pign. lib. 5. tit. 2. quæst. 79. num. 40. vers. & ut liquidum.*

Quo vero ad affictus, ad quos ex

ex mente etiam partium, & informantium pro eis restringebatur judicium, & difficultas, cum agatur de affictibus decursis ab anno 1617. 13. Januarii, de quo tempore, solutis usque tunc decursis, fuit renovata, seu prorogata locatio, ut legitur in instrumento supra narrato, illi non possunt deberi ex primo instrumento locationis anni 1605. seu ex hypotheca in eo contenta in præjudicium RR. Monalium Jesus Mariæ, & litis consortium, qui jus, & hypothecam ab eodem Muletto communi debitore mediantibus eorum auctoribus medio tempore acquisiverunt, de anno scilicet 1615. prima Decembris, quia de dicto anno 1617. 13. Januarii antecedens expressa locatio non durabat, immo expiraverat ante prædictum annum 1615. Et, licet partes à dicta prima expressa ad aliam se-
5 cundam pariter expressam continuaverint semper in tacitam, *Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 14. de locat. & conduct. num. 57. Gait. de cred. cap. 3. tit. 1. num. 244. & num. 989. Rot. post nostrum tract. mand.*
6 *de manut. decis. 181. num. 7.* quod habet vim renovationis, *Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. quæst. 39. num. 1. & ibi Rot. decis. 67. num. 1. & in recent. par. 4. tom. 3. decis. 507. nu. 6.*
7 aut prorogationis, *Merlin. loc. cit.*
8 (quamvis improprie, cum prorogari non possit, quod est finitum, sed renovetur, *l. sed si manente ff. de precar. Laurent. à Pin. cons. 120. num. 14. Menoch. cons. 719. num. 21. Rot. recent. part. 4.*
9 *tom. 1. decis. 402. num. 2.*) pro eadem pensione, *Greg. decis. 183. num. 1. ubi Beltram. lit. A. Rot. penes Merlin. de pignor. d. decis. 67. num. 1.* itaut hæc tacita relocatio, 10
& reconductio dicitur stare sub eisdem pignoribus, & hypothecis, quibus antecedens expressa, *Caroc. de loc. & cond. tit. de renovat. locat. 22. num. 1. & Mantic. infra citat. Merlin. ubi sup. num. 4. & 14. Magon. decis. Floren. 111. num. 2. & decis. 140. num. 2.* & sub 11
eisdem pactis, qualitatibus, & conditionibus, *Menoch. de arbitr. cas. 159. num. 2. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 15. num 19. & 21. Cancer. d. cap. 14. num. 65. Beltram. ad Greg. dec. 30. nu. 7.* & cum suo jure, 12
& privilegio, *Merlin. de pign. lib. 2. tit. 2. quæst. 66. num. 59.* Attamen hujusmodi tacita relocatio, & re- 13
conductio est diversa à dicta prima expressa. *Bero. quæst. famil. 100. Nicol. Bellon. cons. 87. num. 18. Laurent. à Pin. cons. 120. num. 14. Dulph. in vot. post ejus controv. in fin. Surd. dec. 51. num. 10. & 11.* &non intelligitur facta pro eo- 14
dem tempore, sed, ut in fructibus civilibus, qui de die in die percipiuntur, facta censeretur de die in die, *Rot. Recent. par. 4. tom. 3. dec. 507. num. 12.* atque in 15
domo, seu prædio urbano pro tempore tantum habitationis, *Cancer. d. cap. 14. num. 57. Gilian. ad Statut. Perus. in verb. locatio num. 8. Gratian. dec. 119. num. 1.* ita in prædiis rusticis, in quibus 16
sumus, intelligitur facta de anno in annnm, *Cancer. d. num. 57. Gilian. loc. cit. num. 9. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 15. num. 2. & seqq. & num. 29. Gratian. discept. 534.*

num. 13. *& d. dec.* 119. *num.* 1. *Put.*
dec. 180. *num.* 10. *lib.* 1. *in antiq.*
Rot. Recent. par. 4. *tom.* 2. *dec.* 396.
17 *num.* 4. & idem in relocatione
operarum, ut Medici, & Advo-
cati, & aliorum, *Gratian. d. dec.*
18 119. *num.* 3. *& seq.* & de anno in
annum oritur, seu repetitur no-
va hypotheca, non autem jus
hypothecæ retrotrahitur ad pri-
mam expressam locationem,
Nicol. Bellon. d. cons. 87. *num.* 19.
*vers. quibus non obstat, Panci-
rol. cons.* 118. *num.* 19. *lib.* 1. *Caroc.
de locat. et conduc. d. tit. de renovat.
locat. dec.* 12. *nu.* 2. *Afflict. dec.* 365.
num. 15. *Merlin. de pign. lib.* 4. *tit.* 1.
quæst. 40. *num.* 2. *Cornazzan. dec.
Lucen.* 177. *num.* 4. *et seq. Dulph.
in d. vot. post ejus controv. num.* 28.
*Franc. Salgad. de credit. concurs.
tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 27. *num.* 67.
nec ea præfertur tertio, & sic di-
ctis RR. Monialibus, & litis
consortibus habentibus causam,
à dd. RR. Fratribus S. Augu-
stini, qui cum Muletto commu-
ni debitore contraxerunt de di-
19 cto anno 1615. ac ita post pri-
mam hypothecam expressam
Cumuli locatoris, & ante taci-
tam reconductionem, *Gait. de
cred. cap.* 4. *quæsit.* 11. *num.* 1259.
2150. *& seq.* qui de veriori, &
communi, & respondet contra-
riis *Merlin. ubi supra Salgad. ubi*
20 *sup. num.* 68. *et* 70. *in fin.* nec se-
cunda pensio includitur in in-
strumento primæ locationis, neq;
de ipsius tenore dicitur, cum illa
prima conductio expiraverit, &
sopita, ac consumpta fuerit, *Gait.*
21 *ibid. num.* 990. *&* 991. nec ideo
possit agi ex primo instrumento,
Caroc. ubi sup. num. 2. *Borgn. dec.*
44. *num.* 83.

Nec obstat, quod Mulettus
venditor, & conductor nunquam
devenerit ad bonorum traditio-
nem, seu restitutionem facti, nec
rem vacuam tradiderit, ut tene- 22
batur, *l. si conductionis, et l. condu-
ctores, C. locat. Greg. dec.* 25. *num.* 1.
etiam in vim Statuti, ut per *Mal-
vas. cons.* 87. *num.* 37. & propte- 23
rea intret obligatio ad damna, &
interesse ad favorem Cumuli, &
litis consortium illius cessiona-
riorum in vim dicti instrumenti
anni 1605. *Gratian. discept.* 950.
num. 20. quorum appellatione 24
veniunt fructus, *Covar. var. re-
sol. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. *Surd. cons.*
101. *num.* 20. *lib.* 1. *Gabr. cons.* 57.
num. 1. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 110.
num. 55. *Mangil. de evict. quæst.* 33.
num. 21. *Borgn. decis.* 75. *num.* 1.
& in terminis fructuum recom-
pensativorum ex æquitate *l. cu-
rabit.* tradit *Rot. recent. par.* 4. *tom.*
2. *dec.* 315. *num.* 55. *et seq.* ad quos 25
tenetur venditor, qui pretium
habuit, & rem non tradidit.
*Rot. post nostrum tract. de subbast.
decis.* 41. *num.* 2. *et* 3. & ad eo- 26
rundem damnorum, & interesse
mensuram, & rationem, *Gratian.
discept.* 716. *num.* 8. & sic ad ta-
xam in locatione conventam,
cum locatio facta censeatur pro 27
pensione fructibus correspon-
dente, *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 14.
num. 10. & eadem actio, quæ 28
competit pro sorte, detur pro
omnibus accessoriis, & fructibus,
ac usuris, & interesse, *l. lutius
ff. qui pot. in prign. hab. vbi glos.
Bart. et DD. Bald. et Ang. in l. si
filius,*

filius, *ff. de verb. oblig. Neguſ. de pignor. in 4. memb. 2. par. num.* 47. *in primo membr. 5. par. num.* 10. *et* 14. *et in 2. memb. ejuſd. 5. par. num.* 10. *Socin. conſ.* 41. *num.* 2. *& ſeq. lib.* 4. *Oſaſc. dec. Pedem.* 129. *num.* 11. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 22. *num.* 32. *Merlin. de pign. lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 167. *num.* 1. *Franc. Salgad. de credit. concur. d. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 27. *num.* 70.

Etenim reſpondetur Mulettum venditorem, & conductorem rem retinuiſſe ex conſenſu Cumuli locatoris, & ex natura, & ſub nomine ipſius tacitæ relocationis, nec ei poſſe imputari, ſi rem non tradiderit, quia illam tradere repugnabat tacitæ
29 reconductioni, cum locator teneatur præſtare patientiam, ut conductor rem retineat, atquè utatur, & fruatur, *l. ex conducto in princ. ff. locat.* Nec quoad damna, & intereſſe, ſeu fructus recompenſativos poteſt Cumulus actionem, & hypothecam ſuam fundare in inſtrumento anni 1605. quod pro obſervatione contentorum in illo habet promiſſionem damnorum, & intereſſe, quia illud habuit ſuum effectum, nec nunc agitur, nec agi poteſt de damnis, & intereſſe, vel fructibus recompenſativis debitis de, & pro tempore, de quo in dicto inſtrumento, cum illius aſſictum ſecuta fuerit ſolu-
30 tio, & liberatio, per quam ſublata fuit omnis obligatio *Inſtit. quib.*
31 *mod. toll. oblig. in princ.* & hypotheca, *Laurent. à Pin. d. conſ.* 104. *num.* 1. *Rot. poſt Pacif. de ſalv. dec.* 75. *num.* 2. & 3.

Neque poteſt dici, quod non appareat de actuali traditione rei
tempore venditionis, & non 32
ſufficiat ſolum pactum conſtituti, & propterea competat ad hoc ſalvianum, *Scapuccin. de ſalv. quæſt.* 15. *num.* 7. *lib.* 1. *Oſaſc. dec. Pedemont.* 35. *num.* 5. ubi de magis communi.

Quia, ultra quod emptor cum 33
pacto retrovendendi fit ſtatim dominus, & ideo facit fructus ſuos, & poſt rem alteri pignorare, vendere, dominum transferre, *Gratian. diſcept.* 526. *num.* 53. reſpondetur, vel actualem traditionem cenſeri factam, quia
ſine ea non poterat emptor loca- 34
re, nec aſſictus exigere, *Rimin.*
conſ. 269. *num.* 23. vel illam prop- 35
ter celeritatem actuum fuiſſe occultatam, ut aliquando contingit in actu medio, *Menoch. conſ.* 161. *num.* 13. Quod eo magis dicendum eſt, cum ſubſecuta fuerit rei venditæ pro parte francatio, ut ſupra dictum eſt, &
privatio præſupponit habitum, 36
l. decem, *ff. de verb. oblig.* & in alia parte non francata Cumulus manutentionem obtinuit, ut
ſupra, quæ ſine poſſeſſione non 37
conceditur, ad tradita per me, *in tract. mand. de manuten. obſer.* 15. *& ſeqq.* Sed omnis tollitur difficultas, dum ad rei traditionem actum non fuit in præſenti judicio.

Nec quoque obſtat, quod,
dum conductor aſſictus non ſol- 38
vit, & promiſſa non adimplevit, cenſeatur ceſſaſſe conſenſum utriuſq; patris in ulteriori tacita relocatione, & reconductione,

Alex. conſ. 76. lib. 5. Ruin. conſ. 78. num. 3. & conſ. 114. num. 5. vol. 1. Caroc. de loc. & cond. d. tit. de renovat. locat. decl. 4.

39 Namque reſpondetur conſtare de conſenſu Cumuli locatoris continuandi in relocatione, dum, ut ſupra, egit, & obtinuit pro affictibus decurſis, & decurrendis non ſolum mandatum de aſſociando, ſed etiam manutentionem in eorum exactione.

Non obſtat, quod Benſignatus, à quo habent cauſam Moniales, non haberet ſuper tornaturis 15. de quibus agitur, niſi jus francandi emptum ab herede Muletti, & cum in effectu francaverit à dd. RR. Fratribus S. Auguſtini, qui cum dicto pacto ipſas tornaturas 15. à Muletto
40 emerant, venditionem, pignus, & hypothecam reſolverit, *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 32. num. 96. Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 155. num. 21. par. 5. tom. 1. deciſ. 86. num. 5.* non autem acquiſiverit, cum videatur ſucceſſiſſe in locum debitoris, non creditoris,
41 & quod eſt extinctum reviviſcere non poſſit, *Cenc. de cenſib. par. 3. quæſt. 3. art. 1. num. 5. & art. 7. num. 43. & 61. juxta veterem impreſſ. & Rot. recent. par. 2. dec. 422. num. 3.*

42 Reſpondetur, enim objectum procedere, ſi francaſſet ipſe Mulettus venditor, ſeu ejus hæres ſecus ubi, ut hoc caſu, francavit venditoris ceſſionarius, & cum minori difficultate, dum habet in ceſſione obligata bona omnia cedentis præſentia, & futura, & in francatione quam fecit propriis pecuniis à RR. Fratribus S. Auguſtini, & non per modum extinctionis eorum jurium, & liberationis debitoris, ſed translationis per viam emptionis, *Rot. recent. par. 6. deciſ. 41. num. 2. & 3.* declaravit ſe illam facere animo ſubintrandi in eorum juribus ad effectum excipiendi, ut in fortioribus terminis mutuan- 43
tis pecuniam ad fundum emendum, vel eundem à nexu alterius obligationis liberandum, quod ille ſit in re præferendus *tex. in Authent. de æqualit. dot. §. bis conſequens collat. 7.* maxime appoſito 44
pacto, ut hoc caſu ſpecialis hypotecæ, & prælationis, *ut in gloſ. in verb. agrum.* & late tradit, relatis opinionibus, *Licen. Amat. de concurſ. & privileg. credit. par. 1. art. 7. num. 8. uſque ad fin.* & ad 45
effectum retentionis, *Addent. ad Buratt. dec. 420. num. 8. & 10.* ut in ſimili dicitur de venditore, cui ante rei traditionem compe- 46
tit retentio ad aliorum excluſionem pro pretii conſecutione, *l. Julianus, §. offerri ff. de act. empt. Licent. Amat. ubi ſup. num. 9. prope fin.* & in extraneo ſolvente credi- 47
tori pro debitore, quod intret in locum ipſius creditoris cum omnibus ſuis qualitatibus, ſaltem facto pacto, & in præjudicium poſteriorum, tradit idem. *Licent. Amat. d. tract. de concurſ. & privil. credit. part. 2. artic. 1. num. 23.*

Et ita utraque, &c.



PRO-

PROHIBITIONIS ALIENATIONIS.

Veneris 8. Julii 1650.

ARGUMENTUM.

Alienationis prohibitio, quæ fit à testatore ad quorum favorem sit introducta, an inducat novum fideicommissum, & an, illa secuta, possit statim agi ad revocationem.

SUMMARIA.

1 *Alienationis prohibitio tendit ad favorem proximiorum vocatorum.*

2 *Alienatio contra expressam prohibitionem est ab initio ipso jure nulla, & ex ea statim subintrant substituti, qui non alienarunt, nec alienationi consenserunt.*

3 *Alienatio contra tacitam prohibitionem resultantem ex fideicommisso valet alienantis vita durante, nec revocatur nisi post purificatam conditionem, & illius secutam mortem.*

4 *Fideicommissario subintrante ob alienationem secutam contra expressam prohibitionem remedium competit l. fin. etiam contra tertios possessores.*

5 *Alienationis expressa prohibitio, quæ stat de per se principaliter, et separate inducit separatum, diversum, et novum fideicommissum.*

6 *Alienationis expressa prohibitio, quæ est consecutiva, correspectiva, illativa, relativa, dependens, et accessoria præcedentibus substitutionibus, illis famulatur, et ad earum terminos restringitur, maximè si sit concepta per participium, Probibens, non inducit novum fideicommissum, nec ampliat, & num. 12.*

7 *Ampl. præcipuè si sit annexa statim, et immediate post fideicommissum, secus interpositis aliis dispositionibus, et nu. 13.*

8 *Et censetur facta respectu substitutionum præcedentium, ad majus vinculum inducendum, et ad terrendum à bonorum dilapidatione, et ut substitutio in casu mortis suum magis babeat effectum, et ad fideicommissum confirmandum, et num. 9. 10. 11. et 12.*

14 *Alienationis prohibitio, quæ dubium est, an stet principaliter, vel dependenter, intelligi debet, ut reguletur à præcedente fideicommisso, et nu. 15.*

16 *Alienationis prohibitio vestita ratione, ut bona conserventur in institutos, & substitutos fideicommissum inducit. Decl. ut nu. 17. & 18. Lim. ut nu. 19.*

20 *Ratio conservationis bonorum addita probibitioni alienationis consecutivè appositæ post fideicommissum quid operetur, et num. 21. 22. et 23.*

24 *Verba, Integre, et sine diminutione, quid importent.*

25 *Fideicommissarios non potest ex capite probibitæ alienationis agere ad recuperationem contra tertios possessores, nisi præcedente contra alienan-*

nantem contraventionis declaratoria, et quare, et nu. 26. Lim. ut num. 27.

28 *Instrumentum facit factum notorium. Lim. ut num. 31.*

29 *Transactio est species alienationis. Ampl. ut num. 30.*

32 *Transactio est licita super juribus fideicommissi dubiis, et obscuris, et facta ex justa causa, et num. 33.*

34 *Transactio habet præsumptionem pro se circa validitatem, & bonam fidem, et num. 35.*

36 *Transactio bona fide facta valet. Ampl. ut num. 37.*

38 *Institutio cum clausula*, Sive sit filius, sive non, *vitiatur.*

39 *Transactio dicitur necessaria, non voluntaria, ubi utraque pars bonam fidem agnoscit, suum utraque consequendo.*

40 *Alienans contra prohibitionem quando non incidat in pœnam alienantis.*

41 *Fideicommissarius quando non possit alienata contra prohibitionem revocare nisi post mortem alienantis, & nu. 48.*

42 *Fideicommissarius ad effectum agendi ad revocationem bonorum alienatorum contra prohibitionem, debet probare detractiones non deberi, vel alia bona in hæreditate fuisse.*

43 *Vocatus quis censetur in casu alienationis contra prohibitionem eodem modo, & in eodem loco, quo in casu mortis, & num. 46.*

44 *Uxorem habens non est spe destitutus filios habendi.*

45 *Spes filios habendi durat usque ad extremum vitæ spiritum.*

47 *Spes donec subest, quod aliqui nascantur, non est inconveniens, quod in alienatione contra testatoris prohibitionem res stet in suspenso.*

49 *Substitutio in casu decedentiæ sine liberis implementum requirit conditionis mortis, & defectus filiorum.*

50 *Verba*, In totum, *quid significent.*

51 *Linea non potest dici finita, dum adbuc vivit ille, qui fuit illius principium.*

52 *Fideicommissis in conditionalibus admittuntur, qui nati reperiuntur tempore evenientis conditionis, & illi revocant alienata contra prohibitionem. Decl. ut num. 54. & 55. Lim. ut num. 56.*

DECISIO XLI.



XCELL. D. Pompejus de Bolognettis vocatus in testamento q. Prosperi Passipauperis de Pattaratiis pro dimidia in casu mortis D. Vincentii primi hæredis proprietarii sine filiis, & deficientiæ illius lineæ, prætendens se tacite invitatum esse in casu etiam alienationis à testatore expresse prohibitæ, *Cavaler. decis. 81. num. 5. decis. 96. num. 5. & decis. 108. num. 1. 2. et 3.* tamquam prohibitio in 1
ejus tenderet favorem, *Fusar. de fideicom. quæst. 739. num. 5.* & alienationem secutam fuisse ex quadam facta transactione inter ipsum Vincentium, & D. Angelam testatoris sororem (quę prop- 2
terea

terea fuerit nulla ipso jure, ac
ab initio, & illi uti substituto, qui
nec alienasset, nec alienationi
consensisset, fuisset statim jus
acquisitum, essetque ille statim
admittendus, Petr. Ant. à Petr.
de fideicomm. quæst. 3. num. 2. & per
tot. quæst. 6. num. 30. & quæst. 14.
num. 216. gl. in l. cum pater. §. li-
bertis, ff. de leg. 2. Castr. in l. filius
familias, §. Divi. num. 7. ff. de leg.
1. ubi etiam Rip. num. 47. Ruyn.
cons. 127. num. 13. lib. 5. Laderc.
cons. 150. num. 3. & 5. Giovagn.
cons. 36. num. 25. lib. 2. Peregr. de
fideicomm. art. 14. num. 8. & art.
40. num. 17. Angel. de acquiren.
poss. ex remed. l. fin. quæst. 8. num.
343. 727. & 728. Fusar. de
fideicomm. quæst. 554. num. 6. Rot.
divers. decis. 49. num. 51. & seqq.
decis. 110. num. 3. & 34. & decis.
426. num. 10. part. 2. Duran. decis.
3 40. num. 47. quidquid aliud esset
in prohibitione alienationis taci-
ta ex ipso solo fideicommisso re-
sultante; quo casu valet, & tenet
alienatio conditione pendente,
nec revocatur, nisi post conditio-
nem purificatam, & mortem se-
cutam alienantis, Petr. Ant. à
Petr. ubi sup. & d. decis. 110. num.
34. part. 2. divers. & Pen. decis.
676. num. 3. Cavaler. decis. 532.
num. 11.) Egit, vivente adhuc
dicto Vincentio, sine tamen filiis,
& cum uxore quinquagennaria,
ad plura corpora bonorum penes
diversos tertios possessores exi-
stentia remedio l. fin. C. de edict.
4 Div. Adrian. toll. quod solet hoc
casu fideicommissario etiam con-
tra tertios possessores compete-
re; Menoch. de adipisc. remed. 4.
num. 202. Angel. de acquir. poss. ex
remed. leg. fin. quæst. 8. artic. 16.
num. 345. & seqq. Fusar. de fidei-
comm. quæst. 558. num. 1. & quæst.
607. num. 54. & primam senten-
tiam reportavit favorabilem.

Quam hodie in gradu appella-
tionis pendentis coram Excell.
D. meo Michillo Auditore,
Eminen. D. Card. Legati cum
Voto Excell. D. mei Beccii, &
meo convenimus revocandam
esse, & revocavimus, & quoad
me ex infrascriptis.

Primo, quia prohibitio alie-
nationis non videtur stare prin-
cipaliter de per se, nec posita
in diversa, & separata oratione,
nec habere separata verba, itaut 5
propterea possit iud ucere separa-
tum, diversum, & novum fidei-
commissum, Givagn. cons. 97. nu.
40. lib. 1. Gratian. discept. 828. nu.
7. & seqq. 19. & seqq. Fusar. de
substit. quæst. 683. nu. 15. Beltram.
ad Greg. decis. 433. num. 22. Rot.
recent. part. 1. dec. 14. num. 4. & 7.
et decis. 47. num. 2. Cavaler. decis.
481. num. 5. & 6. sed videtur
cosecutura, correspectiva, illa- 6
tiva, relativa, dependens, ac
accessoria præcedentibus sub-
stitutionibus, & quod illis famu-
letur, ac ad earum terminos re-
stringatur stante maxime, quod
sit concepta per participium,
Prohibens &c. Dec. cons. 636. num.
11. Giovagn. cons. 38. num. 7. et d.
cons. 97. num. 40. lib. 1. Gratian. d.
discept. 828. num. 5. et 6. et seqq.
Beltram. loc. cit. Fusar. d. quæst.
683. num. 9. 10. 11. 20. & seqq.
Rot. divers. part. 4. dec. 508. nu. 9.
et Rot. recent. par. 1. d. decis. 14. nu.

nem, seu dispositionem ex *Buratt. decis.* 322. *num.* 3.

25 Secundo principaliter motus fui, quia non videtur D. Bolognetus agere potuisse contra tertios possessores bonorum nisi obtenta prius sententia declaratoria contra alienantem super contraventione prohibitionis, *Bald. in auth. hoc amplius num.* 6. *C. de fideicomm. Riminald. jun. cons.* 258. *num.* 7. *in fin.* 8. *& seq.* qui loquitur in terminis remedii *l. fin. Tiraquel. in l. si unquam num.* 400. *C. de revocan. donat. Grat. discept.* 809. *num.* 13. *Cornazzan. dec.* 8. *num.* 5. *Rot. recen. par.* 1. *dec.* 555.

26 *num.* 8. cum potuisset forsan Vincentius citatus allegare aliquam causam, ex qua excusaretur controventio, *d. dec.* 555. *num.* 8.

Cui non videtur obstare, quod

27 non sit opus declaratoria, ubi factum est notorium, *Tiraq. ubi sup. num.* 401. *Gabr. de criminal. concl.* 12. *num.* 2. nec super re clara, *Gabr. de reg. jur. concl.* 3. *num.* 63.

28 & instrumentum dictæ transactionis faciat notorium, *Argel. de acq. poss. quæst.* 2. *num.* 190. *quæst.* 4. *num.* 32. *& quæst.* 8. *art.* 8. *num.* 199.

29 cum transactio sit species alienationis, *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 147.

30 *nu.* 3. etiam quando res est penes adversarium, & illi dimittitur, ut in præsenti casu, *Beltram. ad Greg. dec.* 418. *num.* 17.

31 Quia respondetur instrumentum non facere rem notoriam, ubi contra illud aliquid etiam colorate opponitur, *Melch. Lotter. de re benefic. tom.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 34. *num.* 31. Opponitur autem in præ-

32 senti, transactionem fuisse licitam, uti super juribus fideicommissi dubiis, & obscuris, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 306. *num.* 10. *& par.* 7. *dec.* 286. *num.* 1. & facta 33 ex justa causa, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 337. *num.* 12. *&* 13. & quod pro illa præsumitur tam 34 circa validitatem, *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 86. *nu.* 4. *& dec.* 271. *nu.* 20. & utilitatem, *d. dec.* 86. *num.* 22. quam super eo, quod facta sit bo- 35 na fide, *Petr. Ant. de Petr. de fideicomm. quæst.* 8. *num.* 69. quo casu 36 valet idem *Petr. Ant. d. quæst.* 8. *num.* 67. *& seq. &* 72. *& seq. Fusar. de substit. quæst.* 554. *num.* 14. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *d. dec.* 337. *num.* 12. *&* 13. præsertim in re 37 dubia, & in incerto litis eventu, *Petr. Ant. loc. cit. Gratian. discept.* 476. *num.* 1. *&* 3. *Beltram. ad d. dec. Greg.* 418. *num.* 16. & dum omnia bona erant penes Angelam testatoris sororem adversariam, super quibus varias prætensiones habeat, & prætendebat, institutionem Vincentii 38 cum clausula, *Sive esset filius, sive non*, fuisse nullam, ut per *Beltram. ad Greg dec.* 271. *num.* 29. & Vincentius testatoris filius spurius, & qui non possidebat, duo bonorum corpora recuperavit, quamvis alia penes possiditricem dimiserit, ut in transactione, & transactio valida dicitur quoad ipsum Vincentium, & alienatio pene necessaria, non voluntaria, cum utraq; pars agno- 39 verit bonam fidem, & suum consecuta fuerit, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 492. *num.* 5. *in fin. &* 6. itaut nec Vincentius incidere 40 potuerit in pœnam alienantis,

Greg.

41 *Greg. d. dec.* 418. *num.* 12. nec valeat D. Bolognettus prætensus substitutus alienata revocare, nisi expectata morte Vincentii alienantis, *Fusar. de substit. quæst.* 554.
42 *num.* 13. *&* 14. & probatio, detractiones prætensas à dicta Angela, de quibus in transactione, non deberi, vel fuisse consumptas in aliis alienationibus, vel alia bona in hæreditate fuisse, *Fusar. de substit. quæst.* 561. *num.* 1. 2. *&* 3.

Tertio motus fui, quia D. Bolognettus in casum mortis non est vocatus, nisi post Vincentium, & filios, & finitam in totum
43 Vincentii lineam, unde ejusdem substitutio in casum alienationis non posset intelligi, nisi eodem modo, & in eodem loco scilicet post Vincentium, & ejus filios, & descendentes, *Rot. rec. par.* 2. *dec.* 593. *num.* 1. *& par.* 6. *dec.* 293. *num.* 20. qui Vincentius quamvis de præsenti filios non habeat,
44 cum tamen habeat uxorem, non est spe destitutus illos suscipiendi, & quatenus uxor sit, ut asseritur, quinquegenaria, & sic ex communiter accidentibus inhabilis ad concipiendum, est tamen possibile, ut ipsa præmoriatur Vincentio, & ipse Vincentius aliam deinde ducat uxorem, ex qua filios sit habiturus, cum
45 spes illos habendi duret usque ad extremum vitæ spiritum, *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 20. *& d. dec.* 593. *num.* 1. &
46 hac spe pendente, non videtur fideicommissum ad favorem D. Bolognetti purificatum, sed expectandum, quousque conditio filiorum Vincentii deficiat, *d. decis.* 593. *num.* 1. *Molin. loc. cit. num.* 19. *&* 20. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *d. dec.* 632. *num.* 14. *& Buratt. dec.* 705. *n.* 2. Nec est incon- 47
veniens, quod in alienatione bonorum contra testatoris prohibitionem, res stet in suspenso, donec subest spes, quod aliqui nascantur, *Fusar. de subst. quæst.* 318. *num.* 79. *& seq. & num.* 18. *& seq. Rot. recent. d. par.* 2. *dec.* 593. *num.* 3.

Et, quatenus posset dici, cer- 48
tum esse, Vincentium gravatum non posse amplius liberos habere, esset nihilominus protrahenda executio in tempus illius mortis; *Fusar. d. quæst.* 415. *in fin. add. ad Buratt. d. dec.* 705. *nu.* 6. cum substitutio in casu decedentiæ sine liberis requirat imple- 49
mentum utriusque conditionis, mortis scilicet, & defectus filiorum, *Fusar. d. quæst.* 415. *num.* 2.

Quæ fortius procedunt, dum D. Bolognettus vocatus legitur, linea dicti Vincentii, & ejus descendentium in totum finita, & sic linea Vincentii funditus, penitus, & radicitus finita, ut 50
sonant illa verba, In totum, *Gratian. discept.* 630. *num.* 34. *Rot. divers. par.* 1. *dec.* 525. *num.* 4. *& in recent. par.* 7. *dec.* 305. *num.* 14. qui casus non potest dici evenisse, dum vivit Vincentius, à quo li- 51
nea incipit, *Fusar. de fideicomm. quæst.* 346. *num.* 15. *&* 37. cum tota linea debet extincta esse, ut sit locus fideicommisso ad favorem vocati in casu lineæ finitæ, *Cavaler. dec.* 276. *in fin.* & substitutio, quæ non dum competit, extra bona nostra est, *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 320. *num.* 23.

52 Nec videtur obstare, quod in fideicommissis conditionalibus admittantur, qui reperiuntur nati tempore evenientis conditionis, *Rot. divers. dec.* 38. *num.* 1.
53 *par.* 1. & illi revocare possint alienata contra testatoris prohibitionem, *Fusar. de substit. quæst.* 318. *num.* 123. unde in præsenti admitti debeat D. Bolognettus, qui solus tempore alienationis reperitur.
54 Nam respondetur objectum, & illius auctoritates procedere inter collective vocatos, in quibus terminis quæstionem for-
55 mat, *Fusar. d. quæst.* 318. & in iis quorum vocatio intrare potest tempore evenientis conditionis,
56 seu alienationis, sed contrarium esse dicendum, quando, ut hoc casu sumus in eo, qui non est adhuc vocatus, sed debet expectari, quod gravatus desinat, posse filios habere, *Castr. conf.* 16. *num.* 5. *vers. ex his infertur, lib.* 2.

Et ita utraque &c.

FRUCTUUM RECOMPENSATIVORUM.

Mercurii 19. Octobris 1650.

ARGUMENTUM.

Agitur de fructibus recompensativis, ac de damnis, & interesse ratione moræ.

SUMMARIA.

1 *Emptor tenetur ad fructus recompensativos ob delatam pretii solutionem etiam absque interpellatione.*

2 *Ampl. etiam non docto de adimplemento per venditorem faciendo.*

3 *Ampl. etiam si ob non adimplementum prætendantur damna passa.*

4 *Emptori ob non adimplementum venditoris non impeditur usus rei, & fructuum perceptio.*

5 *L. curabit. æquitas fundatur in sola fructuum perceptione.*

6 *Damna sunt à fructibus recompensativis separata.*

7 *Fructus recompensativi an possint à partibus taxari.*

8 *Fructus recompensativi taxantur ad quantitatem perceptam, & ex officio Judicis.*

9 *Debitor, qui est in mora, tenetur ad interesse, & augumentum. Limit. & Decl. ut num.* 11. *& seqq.*

10 *Mandatum qui suscepit, & non adimplevit, tenetur ad interesse mandantis.*

13 *Damnum passum ab non solutionem debiti, & ad effectum recuperandi quomodo probandum, & nu.* 14. *&* 15.

16 *Damnum affectatum, et voluntarium non producit actionem.*

17 *Damnum passum ut possit recuperari, requiritur protestatio, et intimatio, ac interpellatio.*

18 *Debitor quando non dicatur in mora, et num.* 19.

20 *Implere quis non tenetur, quando aliquid est sibi implendum per adversarium.*

21 *Debitor, qui non est in mora, non tenetur ad damna, & inte-*

interesse. *Lim. ut num.* 22.

23 *Moram contraxisse non dicitur, qui potest se aliqua exceptione tueri.*

24 *Creditor stante mora propria, non potest allegare sibi in tempore non fuisse solutum, & si debitor solvat, perinde est, ac si ab initio solvisset, & num.* 25.

26 *Stabilia juris præsumptione reddunt quinque pro centenario.*

27 *Mora contrahitur per judicialem interpellationem.*

DECISIO XLII.



IN venditione facta 16. Januarii 1625. à qu. Jo. Baptista de Pandinis, & Lucretia ejus filia qu. Bernardo Levanti Prædii in Communi S. Martini de Bertalia pretio libr. 12100. idem Levantes debitor dicti pretii remansit in libr. 10000. solvendus infra decennium, cum obligatione interim solvendi fructus recompensativos in rationem libr. quatuor pro quolibet centenario, & anno, & quod in actu solutionis dictarum libr. 10000. essent in stabilibus investiendæ, & quod alias nec posset Levantes cogi ad deponendum.

Mortuis deinde dict. venditoribus, eisdem ex testamento in effectu successernnt dicti Bernardus Levantes, & Jo. Baptista Gambalunga.

Qui Bernardus Levantes in divisione hæreditatis se constituit debitorem Gambalunghæ cohæredis in summa libr. 4000. residui tunc dicti pretii respectu portionis eidem Gambalunghæ tangen. cum eodem onere solvendi fructus recompensativos, ut supra.

Cui Joannes Baptistæ Gambalunghæ successive defuncto successit, mediante tamen Federico fratre, D. Julia Gambalungha, uxor ad præsens D. Capitanei Francisci de Vignalibus.

Sed quia dictus Jo: Baptista Gambalungha, dum vixit, hoc est de anno 1632. 4. Septembris dictum creditum libr. 4000. cesserat Mattheo Cavatiæ in pretium cujusdam Domus cum reservatione specialis hypothecæ hinc inde in casu molestiarum, seu inexigibilitatis, & illud Cavatia, & successivè Clara illius filia, & hæres respectu fructuum recompensativorum, ad quos egit integre consequi non potuit à dicto Levante, quia dedit de molestiis sibi super Prædio empto illatis, rediit Clara contra dictam D. Juliam Gambalungam dicti Jo: Baptistæ hæredem, & obtinuit contra eam executionem, & commissionem bannimentorum de subhastando quædam bona stabilia.

Ad quam subhastationem evitandam sub die 18. Septembris 1645. fuit inter ipsas partes deventum ad transactionem, in qua Clara dictum creditum in sorte libr. 4000. cum fructibus retrocessit ipsi Juliæ, & Julia pro

fru-

fructibus decursis, & non solutis exbursavit Claræ libr. 240. & pro expensis libr. 100. & obtulit se paratam in futurum, & promisit solvere dictarum libr. 4000. sortis infra quinque annos, & fructus interim ad rationem libr. 6. pro quolibet centenario, & anno, attento quod, si dicta Clara dict. libr. 4000. habuisset, illas ad rationem prædictam investiisset, cum declaratione, quod id faciebat animo recuperandi à dicto Levante.

Movit postmodum præfata Julia, hoc est, sub die 17. Maii 1649. coram D. Auditore Generali judicium contra Levantem pro consecutione dictar. libr. 4m. & fructuum recompensativorum etiam ad rationem sex pro centenario, & anno à die dictæ transactionis, coram quo ad plures actus processum fuit.

Sed commissa demum ab Emin.^mo D. Legato mihi dicta Causa in statu, & terminis, remotaque appellatione, ac docto in actis de solutione librar. 2m. respectu sortis, & etiam fructuum in notabili quantitate, Sententiam hodie tuli contra Levantem, seu potius contra illius Procuratorem ob illius mortem dominum litis effectum, executionem contra bona Levantis consumandam relaxando pro libr. 2m. residui sortis, & pro residuo fructuum decursorum, & non solutorum ad rationem quatuor usque ad diem motæ præsentis litis, & ab illa citra ad rationem quinque, adjecta conditione investimenti faciendi dictæ sortis in solutionis actu, & absolvendo hinc inde partes ab expensis.

Difficultas enim inter ipsos litigantes solummodo versabatur, ad quamnam rationem solvendi essent fructus recompensativi à dicta die 18. Septembris 1645. sub qua Julia transigendo cum Clara se obligavit, illos eidem in futurum solvere ad rationem sex pro quolibet anno, & centenario sub prætextu, quod ad eandem rationem ipsa Clara sortem dicti residui pretii sibi cessam investiisset, si ei à Levante debitore cesso soluta fuisset; ad quam eandem rationem prætendebat modo Julia sibi retrocessionariæ à Levante similiter solvendum esse, tamquam id ex ipsius Levantis culpa, & non solutione sortis tempore evenerit.

Sentii ego, non esse locum solutioni ad dictam rationem sex.

1 Nam, quamvis emptor teneatur ad fructus recompensativos in vim *l. curabit C. de act. empt.* ob dilatam pretii solutionem absq; alia interpellatione, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 315. num. 33.*

2 & quidem etiam non docto de adimplemento faciendo per venditorem, *Gabr. de empt. & vendit. concl. 4. num. 5. Gratian. discept. 588. num. 22. & 33. Gregor. decis. 297. num. 2.* ubi *Beltram. num. 12. & d. decis. 315. nu. 48. & 51. Duran. decis. 34. num. 26. 27. & 32.*

3 atque etiam quod prætendantur ob non adimplementum damna passa, *Gratian. d. discept. 588. nu.*

4 40. *in fin.* cum ob adimplementi
defectum, non minuatur emp-
tori usus rei, *Rot. recent. d. decis.*
315. *num.* 51. *&* 52. nec impedia-
5 tur fructuum perceptio, in qua
sola fundatur æquitas *d. l. curabit.*
C. de act. empt. Duran. d. decis. 34.
6 *num.* 37. & sint damna à fructibus
recompensativis separata, *Gra-*
tian. d. discept. 588. *num.* 40. *in fin.*
7 ac videatur licita conventio de
solvendo pro ipsis fructibus re-
compensativis aliquam certam
quantitatem, quæ sit verisimilis,
& non excedat verum interesse,
ad *Gabr. de empt. & vend. d. concl.*
8 4. *num.* 21. & in casu non conven-
tionis locus sit liquidationi, &
taxationi juxta quantitatem per-
ceptam, & ex Judicis offitio, *Gra-*
tian. discept. 716. *num.* 1. *& seqq. et*
nu. 7. *& seqq. & Rot. recent. d. decis.*
9 315. *nu.* 58. Prout & debitor, qui
est in mora, tenetur ad interesse,
& augumentum, *Pen. decis.* 966.
10 *num.* 6. *par.* 2. & qui suscepit man-
datum, tenetur ad interesse man-
dantis, si mandatum non im-
pleat, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2.
decis. 386. *num.* 31.

11 Attamen non videtur Levan-
tes gravari posse majori annua
responsione, quam conventa,
usque ad diem judicialis inter-
pellationis sibi in hoc judicio ex
parte Juliæ factæ, *Rot. post Gilian.*
ad Statut. Perus. decis. 173. *nu.* 6.

12 Neque responsio alteranda
videtur, & extendenda ad sum-
mam sex pro centenario, & anno,
ex quo ex illius mora, & non
adimplemento solutionis sortis
in tempore statuto, & post peti-
tionem de illa factam à Clara
tunc cessionaria coacta fuerit Ju-
lia talem annuam summam Cla-
ræ promittere ad solutionem
sortis differendam, & effugien-
dam subhastationem aliorum
suorum bonorum, & illius dam-
num, quia eadem Clara promp-
tam haberet occasionem sortem
ipsam ad eandem rationem in-
vestiendi.

Tum quia non constitit, nec
constat de hujusmodi prompto
investimento, prout constare 13
debuisset, *Zacch. de societ. nu.* 330.
& ibi Rot. decis. 42. *num.* 4. *& dec.*
51. *num.* 1. *&* 7. *vers. non obstat*,
nec quod hoc damnum evenerit 14
ob non secutam hujus pecuniæ
solutionem, quod etiam proban-
dum fuisset, *Gratian. discept.* 987.
nu. 15. 16. *&* 20. cum posset esse, 15
quod etiamsi hujusmodi pecu-
nias Clara habuisset, illas in cau-
sam tantæ responsionis, & redi-
tus non convertisset, *Rot. post* 2.
vol. cons. 5. *Farin. decis.* 325. *num.* 5.
in fin. & sic est hoc prætensum
damnum affectatum, & volun-
tarium, quod non producit actio- 16
nem, *Gratian. discept.* 67. *num.* 17.
& seqq. Rot. post Zacch. de societ.
decis. 52. *sub num.* 3.

Tum quia ad effectum gra- 17
vandi in dictam annuam sum-
mam ad rationem sex præfatum
Levantem ob retardatam sortis
solutionem requirebatur contra
illum de dicto tempore non
solum protestatio, seu declaratio,
sed etiam intimatio, *Gratian.*
discept. 987. *num.* 10. 11. 13. 14. 17.
40. *& seqq. Zacch. de societ. num.*
331. *&* 332. *& ibi Rot. decis.* 7. *nu.*
4. *& seqq. & decis.* 57. *per tot. Se-*
raph.

rapb. decis. 714. num. 2. decis. 721. num. 4. & 5. & decis. 1085. num. 3. Rot. recent. decis. 52. nu. 2. & seqq. par. 1. & post Cenc. de censib. decis. 58. num. 6. & decis. 328. num. 2. & penes Mangil. de subbast. decis. 17. num. 1. 4. & 5. & interpellatio, Rot. post nostrum tract. de subbast. decis. 109. num. 34.

Tum denique quia ipse Le-
18 vantes non fuit in mora non solvendi sortem, cum non teneretur illam solvere, nec deponere nisi in actu investimenti, ut supra dictum fuit, quod nunquam illi oblatum in actis reperitur,
19 & ulterius haberet desuper molestias, & sequestra nonnullorum creditorum dictæ Juliæ,
20 Buratt. decis. 819. nu. 5. nec tenetur quis implere, quando aliquid per suum adversarium est sibi implendum, Rot. recent. par. 4.
21 tom. 2. decis. 12. num. 4. neque ad damna, & interesse tenetur debitor, qui non fuit in mora solvendi, d. decis. 12. num. 2. Greg. decis.
22 148. num. 2. ubi Beltr. num. 4. nisi respectu interesse ab initio con-
23 venti, Beltram. ibid. nec in mora dicitur, qui potest se aliqua exceptione tueri, Gratian. discept.
24 42. num. 25. nec creditor, stante mora propria, potest allegare, sibi in tempore non fuisse solutum, Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis.
25 219. num. 13. sed si debitor deinde solvat perinde est, ac si ab initio solvisset, d. decis. 219. num. 13.

Post verò interpellationem judicialem mediante præsenti judicio condemnavi Levantem ad solvendum fructus recompensativos ad rationem quinque pro centenario, & anno, quia ex 26
præsumptione juris tot reddunt stabilia, Rot. recent. par. 6. decis. 135. num. 18. & mora ultra sum- 27
mam conventam contracta mihi visa fuit per interpellationem judicialem, Greg. decis. 5. num. 7.

Et ita utraque parte &c. Et huic sententiæ partes acquieverunt.

PRÆTENSÆ RECONDUCTIONIS.

Lunæ 28. Novembris 1650.

ARGUMENTUM.

Tacita reconductio excluditur ex nova locatione alteri facta.

SUMMARIA.

1 *Relocatio, et reconductio tacita fit ex præsumpto partium consensu.*

2 *Relocatio, et reconductio tacita cessat ex contraria partium voluntate.*

3 *Locans alteri declarat, se non consentire tacitę reconductioni antecedentis conductoris.*

4 *Locans alteri turbat primum conductorem, & non patitur, eum uti, frui.*

5 *Locator præstare tenetur successivam patientiam.*

6 *Conductor turbatus ad pensionem non tenetur, & potest à conductione recedere, saltim per viam exceptionis, & num. 7. & 8.*

9 *Conductor, si locator alteri locet, dicitur à tacita reconductione exclusus, & liberatus, nec*

nec potest amplius pro pensione conveniri, & num. 10.

11 *Reconductio tacita intelligitur facta, cum dominus patitur colonum in fundo esse, & in prædiis rusticis facta videtur pro alio anno, donec non fiat alteri expressa locatio.*

12 *Statutum Bononiæ ad excludendam tacitam reconductionem requirit disdictam, & intimationem per tres menses ante finitum tempus. Lim. & decl. ut nu. 14. 15. 17. 18. 19. & 20.*

13 *Disdicta non præcedente in locatione, & conductione præsumitur continuatio.*

16 *Conductor volens à conductione recedere, tenetur locatori denunciare, si ex recessu potest damnum sentire.*

21 *Statutariæ etiam dispositioni renunciatum dicitur per renunciationem omni juri, & legum auxilio.*

22 *Fidejussoris obligatio est stricti juris, odiosa, & strictissime interpretanda, & resoluta censetur ex subsecuta alteratione, & novatione, & ex incompatibilitate, & nu. 23. & 24.*

25 *Subconductione extinguitur antecedens conductio.*

26 *Conductoris perseverantia potest novam conductionem inducere, non perseverantiam veteris, & illi, non fidejussori nocere.*

27 *Fidejussoris obligatio non patitur extensionem.*

28 *Fidejussoris jus, et exceptio illi quæsita non potest ab alio sine ejus facto, seu consensu auferri.*

29 *Creditor exclusus ab actione ex primo contractu, in quo fidejussor est obligatus, non potest ex secundo agere contra ipsum, in quo obligatus non est.*

30 *Reconductio, ut afficiat fidejussorem, debet illi intimari.*

DECISIO XLIII.



Um Virgilius, & Joannes de Testis continuabant in annali tacita reconductione Prædii in Commune Castenasii hæreditarii qu. D. Gregorii de Malvetiis sub fidejussione Dominici de Pisce, qui generaliter fidejusserat tàm pro expressa, quàm pro tacita futura reconductione, fuerunt ex parte Illustr. D. Co: Herculis Malvetii dicti Gregorii hæredis sub die 20. Julii 1647. locata bona omnia hæreditaria, & nominatim etiam dictum Prædium Castenasii D. Capitaneo Mattheo de Blasiis, nulla mentione facta de dicta prima locatione, nec de ipsis anterioribus conductoribus.

Agebatur nihilominus in præsenti judicio tàm nomine dicti Capitanei Matthei novi conductoris, quam nomine dicti D. Co: Herculis locatoris contra dictum Dominicum de Pisce fidejussorem primæ locationis pro affictibus anni 1648. & 1649. In quo judicio Dominicus sententiam à D. Auditore Generali

4. *et* 7. *decis.* 44. *num.* 5. *decis.* 47.
num. 1. *&* 2. *&* *decis.* 100. *num.* 7.
et par. 4. *tom.* 3. *decis.* 632. *num.* 10.
et seqq. Coccin. decis. 294. *num.* 7.
et decis. 495. *num.* 3. *Cavaler. d.*
decis. 481. *num.* 5. *et Rot. in Bono-*
nien. fideicommissi de Boatteriis 17.
Februarii 1642. *coram Reveren-*
7 *diss. D. Dunozetto Decano*, & sit
annexa, & conjuncta statim, &
incontinenti, ac immediate post
fideicommissum, *Gabr. cons.* 123.
ante num. 1. *lib.* 1. *Menoch. cons.*
348. *num.* 43. *lib.* 4. *Gratian. d. di-*
scept. 828. *num.* 18. *Coccin. d. decis.*
8 495. *num.* 3. quæ censetur facta
respectu substitutionum præce-
dentium, *Rot. recent. par.* 2. *decis.*
9 593. *num.* 2. *in fin.* ad majus vincu-
lum inducendum, *Coccin. d. dec.*
495. *num.* 3. & per viam consilii,
non præcepti, *ad Ruyn. cons.* 110.
10 *num.* 17. *lib.* 2. ac ad terrendum à
bonorum dilapidatione, *Fusar.*
d. tract. de fideicomm. quæst. 739.
num. 1. *sub vers. secundus casus*, &
11 ut substitutio in casu mortis
suum magis habeat effectum,
Fusar. eod. tract. quæst. 738. *num.* 2.
vers. quarto confirmatur, *& vers.*
12 *seqq.* nec fideicommissum am-
pliat, sed illud solùmodo confir-
mat, *Menoch. d. cons.* 348. *num.* 43.
13 *lib.* 4. licet sit diversum, quando
inter fideicommissum in casu
mortis, & prohibitionem aliena-
tionis testator interposuisset alias
dispositiones, & deinde addidis-
set prohibitionem de non alie-
nando, novam quandam disposi-
tionem faciendo, *Gabr. d. cons.*
123. *ante num.* 1. *lib.* 1. *Menoch. d.*
cons. 348. *num.* 43. *Grat. d. discept.*
828. *num.* 18. *Rot. recent. part.* 5.
tom. 1. *decis.* 180. *num.* 13. Et,
quando etiam prohibitio aliena- 14
tionis, neque staret de per se prin-
cipaliter, neque dependeret à
præcedenti fideicommisso, sed
posset intelligi utroque modo,
adhuc illa regularetur à præce-
dente fideicommisso, *Fusar. de*
substit. quæst. 683. *num.* 1. ubi de
communiori, & tenenda in judi-
cando, & consulendo *num.* 27.
cum prohibitio alienationis post 15
fideicommissum intelligatur in
dubio juxta terminos fideicom-
missi præcedentis, *Rot. recent. par.*
2. *decis.* 707. *in fin.*

Neque obstat, quod prohibi-
tio alienationis sit vestita ratio-
ne, Cum ejus mens, ac intentio
sit, ut omnia bona sua integra
ad hæredes institutos, ac substi-
tutos perveniant, & conserven-
tur respective sine diminutione
aliqua, & prædicta omni meliori
modo &c. quæ ideo fideicommis- 16
sum inducat, *Petr. Ant. de Petr.*
de fideicom. probib. quæst. 5. *num.*
28. *&* 43. *& quæst.* 11. *num.* 541.
Gratian. d. discept. 828. *num.* 13.
23. *& seq. Rimin. jun. cons.* 20. *num.*
6. *& seqq. & cons.* 482. *num.* 37.
& seqq. Aldobran. cons. 31. *num.*
14. *Altograd. cons.* 92. *num.* 19. *&*
seqq. Rot. in Perusina Fideicom-
missi de Bigazzionis coram Litta,
penes *Giovagn. post cons.* 75. *num.*
72. *& seqq. in Bononien. Fideicom-*
missi de Desideriis coram Merlino,
quæ est dec. 21. *num.* 31. *part.* 5. *tom.*
1. *recent. in Romana fideicommissi*
de Guidis coram Eminentissimo D.
Card. Verospio, *in eadem part.* 5.
tom. 1. *recent. d. dec.* 180. *num.* 9. *&*
seq. in Bononien. Fideicommissi de
Pan-

Pancaldis 10. *Februarii*, *&* 10. *Junii* 1642. *coram R. P. Cerro, in Romana Retentionis Bonorum* 23. *Maii* 1642. *&* 2. *Martii* 1643. *coram Reverendissimo Ferracinen. in Romana fideicommissi de Spiritibus* 22. *Maii eodem anno coram R. P. Bichio*, in aliis relatis *in Romana Fideicommissi de Coronis* 28. *Februarii* 1647. §. *unde dum ratio coram R. P. Cerro, & in Mediolanen. Bonorum* 18. *Martii* 1648. *coram R. P. Bichio*.

17 Quia respondetur tunc adiectam restitutionem conservandi bona operari novum, & absolutum fideicommissum, ubi prohibitio est in oratione separata, & stet principaliter de per se, *Fusar. de substit. d. q.* 683. *num.* 15.
18 & ubi ratio est apposita per modum principalis dispositionis, & de per se, *Petr. Ant. de Petr. de fideicom quæst.* 5. *nu.* 19. *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 300. *sub num.* 15. *& seq. & par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 24. *num.* 7. *& par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 180. *num.* 8. & absque aliqua relatione, seu correspectivitate ad præcedens, seu subsequens fideicommissum, *d. dec.* 24. *num.* 7. *&* 9. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & in his terminis loquuntur, & procedunt authoritates in contrarium adductæ,
19 Secus vero est, ubi, ut hoc casu, prohibitio stat consecutive, & accessorie ad præcedentes substitutiones, & possunt verba restringi ad casus præcedentis fideicommissi, & commode operari absque illius ampliatione, *Fusar. d. quæst.* 683. *num.* 15. *prope fin. & num.* 19. *Greg. dec.* 433. *num.* 14. *& ibi Beltram. num.* 22. *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 24. *num.* 8. cum tunc ratio addita conserva- 20
tionis bonorum declaret ipsas præcedentes substitutiones, *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 44. *num.* 5. *decis.* 47. *num.* 1. *et* 2. & attendatur so- 21
lummodo in casibus expressis, *Greg. dec.* 433. *num.* 18. & eo ma- 22
gis in præsenti casu, in quo prohibitio cum ratione restricta est, & relata ad institutos, & substitutos, & sic ad institutiones, & substitutiones jam factas, *Fusar. d. quæst.* 683. *num.* 20. *et seq. Rot. divers. par.* 4. *dec.* 473. *num.* 3. quod procedit sine difficultate, dum hic ratio conservationis bonorum est apposita post prohibitionem alienationis, & ad illam vestiendam, quo casu dicitur 23
apposita non dispositive, sed consecutive ad præcedentes substitutiones, & ad majus illarum robur, *Rot. recent. par.* 1. *d. dec.* 300. *sub n.* 15. *vers. et in primis, et* 20. *et seq.* Ultra quod in casu nostro dicta ratio videtur respicere solam prohibitionem detractionis trebellianicæ, ac legitimæ dum post illas prohibitas testator addit rationem his verbis, Cum ejus mens, & intentio sit, & omnia bona sua integre ad hæredes institutos, ac substitutos perveniant, & conserventur respective sine diminutione aliqua, &c. ponderando præsertim verbum, *Integre*; & alia, *sine diminutione aliqua*, quæ hæreditatis integri- 24
tatem denotant, & omnem detractionem excludunt, *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 105. *num.* 21. Neque clausula in fine posita solet inducere novam substitutio-

nem, seu dispositionem ex *Buratt. decis. 322. num. 3.*

25 Secundo principaliter motus fui, quia non videtur D. Bolognetus agere potuisse contra tertios possessores bonorum nisi obtenta prius sententia declaratoria contra alienantem super contraventione prohibitionis, *Bald. in auth. hoc amplius num. 6. C. de fideicomm. Riminald. jun. cons. 258. num. 7. in fin. 8. & seq.* qui loquitur in terminis remedii *l. fin. Tiraquel. in l. si unquam num. 400. C. de revocan. donat. Grat. discept. 809. num. 13. Cornazzan. dec. 8. num. 5. Rot. recen. par. 1. dec. 555.*

26 *num. 8.* cum potuisset forsan Vincentius citatus allegare aliquam causam, ex qua excusaretur controventio, *d. dec. 555. num. 8.*

Cui non videtur obstare, quod

27 non sit opus declaratoria, ubi factum est notorium, *Tiraq. ubi sup. num. 401. Gabr. de criminal. concl. 12. num. 2.* nec super re clara, *Gabr. de reg. jur. concl. 3. num. 63.*

28 & instrumentum dictæ transactionis faciat notorium, *Argel. de acq. poss. quæst. 2. num. 190. quæst. 4. num. 32. & quæst. 8. art. 8. num. 199.*

29 cum transactio sit species alienationis, *Rot. recent. par. 1. dec. 147.*

30 *nu. 3.* etiam quando res est penes adversarium, & illi dimittitur, ut in præsenti casu, *Beltram. ad Greg. dec. 418. num. 17.*

31 Quia respondetur instrumentum non facere rem notoriam, ubi contra illud aliquid etiam colorate opponitur, *Melch. Lotter. de re benefic. tom. 1. lib. 1. quæst. 34. num. 31.* Opponitur autem in præ-

32 senti, transactionem fuisse licitam, uti super juribus fideicommissi dubiis, & obscuris, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. dec. 306. num. 10. & par. 7. dec. 286. num. 1.* & facta 33 ex justa causa, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. dec. 337. num. 12. & 13.* & quod pro illa præsumitur tam 34 circa validitatem, *Rot. recent. par. 6. dec. 86. nu. 4. & dec. 271. nu. 20.* & utilitatem, *d. dec. 86. num. 22.* quam super eo, quod facta sit bona fide, *Petr. Ant. de Petr. de fideicomm. quæst. 8. num. 69.* quo casu 36 valet idem *Petr. Ant. d. quæst. 8. num. 67. & seq. & 72. & seq. Fusar. de substit. quæst. 554. num. 14. Rot. recent. par. 5. tom. 1, d. dec. 337. num. 12. & 13.* præsertim in re 37 dubia, & in incerto litis eventu, *Petr. Ant. loc. cit. Gratian. discept. 476. num. 1. & 3. Beltram. ad d. dec. Greg. 418. num. 16.* & dum omnia bona erant penes Angelam testatoris sororem adversariam, super quibus varias prætensiones habeat, & prætendebat, institutionem Vincentii 38 cum clausula, *Sive esset filius, sive non*, fuisse nullam, ut per *Beltram. ad Greg. dec. 271. num. 29.* & Vincentius testatoris filius spurius, & qui non possidebat, duo bonorum corpora recuperavit, quamvis alia penes posseditricem dimiserit, ut in transactione, & transactio valida dicitur quoad ipsum Vincentium, & alienatio pene necessaria, non voluntaria, cum utraq; pars agno- 39 verit bonam fidem, & suum consecuta fuerit, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 492. num. 5. in fin. & 6.* itaut nec Vincentius incidere 40 potuerit in pœnam alienantis,

Greg.

41 *Greg. d. dec.* 418. *num.* 12. nec va-
leat D. Bolognettus prætensus
substitutus alienata revocare, nisi
expectata morte Vincentii alie-
nantis, *Fusar. de substit. quæst.* 554.
42 *num.* 13. *&* 14. & probatio, de-
tractiones prætensas à dicta An-
gela, de quibus in transactione,
non deberi, vel fuisse consumptas
in aliis alienationibus, vel alia
bona in hæreditate fuisse, *Fusar.
de substit. quæst.* 561. *num.* 1. 2. *&* 3.
Tertio motus fui, quia D. Bo-
lognettus in casum mortis non
est vocatus, nisi post Vincen-
tium, & filios, & finitam in totum
43 Vincentii lineam, unde ejusdem
substitutio in casum alienationis
non posset intelligi, nisi eodem
modo, & in eodem loco scilicet
post Vincentium, & ejus filios,
& descendentes, *Rot. rec. par.* 2.
dec. 593. *num.* 1. *& par.* 6. *dec.* 293.
num. 20. qui Vincentius quamvis
de præsenti filios non habeat,
44 cum tamen habeat uxorem, non
est spe destitutus illos suscipien-
di, & quatenus uxor sit, ut asse-
ritur, quinquegenaria, & sic
ex communiter accidentibus in-
habilis ad concipiendum, est ta-
men possibile, ut ipsa præmoria-
tur Vincentio, & ipse Vincen-
tius aliam deinde ducat uxorem,
ex qua filios sit habiturus, cum
45 spes illos habendi duret usque
ad extremum vitæ spiritum,
Molin. de primog. lib. 3. *cap.* 10.
num. 20. *& d. dec.* 593. *num.* 1. &
46 hac spe pendente, non videtur
fideicommissum ad favorem D.
Bolognetti purificatum, sed ex-
pectandum, quousque condi-
tio filiorum Vincentii deficiat,
d. decis. 593. *num.* 1. *Molin. loc. cit.
num.* 19. *&* 20. *Rot. recent. par.* 4.
tom. 1. *d. dec.* 632. *num.* 14. *& Bu-
ratt. dec.* 705. *n.* 2. Nec est incon- 47
veniens, quod in alienatione bo-
norum contra testatoris prohibi-
tionem, res stet in suspenso, do-
nec subest spes, quod aliqui nas-
cantur, *Fusar. de subst. quæst.* 318.
num. 79. *& seq. & num.* 18. *& seq.
Rot. recent. d. par.* 2. *dec.* 593. *num.* 3.
Et, quatenus posset dici, cer- 48
tum esse, Vincentium gravatum
non posse amplius liberos habe-
re, esset nihilominus protrahen-
da executio in tempus illius
mortis; *Fusar. d. quæst.* 415. *in
fin. add. ad Buratt. d. dec.* 705. *nu.* 6.
cum substitutio in casu deceden- 49
tiæ sine liberis requirat imple-
mentum utriusque conditionis,
mortis scilicet, & defectus filio-
rum, *Fusar. d. quæst.* 415. *num.* 2.
Quæ fortius procedunt, dum
D. Bolognettus vocatus legitur,
linea dicti Vincentii, & ejus de-
scendentium in totum finita,
& sic linea Vincentii funditus,
penitus, & radicitus finita, ut 50
sonant illa verba, In totum, *Gra-
tian. discept.* 630. *num.* 34. *Rot. di-
vers. par.* 1. *dec.* 525. *num.* 4. *& in
recent. par.* 7. *dec.* 305. *num.* 14. qui
casus non potest dici evenisse,
dum vivit Vincentius, à quo li- 51
nea incipit, *Fusar. de fideicomm.
quæst.* 346. *num.* 15. *&* 37. cum
tota linea debet extincta esse, ut
sit locus fideicommisso ad favo-
rem vocati in casu lineæ finitæ,
Cavaler. dec. 276. *in fin.* & substi-
tutio, quæ non dum competit,
extra bona nostra est, *Rot. recent.
par.* 6. *dec.* 320. *num.* 23.

52 Nec videtur obstare, quod in fideicommissis conditionalibus admittantur, qui reperiuntur nati tempore evenientis conditionis, *Rot. divers. dec.* 38. *num.* 1.
53 *par.* 1. & illi revocare possint alienata contra testatoris prohibitionem, *Fusar. de substit. quæst.* 318. *num.* 123. unde in præsenti admitti debeat D. Bolognettus, qui solus tempore alienationis reperitur.
54 Nam respondetur objectum, & illius auctoritates procedere inter collective vocatos, in quibus terminis quæstionem format, *Fusar. d. quæst.* 318. & in iis
55 quorum vocatio intrare potest tempore evenientis conditionis,
56 seu alienationis, sed contrarium esse dicendum, quando, ut hoc casu sumus in eo, qui non est adhuc vocatus, sed debet expectari, quod gravatus desinat, posse filios habere, *Castr. conf.* 16. *num.* 5. *vers. ex his infertur*, *lib.* 2.

Et ita utraque &c.

FRUCTUUM RECOMPENSATIVORUM.

Mercurii 19. Octobris 1650.

ARGUMENTUM.

Agitur de fructibus recompensativis, ac de damnis, & interesse ratione moræ.

SUMMARIA.

1 *Emptor tenetur ad fructus recompensativos ob delatam pretii solutionem etiam absque interpellatione.*

2 *Ampl. etiam non docto de adimplemento per venditorem faciendo.*

3 *Ampl. etiam si ob non adimplementum prætendantur damna passa.*

4 *Emptori ob non adimplementum venditoris non impeditur usus rei, & fructuum perceptio.*

5 *L. curabit. æquitas fundatur in sola fructuum perceptione.*

6 *Damna sunt à fructibus recompensativis separata.*

7 *Fructus recompensativi an possint à partibus taxari.*

8 *Fructus recompensativi taxantur ad quantitatem perceptam, & ex officio Judicis.*

9 *Debitor, qui est in mora, tenetur ad interesse, & augumentum. Limit. & Decl. ut num.* 11. *& seqq.*

10 *Mandatum qui suscepit, & non adimplevit, tenetur ad interesse mandantis.*

13 *Damnum passum ab non solutionem debiti, & ad effectum recuperandi quomodo probandum, & nu.* 14. *&* 15.

16 *Damnum affectatum, et voluntarium non producit actionem.*

17 *Damnum passum ut possit recuperari, requiritur protestatio, et intimatio, ac interpellatio.*

18 *Debitor quando non dicatur in mora, et num.* 19.

20 *Implere quis non tenetur, quando aliquid est sibi implendum per adversarium.*

21 *Debitor, qui non est in mora, non tenetur ad damna, & inte-*

intereſſe. Lim. ut num. 22.
23 *Moram contraxiſſe non dicitur, qui poteſt ſe aliqua exceptione tueri.*
24 *Creditor ſtante mora propria, non poteſt allegare ſibi in tempore non fuiſſe ſolutum, & ſi debitor ſolvat, perinde eſt, ac ſi ab initio ſolviſſet, & num. 25.*
26 *Stabilia juris præſumptione reddunt quinque pro centenario.*
27 *Mora contrahitur per judicialem interpellationem.*

DECISIO XLII.



IN venditione facta 16. Januarii 1625. à qu. Jo. Baptiſta de Pandinis, & Lucretia ejus filia qu. Bernardo Levanti Prædii in Communi S. Martini de Bertalia pretio libr. 12100. idem Levantes debitor dicti pretii remanſit in libr. 10000. ſolvendus infra decennium, cum obligatione interim ſolvendi fructus recompenſativos in rationem libr. quatuor pro quolibet centenario, & anno, & quod in actu ſolutionis dictarum libr. 10000. eſſent in ſtabilibus inveſtiendæ, & quod alias nec poſſet Levantes cogi ad deponendum.

Mortuis deinde dict. venditoribus, eiſdem ex teſtamento in effectu ſucceſſerunt dicti Bernardus Levantes, & Jo. Baptiſta Gambalunga.

Qui Bernardus Levantes in diviſione hæreditatis ſe conſtituit debitorem Gambalunghæ cohæredis in ſumma libr. 4000. reſidui tunc dicti pretii reſpectu portionis eidem Gambalunghæ tangen. cum eodem onere ſolvendi fructus recompenſativos, ut ſupra.

Cui Joannes Baptiſtæ Gambalunghæ ſucceſſive defuncto ſucceſſit, mediante tamen Federico fratre, D. Julia Gambalungha, uxor ad præſens D. Capitanei Franciſci de Vignalibus.

Sed quia dictus Jo: Baptiſta Gambalungha, dum vixit, hoc eſt de anno 1632. 4. Septembris dictum creditum libr. 4000. ceſſerat Mattheo Cavatiæ in pretium cujuſdam Domus cum reſervatione ſpecialis hypothecæ hinc inde in caſu moleſtiarum, ſeu inexigibilitatis, & illud Cavatia, & ſucceſſivè Clara illius filia, & hæres reſpectu fructuum recompenſativorum, ad quos egit integre conſequi non potuit à dicto Levante, quia dedit de moleſtiis ſibi ſuper Prædio empto illatis, rediit Clara contra dictam D. Juliam Gambalungam dicti Jo: Baptiſtæ hæredem, & obtinuit contra eam executionem, & commiſſionem bannimentorum de ſubhaſtando quædam bona ſtabilia.

Ad quam ſubhaſtationem evitandam ſub die 18. Septembris 1645. fuit inter ipſas partes deventum ad tranſactionem, in qua Clara dictum creditum in ſorte libr. 4000. cum fructibus retroceſſit ipſi Juliæ, & Julia pro fru-

fructibus decursis, & non solutis exbursavit Claræ libr. 240. & pro expensis libr. 100. & obtulit se paratam in futurum, & promisit solvere dictarum libr. 4000. sortis infra quinque annos, & fructus interim ad rationem libr. 6. pro quolibet centenario, & anno, attento quod, si dicta Clara dict. libr. 4000. habuisset, illas ad rationem prædictam investiisset, cum declaratione, quod id faciebat animo recuperandi à dicto Levante.

Movit postmodum præfata Julia, hoc est, sub die 17. Maii 1649. coram D. Auditore Generali judicium contra Levantem pro consecutione dictar. libr. 4m. & fructuum recompensativorum etiam ad rationem sex pro centenario, & anno à die dictæ transactionis, coram quo ad plures actus processum fuit.

Sed commissa demum ab Emin.[mo] D. Legato mihi dicta Causa in statu, & terminis, remotaque appellatione, ac docto in actis de solutione librar. 2m. respectu sortis, & etiam fructuum in notabili quantitate, Sententiam hodie tuli contra Levantem, seu potius contra illius Procuratorem ob illius mortem dominum litis effectum, executionem contra bona Levantis consumandam relaxando pro libr. 2m. residui sortis, & pro residuo fructuum decursorum, & non solutorum ad rationem quatuor usque ad diem motæ præsentis litis, & ab illa citra ad rationem quinque, adjecta conditione investimenti faciendi dictæ sortis in solutionis actu, & absolvendo hinc inde partes ab expensis.

Difficultas enim inter ipsos litigantes solummodo versabatur, ad quamnam rationem solvendi essent fructus recompensativi à dicta die 18. Septembris 1645. sub qua Julia transigendo cum Clara se obligavit, illos eidem in futurum solvere ad rationem sex pro quolibet anno, & centenario sub prætextu, quod ad eandem rationem ipsa Clara sortem dicti residui pretii sibi cessam investiisset, si ei à Levante debitore cesso soluta fuisset; ad quam eandem rationem prætendebat modo Julia sibi retrocessionariæ à Levante similiter solvendum esse, tamquam id ex ipsius Levantis culpa, & non solutione sortis, tempore evenerit.

Sentii ego, non esse locum solutioni ad dictam rationem sex.

1 Nam, quamvis emptor teneatur ad fructus recompensativos in vim *l. curabit C. de act. empt.* ob dilatam pretii solutionem absq; alia interpellatione, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 315. *num.* 33.
2 & quidem etiam non docto de adimplemento faciendo per venditorem, *Gabr. de empt. & vendit. concl.* 4. *num.* 5. *Gratian. discept.* 588. *num.* 22. *&* 33. *Gregor. decis.* 297. *num.* 2. ubi *Beltram. num.* 12. *& d. decis.* 315. *nu.* 48. *&* 51. *Duran. decis.* 34. *num.* 26. 27. *&* 32.
3 atque etiam quod prætendantur ob non adimplementum damna passa, *Gratian. d. discept.* 588. *nu.* 40.

4 40. *in fin.* cum ob adimplementi defectum, non minuatur emptori usus rei, *Rot. recent. d. decis.*
315. *num.* 51. *&* 52. nec impedia-
5 tur fructuum perceptio, in qua sola fundatur æquitas *d. l. curabit. C. de act. empt. Duran. d. decis.* 34.
6 *num.* 37. & sint damna à fructibus recompensativis separata, *Gratian. d. discept.* 588. *num.* 40. *in fin.*
7 ac videatur licita conventio de solvendo pro ipsis fructibus recompensativis aliquam certam quantitatem, quæ sit verisimilis, & non excedat verum interesse, ad *Gabr. de empt. & vend. d. concl.*
8 4. *num.* 21. & in casu non conventionis locus sit liquidationi, & taxationi juxta quantitatem perceptam, & ex Judicis officio, *Gratian. discept.* 716. *num.* 1. *& seqq. et nu.* 7. *& seqq. & Rot. recent. d. decis.*
9 315. *nu.* 58. Prout & debitor, qui est in mora, tenetur ad interesse, & augumentum, *Pen. decis.* 966.
10 *num.* 6. *par.* 2. & qui suscepit mandatum, tenetur ad interesse mandantis, si mandatum non impleat, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 386. *num.* 31.

11 Attamen non videtur Levantes gravari posse majori annua responsione, quam conventa, usque ad diem judicialis interpellationis sibi in hoc judicio ex parte Juliæ factæ, *Rot. post Gilian. ad Statut. Perus. decis.* 173. *nu.* 6.

12 Neque responsio alteranda videtur, & extendenda ad summam sex pro centenario, & anno, ex quo ex illius mora, & non adimplemento solutionis sortis in tempore statuto, & post petitionem de illa factam à Clara tunc cessionaria coacta fuerit Julia talem annuam summam Claræ promittere ad solutionem sortis differendam, & effugiendam subhastationem aliorum suorum bonorum, & illius damnum, quia eadem Clara promptam haberet occasionem sortem ipsam ad eandem rationem investiendi.

Tum quia non constitit, nec constat de hujusmodi prompto investimento, prout constare 13
debuisset, *Zacch. de societ. nu.* 330. *& ibi Rot. decis.* 42. *num.* 4. *& dec.* 51. *num.* 1. *&* 7. *vers. non obstat*, nec quod hoc damnum evenerit 14
ob non secutam hujus pecuniæ solutionem, quod etiam probandum fuisset, *Gratian. discept.* 987. *nu.* 15. 16. *&* 20. cum posset esse, 15
quod etiamsi hujusmodi pecunias Clara habuisset, illas in causam tantæ responsionis, & reditus non convertisset, *Rot. post* 2. *vol. cons.* 5. *Farin. decis.* 325. *num.* 5. *in fin.* & sic est hoc prætensum damnum affectatum, & voluntarium, quod non producit actio- 16
nem, *Gratian. discept.* 67. *num.* 17. *& seqq. Rot. post Zacch. de societ. decis.* 52. *sub num.* 3.

Tum quia ad effectum gra- 17
vandi in dictam annuam summam ad rationem sex præfatum Levantem ob retardatam sortis solutionem requirebatur contra illum de dicto tempore non solum protestatio, seu declaratio, sed etiam intimatio, *Gratian. discept.* 987. *num.* 10. 11. 13. 14. 17. 40. *& seqq. Zacch. de societ. num.* 331. *&* 332. *& ibi Rot. decis.* 7. *nu.* 4. *& seqq. & decis.* 57. *per tot. Seraph.*

raph. decis. 714. *num.* 2. *decis.* 721. *num.* 4. & 5. & *decis.* 1085. *num.* 3. *Rot. recent. decis.* 52. *nu.* 2. & *seqq. par.* 1. & *post Cenc. de censib. decis.* 58. *num.* 6. & *decis.* 328. *num.* 2. & penes *Mangil. de subbast. decis.* 17. *num.* 1. 4. & 5. & interpellatio, *Rot. post nostrum tract. de subbast. decis.* 109. *num.* 34.

Tum denique quia ipse Le-
18 vantes non fuit in mora non solvendi sortem, cum non teneretur illam solvere, nec deponere nisi in actu investimenti, ut supra dictum fuit, quod nunquam illi oblatum in actis reperitur,
19 & ulterius haberet desuper molestias, & sequestra nonnullorum creditorum dictæ Juliæ,
20 *Burati. decis.* 819. *nu.* 5. nec tenetur quis implere, quando aliquid per suum adversarium est sibi implendum, *Rot. recent. par.* 4.
21 *tom.* 2. *decis.* 12. *num.* 4. neque ad damna, & interesse tenetur debitor, qui non fuit in mora solvendi, *d. decis.* 12. *num.* 2. *Greg. decis.*
22 148. *num.* 2. ubi *Beltr. num.* 4. nisi respectu interesse ab initio con-
23 venti, *Beltram. ibid.* nec in mora dicitur, qui potest se aliqua exceptione tueri, *Gratian. discept.*
24 42. *num.* 25. nec creditor, stante mora propria, potest allegare, sibi in tempore non fuisse solutum, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.*
25 219. *num.* 13. sed si debitor deinde solvat perinde est, ac si ab initio solvisset, *d. decis.* 219. *num.* 13.

Post verò interpellationem judicialem mediante præsenti judicio condemnavi Levantem ad solvendum fructus recompensativos ad rationem quinque pro centenario, & anno, quia ex 26
præsumptione juris tot reddunt stabilia, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 135. *num.* 18. & mora ultra sum- 27
mam conventam contracta mihi visa fuit per interpellationem judicialem, *Greg. decis.* 5. *num.* 7.

Et ita utraque parte &c. Et huic sententiæ partes acquieverunt.

PRÆTENSÆ RECONDUCTIONIS.

Lunæ 28. Novembris 1650.

ARGUMENTUM.

Tacita reconductio excluditur ex nova locatione alteri facta.

SUMMARIA.

1 *Relocatio, et reconductio tacita fit ex præsumpto partium consensu.*
2 *Relocatio, et reconductio tacita cessat ex contraria partium voluntate.*
3 *Locans alteri declarat, se non consentire tacitę reconductioni antecedentis conductoris.*
4 *Locans alteri turbat primum conductorem, & non patitur, eum uti, frui.*
5 *Locator præstare tenetur successivam patientiam.*
6 *Conductor turbatus ad pensionem non tenetur, & potest à conductione recedere, saltim per viam exceptionis, & num. 7. & 8.*
9 *Conductor, si locator alteri locet, dicitur à tacita reconductione exclusus, & liberatus,*

nec

nec potest amplius pro pensione conveniri, & num. 10.

11 *Reconductio tacita intelligitur facta, cum dominus patitur colonum in fundo esse, & in prædiis rusticis facta videtur pro alio anno, donec non fiat alteri expressa locatio.*

12 *Statutum Bononiæ ad excludendam tacitam reconductionem requirit disdictam, & intimationem per tres menses ante finitum tempus. Lim. & decl. ut nu. 14. 15. 17. 18. 19. & 20.*

13 *Disdicta non præcedente in locatione, & conductione præsumitur continuatio.*

16 *Conductor volens à conductione recedere, tenetur locatori denunciare, si ex recessu potest damnum sentire.*

21 *Statutariæ etiam dispositioni renunciatum dicitur per renunciationem omni juri, & legum auxilio.*

22 *Fidejussoris obligatio est stricti juris, odiosa, & strictissime interpretanda, & resoluta censetur ex subsecuta alteratione, & novatione, & ex incompatibilitate, & nu. 23. & 24.*

25 *Subconductione extinguitur antecedens conductio.*

26 *Conductoris perseverantia potest novam conductionem inducere, non perseverantiam veteris, & illi, non fidejussori nocere.*

27 *Fidejussoris obligatio non patitur extensionem.*

28 *Fidejussoris jus, et exceptio illi quæsita non potest ab alio sine ejus facto, seu consensu auferri.*

29 *Creditor exclusus ab actione ex primo contractu, in quo fidejussor est obligatus, non potest ex secundo agere contra ipsum, in quo obligatus non est.*

30 *Reconductio, ut afficiat fidejussorem, debet illi intimari.*

DECISIO XLIII.



DUm Virgilius, & Joannes de Testis continuabant in annali tacita reconductione Prædii in Commune Castenasii hæreditarii qu. D. Gregorii de Malvetiis sub fidejussione Dominici de Pisce, qui generaliter fidejusserat tàm pro expressa, quàm pro tacita futura reconductione, fuerunt ex parte Illustr. D. Co: Herculis Malvetii dicti Gregorii hæredis sub die 20. Julii 1647. locata bona omnia hæreditaria, & nominatim etiam dictum Prædium Castenasii D. Capitaneo Mattheo de Blasiis, nulla mentione facta de dicta prima locatione, nec de ipsis anterioribus conductoribus.

Agebatur nihilominus in præsenti judicio tàm nomine dicti Capitanei Matthei novi conductoris, quam nomine dicti D. Co: Herculis locatoris contra dictum Dominicum de Pisce fidejussorem primæ locationis pro affictibus anni 1648. & 1649. In quo judicio Dominicus sententiam à D. Auditore Generali

reportavit absolutoriam. Quam ego in gradu appellationis mihi commissæ uti validam, & justam confirmavi.

De validitate non contigit dubitari, & de justitia videtur constare.

Quoniam tacita relocatio, &
1 reconductio, quæ fit ex præsumpta partium voluntate, seu consensu, *l. item quæritur* 14. *§. qui impleto, et l. qui ad certum* 15. *ff. locat. Bald. in l. legem num.* 1. *ff. eod. Natt. cons.* 194. *num.* 5. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *nu.* 1. *Rot. recent. part* 4. *tom.* 3. *decis.* 507.
2 *num.* 9. cessat per contrariam præsumptam pariter voluntatem, & per tacitum dissensum, *l. idemque ff. pro soc. Bart. in d. l. item quæritur §. qui impleto nu.* 16. *ff. locat. Alciat. de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 17. *nu.* 7. *Monterent. ad Statut. crimin. Bonon. lib.* 5. *de pœn. vend. rem alien. in §. præterea statuimus, il. primo sub verb. intelligitur, Ferrant. Gargiar. de patrocin. lib.* 1. *patrocin.* 64. *num.* 9.

In præsenti autem constat de tacita voluntate, seu contraria
3 voluntate locatoris, dum idem Prædium alteri locavit, & quidem per tres menses ante finem anni præcedentis tacitæ relocationis, & reconductionis, qui terminabat ad festum omnium Sanctorum anni 1647. Per quam
4 novam locationem vel fuit inducta turbatio, *Menoch. de retin. remed.* 3. *num.* 481. & recessum à
5 patientia, quam locator successivam præstare tenetur, ut conductor possit uti frui, *Bart. in l. si quis domum num.* 2. *ff. locat.* & ibi *Bald. in lectura antiqua, Natt. cons.* 360. *num.* 1. *lib.* 2. *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 88. *num.* 5. *Gregor. decis.* 235. *num.* 1 ubi *Beltram. nu.* 4.
ideoque ipsi primi conductores 6
non tenentur; amplius ad pensionem, *Gargiar. d. patrocin.* 64. *num.* 9. *Rolan. d. cons.* 69. *num.* 22. *lib.* 4. *Buratt. decis.* 669. *num.* 5. & 7
potuerunt à conductione recedere, *Rolan. loc. cit. Gratian. discep.* 113. *num.* 48. saltim per viam ex- 8
ceptionis, *Beltram. ad Greg. decis.* 130. *num.* 5. Vel dicuntur primi 9
conductores exclusi, *Gratian. discept.* 357. *num.* 1. *& seqq. & nu.* 31. *& seqq.* atque liberati, *l. si uno anno §. fin. in fin. ff. locat.* neque 10
possunt amplius uti tales conveniri, *Roffred. de libell. par.* 4. *de action. ex locat. sub num.* 9. *litt. C.* cum reconductio tacita facta 11
possit intelligi, cum dominus patitur colonum in fundo esse, *d. l. qui ad certum* 15. *ff. locat.* & in prædiis rusticis pro alio anno videatur facta, donec non fiat alteri expressa locatio, ut per *Beneincas. inter tract. divers. de action. §. actionum num.* 72. *in fin. par.* 2. *fol. mihi* 606.

Non obstare videtur dictum Statutum requirens disdictam, 12
& denunciationem, seu protestationem intimandam parti per tres menses ante finitum tempus, de qua hic non apparet, & consequenter, quod præsumatur 13
continuatio, *Ruyn. cons.* 114. *in princ. lib.* 1. *Duran. decis.* 307. *num.* 8. *&* 9.

Quia responderi posse videtur primo, nos non esse in prima reconductione, ut videtur loqui 14
Sta-

Statutum, ſecundum *Alex. conſ.* 16. *incip. breviter in caſu præmiſſo, verſ. nam advertendum, lib.* 4. *Ruyn. d. conſ.* 114. *num.* 3. *lib.* 1. & alios aductos per *Monterent. ad d. Statut. in verb. niſi per locatorem, in octava lim. verſ. octavo limitatur, & in verb. in locatione*, licet ipſe impugnet.

Reſpondetur ſecundo, quod
15 Reſpectu locatoris videtur à Statuto introducta denunciatio, ut ille poſſit commode invenire alios affictuarios, ut ſentit *Monterent. ad d. Statut. in verb. per tres menſes*, at, cum hoc caſu jam locator aliis locaſſet, non fuit opus
16 alia denunciatione, quia tunc tantum tenetur conductor denunciare, quando locator ex receſſu conductoris eſt damnum paſſurus, *Grat. diſcept.* 354. *nu.* 22.
17 Reſpectu verò conductoris videtur ſatis eſſe, ut ex aliquibus colligi poſſit contraria voluntas locatoris, *Monterent. ad dict. Statut. in d. verb. niſi per locatorem, in* 9. *limit. verſ. nono limitabis*. Unde,
18 cum hic conſtet ex nova locatione alteri facta de mutatione voluntatis locatoris, potuerunt conductores habere ſe pro denunciatis, ut poſt *Monterent. ad d. Statutum ſub verb. intelligatur, Rot. poſt noſtrum tract. mand. de*
19 *manut. deciſ.* 269. *num.* 3. Nec Statutum locum habet, quando alter ex contrahentibus voluntatem ſuam declaravit per tres menſes antea, ut hoc caſu declaravit locator, *Monterent. ad d. Statut. in d. verb. niſi per locatorem, in prima limitatione, ante verſ. ſecundum ergo*, & ſentit *Alciat. d. reg.* 2. *præſumpt.* 17, *num.* 7.

Reſpondetur tertio Statu- 20
tum non intrare, ubi, ut hic, fuit cum juramento promiſſum reſtituere bona vacua, libera, & expedita, locatione finita, cum renunciatione cuicunque juri, & legum auxilio, *Monterent. ad idem Statut. in d. verb. niſi per locatorem in* 6. *&* 7. *limitatione, & Rot. penes d. noſtrum tract: d. deciſ.* 269. *num.* 6. *&* 9. per quam intelligitur re- 21
nunciatum etiam diſpoſitioni Statutariæ, *d. deciſ.* 269. *num.* 8. *in fin. &* 9.

Nec etiam obſtat, quod dicti primi conductores in effectu retinuerint dictum Prędium etiam in dictis duobus ſequentibus annis 1648. & 1649. tamquam ſubconductores.

Namque, ultra quod de retentione non conſtat, & potuerunt probabiliter uti ruſtici retinuiſſe tamquam coloni partiarii, prout erant, antequam conducerent nummis, ut aſſeritur ex parte dicti Dominici fidejuſſoris, quo caſu, ſtante dicta nova locatione, non dicitur dominus pati frui, *l. ſi uno anno* 172. §. *ubicunque, ff. locat.*

Reſpondetur nos verſari in fidejuſſore, cujus obligatio uti 22
ſtricti juris, & odioſa ſtrictiſſime debet interpretari, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 156. *num.* 7. &
ex ſubſecuta alteratione, & no- 23
vatione, ac mutatione perſonarum ob dictam novam locationem in perſonam dicti Capitanei Matthei de Blaſiis fuit reſoluta, *Duran. deciſ.* 11. *num.* 4. *Rot. recent. d. par.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 156. *num.* 8.

24 & 11. stante incompatibilitate, *Gratian. discept.* 290. *nu.* 22. *Gargear. d. patrocin.* 64. *sub nu.* 9. *lib.* 1. *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 199. *num.* 4.
25 prout ex subconditione fuit extincta antecedens conductio, ad *Rot. penes Cenc. de censib. decis.* 468. *num.* 11. & 12. nec conductor conductoris mei dicitur conductor meus, nisi in subsidium, *Cost. de remed. subsid. remed.* 77. *sub nu.* 6.
26 & primorum conductorum perseverantia post dictam secutam alterationem, & novationem, potuit novam conductionem, non perseverantiam veteris inducere, ad *Gratian. discept.* 852. *num.* 17. & *Castr. cons.* 1. *sub nu.* 3. *lib.* 1. & ipsis conductoribus tantummodo nocere, non Dominico fidejussori, *Roland. d. cons.* 69. *num.* 46. *lib.* 4. sed immo Dominicus intelligitur liberatus, *Maur. de fidejuss. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 9. *et* 11.
27 quia obligatio fidejussoris non patitur extensionem, *Rot. Januen. decis* 25. *nu.* 6. *Mastrill. decis.* 182. *num.* 7. cum aliis relatis per *Mut. decis.* 3. *num.* 4. & tradit *Greg. decis.* 445. *num.* 3. & *Rot. recent. d. decis.* 156. *num.* 7. & 10. *par.* 5. *tom.* 1 *recent.* & *decis.* 592. *num.* 1. & *decis.* 606 *nu.* 16. *ead. par.* 5. *tom.*
28 nec jus, & exceptio illi quæsita potuit ab eo sine novo consensu, & facto proprio auferri, *Roland. d. cons.* 69. *num.* 47. & *seqq. lib.* 4.
29 nec, ubi creditori non patet aditus agendi ex primo contractu, in quo fidejussor est obligatus, potest ex secundo agi contra fidejussorem, in quo ipse non est obligatus, *Rot. recent. part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 458. *num.* 3. & 4.

Præterea prætensa prorogatio, & tacita reconductio non potest afficere dictum Dominicum fidejussorem, dum illi non fuit intimata, prout requirebatur, *Aretin. cons.* 78. *in fin. Card. Tusch. littera C. concl.* 518. *nu.* 13. & *seqq.* & *Franc. Salgad. de cred. concurs. tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 34. *num.* 28. *vers. hanc eandem opinionem*, quod fundatum est in æquitate, ut fidejussor de ea notitiam habeat, ut possit in tempore satisfacere, obligationemq; adimplere, & ipsius indemnitati consulere. 30

Et ita utraque &c.

CENSUS.

Lunæ 13. Decembris 1650.

ARGUMENTUM.

In liquidatione, mensuratione, & terminatione facienda est pars citanda. Judex Executor officio suo functus non dicitur, donec plene executionem non perfecerit.

SUMMARIA.

1 *Mensurarum numerus maior, quam constitutus prætendi non potest.*
2 *Prædii pars censu supposita usq; ad certam mensuram est mensuranda, & terminanda*
3 *Prædia distinguuntur separatione, et terminorum affixione, & num.* 4.
5 *Mensuratio facienda liquidationem concernit.*

6 *Liquidatio præcedere debet executionem, vel in ipsa executione fieri.*
7 *Liquidatio sufficit, ut ex actis constet, nec requiritur desuper pronuncia.*
8 *Mensuratio requirit partis citationem, & quare, & nu. 10.*
9 *Liquidatio fieri debet parte citata.*
11 *Separatio bonorum fieri debet coram Judice.*
12 *Finium cognitio spectat ad Judicem.*
13 *Executio donec perfecta non fuerit, non dicitur Judex Executor functus officio suo.*

DECISIO XLIV.



CEnsu alias imposito per R.D.Joannem, & fratres de Pesatellis, seu potius per Petrum Antonium Pesatellum eorum patrem super tornaturis 25. Prædii majoris quantitatis siti in Commune Domus Fabrorum accipiendis juxta alveum Sapinæ, mediante agere, & juxtà cavedaneam, penes quam adest Mauratorium ab uno, & bona de Cavatiis ab alio capitibus &c. illoque vendito D. Flaminiæ de Zanettinis.

Egit D. Lucretia Zanettina census domina, & successive illius hæres pro fructibus decursis, & non solutis, ac decurrendis ad dictas tornaturas 25. ut supra censuatas, & tenuta ex primo decreto, ac sequestro in fructibus præcedentibus, binas sententias conformes obtinuit super immissione, confirmationeque tenutæ, ac consignatione fructuum sequestratorum, ad effectum sibi ex fructibus satisfaciendi &c. primam nempe à Rev. D. Vicario Emin.[mi] Archiepiscopi, & secundam à D. Vincio Auditore Illustrissimi D. V. Legati.

Devolutaque demum causa in tertia instantia coram Excellentiss. D. meo Beccio cum Voto meo, & Rescripto cum clausula, ut quatenus locus esset executioni duarum conformium in vim Statuti, exequeremur &c. executionem nos concorditer relaxavimus, addita conditione, Citata tamen parte in executionis consumatione, & separatione dictar. tornaturarum 25.

Sententiarum conformitas nec à Reis conventis controvertebatur, sed ab eisdem assereba tur fundus in parte peremptus ex vi fluminis, & ex hoc affectus incapax census in summa ab initio constituta. Quam tamen exceptionem non attendimus, quia non fuit probata.

Mandavimus autem, Reos citari in executionis consumatione, & dictarum tornaturarum 25. separatione, quia, ubi in con- 1
cessione, & assignatione, seu suppositione certi numeri jugerum, seu tornaturarum incipitur à numero, seu mensura, ut in præsenti casu, tunc nihil plus evenit, *Jas. in l. si fundum sub conditione, §. libertus sub num.* 14. *ff. de leg.* 1. ex quo resultat, ut deveniri de- 2
beat ad mensurationem præfatarum tornaturarum 25. & finium positionem, *Benincas. de action. in*

§. actio-

§. *actionum num.* 529. *inter tract. de*
3 *action. divers. fol.* 626. per quos discerni possit, quod cujusque sit, *Jo: Coras. de action.* §. *quædam actiones num.* 5. *inter DD. tract. de action. divers. fol.* 461. *Rot. recent.*
4 *par.* 6. *decis.* 236. *num.* 10. cum per separationem, & terminorum affixionem prædia, & agri distinguantur, *Paris. cons.* 80. *num.* 18. *lib.* 2.

5 Quæ mensuratio facienda concernit liquidationem, *Greg. XV.*
6 *decis.* 545. *num.* 7. *in fin.* & 8. quæ vel præcedere debet executionem, *Greg. d. num.* 7. *post Vant. de nullit. sent. ex defect. proc. ac solemn. num.* 102. vel in ipsa executione intervenire, *Greg. XV. decis.* 224.
7 *num.* 3. absque eo quod desuper expresse pronuncietur, *Greg. d. decis.* 224. *num.* 4.

8 Et in ipsa mensuratione requiritur partis citatio, ut ea possit, esse præsens, ut habui *in tract. mand. de manuten. obser.* 101. *sub num.* 8. *juxta nov. impress.* & tradit *Gabr. de citat. concl.* 1. *num.* 171. 173. & 270. *Duran. decis.* 142. *nu.* 5. & *Greg. d. decis.* 545. *num.* 9. ubi
9 *Beltram. nu.* 12. prout generaliter in quacunque liquidatione facienda, *Menoch. de adipisc. remed.* 5. *sub nu.* 62. *ante vers. secunda est praxis*, & *num.* 70. *Greg.* & *Bel-*
10 *tram. ubi sup.* quia per partis præsentiam potest Judex, & Agrimensor melius, ac aliter informari, *Abb. in cap. quia indicante, num.* 6. & 7 *de præscript.* & ego habui *d. observ.* 101. *sub d. num.* 8.

11 Estque separatio bonorum facienda coram Judice, *Rofred. de libell. par.* 5. *rubr. de bon. auct. Judic. possid.* & *venund.* & *de separat. num.* 16. *vers. nonum*, ipseque 12
Judex de finibus cognoscit, *Petr. Plat. in paraphras. de act. inter tract. de action. divers.* §. *quædam actiones nu.* 13. *fol.* 299. Neque Judices 13
Executores ad aliquid exequendum, quamvis in parte actum executioni demandaverint, dicuntur functi officio suo, donec plene executionem non perfecerint, *Anchar. cons.* 42. *relat. per Rot. recent. par.* 7. *decis.* 1. *num.* 21.

Et ita &c.

CONFORMIUM.

Veneris 13. Januarii 1651.

ARGUMENTUM.

Mariti confessio de dote recepta an præjudicet creditoribus. Uxor pro dote an præferatur habenti specialem hypothecam. Statutum super conformibus an intret, stante sententia contraria; & simile Statutum ad favorem Viduæ an habeat locum in Vidua forensi.

SUMMARIA.

1 *Sententiæ duæ conformes ad favorem Viduæ faciunt rem judicatam ex Statuto Bononiæ*, & *debent exequi.*

2 *Sententiæ, quæ ex actis non justificantur sunt notoriè injustæ.*

3 *Copiæ sine originalibus non probant in præjudicium tertii*, & *creditoris. Ampl. ut nu.* 4. 5. & 9.

6 Co-

6 Copiæ extractæ à Notario non rogato non sunt in forma probanti.
7 Copiæ, quæ fidem non faciunt, in actis productæ non relevant.
8 Confessio dotis receptæ referens se ad partitas, ex quibus de solutione non constet, non probat. Ampl. ut num. 9. Lim. ut num. 10.
11 Confessio mariti de dote recepta non præjudicat anterioribus creditoribus. Ampl. ut nu. 12. 13. et 14. Lim. ut nu. 15. et 28.
16 Fraudis præsumptio levis est in confitente se dotis debitorem, qui sit debitis onustus.
17 Fraus in dubio non præsumitur, sed est concludenter probanda.
18 Confessio de recepto fraudolenta non præsumitur in ære alieno gravato, ubi plura alia concurrunt ad fraudem excludendam. Ampl. ut num. 24. Decl. ut num. 25.
19 Conjecturæ ad excludendam fraudem in confessione de recepta dote, & num. 20. 21. 22. & 23.
26 Confessio de recepta dote in debitis onusto an sit, vel ne fraudolenta judicanda, est Judicis arbitrarium, et quando sit arbitrandum pro non fraude, & num. 27.
29 Mulier babens creditum dotis confessionatum præfertur in pari causa alteri creditori pariter ex confessione. Ampl. ut num. 30.
31 Confessio de recepto facta à suspecto in parte verificata non præjudicat tertiis creditoribus. Lim. ut num. 33.
32 Fraudibus non est aperienda via.
34 Sententia, quæ dat prælationem posteriori creditori, est iniusta.
35 Creditor posterior babens specialem hypothecam præfertur anteriori babenti generalem.
36 Lim. secus in credito dotali anteriori. Extende ut num. 37. 38. 39. 41. & 42.
40 Hypothecæ specialis reservandæ cautela, quæ sit, & num. 43.
44 Statuto de duobus conformibus an sit locus, quando præcedit sententia contraria, & nu. 45.
46 Forensis non gaudet Statuto de duobus conformibus.
47 Uxor non dicitur forensis in loco viri, sed civis, & sub viri Statuto comprehenditur, & num. 48.
49 Ampl. etiam in Vidua. Extende ut num. 51.
50 Buratt. decis. 40. num. 3. declaratur.

DECISIO XLV.



OMMISSA causa executionis duarum conformium Excell.^mo D. Beccio cum Voto Excellentiss. D. Picotti Prætoris, & mei cum clausula, Quatenus sit locus Statuto de duabus conformibus, seu alias executioni exequeretur, sin minus causam appellationis cognoscent, hodie concorditer pro executione resolvimus.

Con-

Conformitas enim sententia-
rum est clara tàm in verbis,
quàm in effectu, & in consequens
1 intrat Statutum Bononiæ *lib.* 2.
*de arbitr. D. Potestat. in caus. pupill.
& viduar. &c. in fin. §. in quibus
causis*, concedens semel tantum
appellari posse, & negans ulte-
riorem appellationem ei, qui
contra se habet binas sententias,
quæ sint ad favorem viduæ, ut
hoc casu, & eodem *lib.* 2. *de appell.
§. prohibemus*, & in consequens
locus est earum executioni,
Paris. cons. 109. *num.* 10. *lib.* 4. *Rot.
recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 435. *num.*
5. & 6.

2 Nec obstat primo, quod sen-
tentiæ sint notorie injustæ, quia
non justificentur ex actis, ad
Greg. decis. 1. *num.* 4. & 6. *dec.* 264.
num. 4. & *decis.* 330. *nu.* 3. & *Bu-
ratt. decis.* 251. *num.* 11. & 12. ubi
Add. num. 15. & quod non justifi-
centur hoc casu appareat, quia
creditum dotale, pro quo Di-
nella vidua sententias reporta-
vit, fundatur in parte in confes-
sione Landi viri de recepto, quæ
se refert ad transumpta privata-
rum receptionum in instrumen-
to ipsius confessionis registrato-
rum, de quarum originalibus in
3 actis non constat, & sine quibus
copiæ non probant in præjudi-
cium tertii, & alterius creditoris,
in quo sumus, *auth. si quis in aliquo
C. de eden. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2.
decis. 356. *num.* 4. & *par.* 5. *tom.* 1.
decis. 77. *num.* 13. & *Buratt. decis.*
4 108. *num.* 1, etiam quod essent à
Notario ex originalibus extra-
ctæ, dum illa ipse nec custodit,
nec apud eum reperiuntur, *Grat.
discept.* 263. *num.* 36. *Rot. recent.
par.* 6. *decis.* 224. *num.* 20. nec fuit 5
exemplatio facta Judicis auctori-
tate, nec citato interesse habente,
Ruin. cons. 88. *num.* 10. & *cons.* 99.
num. 17. *lib.* 4. quæ propterea uti 6
extractæ à Notario non rogato
non dicuntur in forma probanti,
Rot. recent. par. 6. *decis.* 328. *nu.* 2.
& uti fidem non facientes idem 7
operantur, ac si in actis non adef-
sent, *Rot. recent. d. par.* 6. *decis.* 51.
num. 5. nec confessio receptionis 8
dotis probet, ubi non probatur
solutio ex partitis in confessione
enunciatis, *Rot. recent. ead. par.* 6.
decis. 55. *sub num.* 20. nec ubi ori- 9
ginales receptiones non sunt for-
miter recognitæ, *Rot. recent. par.* 4.
tom. 1. *decis.* 267. *nu.* 6. Res autem
judicata non est exequenda,
quando patitur difficultatem cir-
ca justitiam, *Greg. XV. decis.* 573.
num. 2.

Etenim respondetur dictam 10
confessionem de recepto suffra-
gari Dinellæ, quia ea ultra rela-
tionem ad exempla receptio-
rum continet actum certum, &
habet orationem perfectam sub
verbis dispositivis, quo casu refe-
rens probat etiam sine relato,
Rot. recent. par. 7. *decis.* 24. *sub num.*
9. & 10.

Non obstat secundo, quod 11
dicta confessio Landi commu-
nis debitoris de dote recepta
aliunde non justificata non po-
tuerit præjudicare D. Gnudo
anteriori creditori, seu D. Zani-
bono ab eo causam habenti in
hac causa adversario, *Felin. cons.*
21. *num.* 6. *Marescott. var. resol. lib.*
2. *resol.* 82. *nu.* 6. *Cyriac. contr.* 546.

*nu.*91. *Mantic.de tacit. lib.*11.*tit*....
*num.*35. *& seq. Grat. decis.*213. *in*
fin. Thom. decis. 99. *num.*55. *&* 56.
Buratt. decis. 470. *nu.* 5. *Pen. decis.*
1151. *num.* 2. *Duran. decis.*259. *nu.*
19. *Rot. post Cenc. de censib. decis.*
547. *num.* 8. *& inter recent. par.* 4.
*tom.*2. *decis.* 342. *num.*17. *& tom.*3.
12 *decis.* 546. *num.*4. 5. *&* 6. maxime
cum tempore confessionis ipse
Landus confitens esset debitis
onustus, & sic suspectus, ac deco-
ctioni proximus, & paulo post
decoxerit, quo casu insurgit ma-
jor suspicio fraudis, & conspira-
tionis in præjudicium credito-
rum, *Gratian. discept.* 362. *nu.*21.
& discept. 489. *nu.*22. *Buratt. decis.*
9. *nu.*1. 2. *&* 3. *& decis.* 108. *num.*7.
*ubi Adden. litt. D. Pen. decis.*1115.
num. 3. *Rot. post Cenc. d. decis.* 547.
num. 9. *& in recent. par.* 4. *tom.* 2.
decis. 239. *num.* 9. *&* 15. *& par.* 5.
decis. 234. *num.*11. *& par.* 7. *decis.*
24. *nu.*17. *in fin. & decis.* 306. *num.*
42. *& Rub. in adnot. ad decis.* 9. *nu.*
56. *& seqq. par.*3. *recent.* & eo ma-
gis cum jam tunc D. Helena
Verardina altera ex creditoribus
institisset pro sui crediti solutio-
ne, sequestro mediante, *Ursill.*
ad Afflict. decis. 402. *num.* 6. *&* 7.
13 & sciret Landus se non esse sol-
vendo, *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1.
quæst. 17. *num.* 15. *Gratian. discep.*
362. *num.*21. *&* 23. *Buratt. d. decis.*
14 9. *sub num.* 3. & quidem etiam,
quod præcessisset dotis promis-
sio, cum ea, licet tollat præsump-
tionem donationis, & exceptio-
nem non numeratæ dotis, seu
pecuniæ, non tamen tollat præ-
sumptionem fraudis commissæ
in creditorum præjudicium, *Mer-*
lin. de legit. d. lib. 2. *tit.* 1. *quæst.* 17.
num. 14. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3.
decis. 543. *num.* 3.

Quia respondetur confessio- 15
nem de recepta dote, quando,
ut hic, constat de antecedenti
illius promissione, præjudicare
etiam creditoribus intermediis,
inter quos est adversarius, *Bar-*
bos. in l. 1. *par.* 6. *num.* 9. *& seq. ff.*
sol. matrim. Gabr. de jur. dot. concl.
4. *nu.* 2. *Gait. de cred. cap.* 4. *quæst.*
11. *num.* 1809. *& seq. Marescott.*
*var. resol. lib.*1. *cap.* 8. *nu.*10. *& seq.*
Ursill. ad Afflict. d. decis. 402. *nu.*
1. *& ibid. Afflict. num.* 9. *& seq.*
Hodiern. ad decis. Surd. 55. *num.* 1.
*& seq. Merlin. de legit. d. lib.*2. *tit.*1.
quæst. 17. *num.* 13. *& lib.* 3. *tit.* 2.
*quæst.*58. *nu.*83. *Seraph. decis.*678.
*num.*10. *Greg. XV. decis.* 62. *num.*2.
& seq. & decis. 491. *num.* 7. *&* 12.
*Rot. recent. par.*2. *decis.*124. *num.*3.
*& par.*4. *tom.*1. *decis.* 15. *nu.*3. *vers.*
*tertio quod, & decis.*267. *num.*5. *&*
decis. 297. *num.* 3. *&* 6. *& tom.* 2.
decis. 55. *nu.* 4. *& par.* 6. *decis.*335.
num. 3. *& seqq. Duran. decis.* 409.
num. 16. *& decis.* 428. *nu.* 16. *Ad-*
dent. ad Buratt. decis. 108. *litt. B.*
*& num.*21. *Rot. recent. par.*4. *tom.*3.
*decis.*55. *num.*4. *& par.*6. *decis.*335.
*num.*3. *& par.* 7. *decis.* 24. *num.* 4. *et*
5. *& in Neperina Pecuniaria* 15.
Februarii 1647. *coram R. P. Ve-*
rospio, & onustatem debitorum 16
in marito confitente se dotem
recepisse, levem esse præsump-
tionem ad fraudem arguendam,
Rot. recent. d. par. 4. *tom.* 3. *decis.*
543. *num.* 11. & fraudem in dubio 17
non præsumi, sed esse conclu-
denter probandam, *Gratian. d.*
*discept.*362. *nu.*33. & in ære alieno 18

etiam gravato non est dicendam confessionem fraudolentam, ubi, ut hoc casu, plura alia concur-
18 runt ad excludendam fraudem, *Barbos. in d. l. 1. par. 6. nu. 41. vers. illud denique, ff. solut. matrim. Gabr. de jur. dot. concl. 4. num. 4. Greg. d. decis. 62. num. 2. Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. decis. 543. nu. 15. & par. 5. tom. 1. decis. 54. num. 2. & par. 7.*
19 *decis. 24. nu. 3. & seqq.* prout sunt verificatio solutionis primo loco scutorum 500. *Gait. de cred. cap. 4. quæsit. 11. num. 1813. Merlin. de pignor. d. quæst. 58. num. 128. & de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 17. num. 17. Greg. d. decis. 62. num. 7. Duran. d. decis. 387. num. 10. decis. 409. num. 21. decis. 428. num. 4. et Rot. recent. par. 6. decis. 335. num. 6.* & ultimo loco in ipso instrumento dictæ confessionis alterius solutionis scutorum 150. pro residuo, *Rot. recent. d. par. 4. tom. 1. decis. 15. sub num. 2. et 3. et decis. 297. num. 4. et par. 6. d. decis. 335. num. 7. et par. 7. d. decis. 24. sub num. 8. et 9. Addent. ad Buratt. decis. 108. nu. 22. et 23.*
20 promissio jurata restituendi dotem etiam confessatam in omnem casum restitutionis, tàm constante, quàm soluto matrimonio, *Rot. recent. par. 7. d. decis.*
21 *24. sub num. 7. et seq.* canonizatio dicti crediti dotalis, etiam respectu portionis confessatæ, & pro illo graduatio per Dinellam obtenta inter, & contra creditores in universali discussione bonorum, & graduatione creditorum respective, cui alii creditores acquieverunt, *Rot. recent. d. decis. 24. sub num. 12. et 13.* & de-
22 mum quia confessio cantat non de unica, sed de pluribus solutionibus, & receptionibus diverso tempore factis, ex quo videtur arguenda facti puritas, & sinceritas potius, quam intentio fraudandi; & fuit etiam dictæ confes- 23
sio morte mariti confirmata, *Gabr. de jur. dot. d. concl. 4. num. 5. Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 239. num. 5.*

Ex quibus, cum aliunde con- 24
stet de veritate solutionis, non est facienda ex adverso vis, quod Landus de tempore confessionis esset magno ære alieno gravatus, seu proximus decoctioni, *Rot. recent. d. par. 7. decis. 24. num. 18.*
& 19. sed posset hæc conjectura 25
locum habere, quando essemus in nuda dotis confessione, non autem in confessione, de qua agitur, ita adminiculata, & verificata, *Greg. d. decis. 62. num. 10. in fin. et Rot. recent. d. par. 7. decis. 24. num. 19. in fin.* Et, cum præ- 26
sumptiones, quæ stant pro ipsius confessionis veritate, absorbeant, & elidant eas, quæ pro suspicione considerari possint, *Greg. d. decis. 62. in fin. Rot. recent. d. decis. 24. num. 20. par. 7.* intrare videtur pro 27
sustinenda confessione Judicis arbitrium, in quo posita est hæc materia quoad præjudicium posteriorum creditorum consideratis omnibus, quæ movere possint vel ad fraudem, vel ad veritatem præsumendam, *Urfill. ad Afflict. d. decis. 402. num. 7. in fin.*
Nec concurrentibus tot conje- 28
cturis opitulatur parti adversæ, quod de illo tempore jam alter ex creditoribus instetisset pro sui crediti satisfactione, *Hodier.*

ad d. Surd. decis. 55. *num.* 21.

His accedit, quod etiam creditum ipsius adversarii est con-
29 fessionatum, unde in pari causa est mulier præferenda, *Barbos. in d. l.* 1. *par.* 6. *num.* 35. *ff. sol. matrim. Magon. decis. Lucen.* 68. *num.* 12. *et Merlin. de pignor. d. quæst.* 58. *nu.* 33.
30 & præsertim, cum creditum adversarii sit ex causa mutui, *Merlin. ibid. num.* 54.

31 Non obstat tertio, quod confessio de recepto facta à suspecto, etiam quod verificetur in parte, non præjudicet tertiis creditoribus, *Mancin. de confess. cap.* 2. *num.* 124. *et* 125. *Cyriac. d. contr.*
32 546. *num.* 92. alias esset fraudibus aperta via, *Mancin. et Cyriac. loc. citat.*

Namque respondetur objectum posse sibi locum vindicare,
33 ubi ageretur de verificatione unius tantum solutionis, & non concurrerent aliæ conjecturæ, & pars adversa non niteretur credito pariter confessionato, sed hic agitur de verificatione duarum solutionum, concurrunt alię conjecturæ, & utriusque partis creditum fundatur in confessione, ut ostensum fuit, ergo &c.

34 Non obstat quarto, quod sententiæ sint injustæ, ex quo in retractu Prædii, ad quem utraque pars concurrit, esset præferendus Gnudus, qui eandem summam mutuavit Lando ad effectum solvendi Juliano (qui dictum Prædium Lando vendiderat, habita fide de simili summa residui pretii cum reservatione pro ea specialis hypotheca juxta formam Clausularii Bononiæ) & ad hoc, ut Landus liberaretur à solutione dicti residui pretii cum verbis, Ita *che sia sempre, e s'intenda riservata la speciale hipotheca sopra detto luogo à favor di detto Gnudo per la somma sudetta*, & successive Landus post 20. dies solverit Juliano dictam summam pro dicti pretii residuo, narrans, pecunias fuisse sibi ut supra à Gnudo mutuatas ad dictum effectum, & reportandi pro eo jurium cessionem, prout reportavit, & ideo, quam- 35
vis Gnudus sit posterior Dinella, debeat tamen præferri ex reservatione specialis hypothecæ, *l. licet, C. qui pot. in pign. habeat.*

Quoniam respondetur primo, dispositionem *d. l. licet*, non ha- 36
bere locum in præjudicium dotium tempore anteriorum, & fuisse illarum respectu correctam per *text. in §. bis consequens, Auth. de æqualit. dot.* & tradit *Alciat. cons.* 26. *num.* 1. *lib.* 8. *Gratian. discept.* 257. *num.* 33. *et Buratt. dec.* 223. *num.* 2. *et* 3. & quod mulier 37
pro dote præferatur illi, ex cujus pecunia mutuata res empta fuit per maritum, tradit *Pacif. de salv. insp.* 3. *cap.* 2. *nu.* 507. *et Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 328. *num.* 24. & in puncto credentis ad emp- 38
tionem *Bart. in l. interdum num.* 5. *vers. quandoque quis ubi Salicet. nu.* 3. *vers. fallit in muliere, et Fulgos. num.* 2. *in fin. d. tit. C. qui pot. in pign. babeat. Salicet. in auth. quo jure, sub num.* 3. *C. eod. tit. Castr. in l. creditor. nu.* 3. *ff. si cert. pet.* & ibi *Jas. num.* 4. *in fin. Bald. Novell. de dot. par.* 10. *num.* 35. ac in puncto ven- 39
ditoris cum reservatione specia-

lis hypothecæ, *Speculat. de obligat. et solut. in princ. num.* 45. *Cephal. cons.* 131. *num.* 3. *et* 4. *lib.*... *Gaill. observ.* 12. *nu.* 4. *vers. observa lib.* 2. *Afflict. decis.* 306. *nu.* 4. *et* 5. *Socin. jun. cons.* 10. *num.* 11. *in fin. lib.* 3. *et Covar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. *vers. præter hæc, et num.* 3. *in fin.*

40 Itaut, quamvis adhibita fuerit cautela, Quod nemini alteri jus, actio, & obligatio aliqua posset acquiri, quæ regulariter suffragatur, *Buratt. d. decis.* 223. *num.* 13.
41 14. *et* 15. Attamen, cum in hujusmodi cautela non fuerit facta expressa mentio dotis, prout erat facta in *d. decis.* 223. *Buratt. ut ibid. num.* 15. ea in ipsa cautela, & reservatione non comprehenditur, *l.* 1. *ff. ad Vellejan. et l. fin. C. eod. Ruin. cons.* 195. *num.* 2. *lib.* 1. *et cons.* 61. *num.* 3. *lib.* 3. *Cyriac. contr.* 81. *nu.* 9. 14. *et* 17. & cum minori diffi-
42 cultate, cum dos in hoc reperiatur ex *d. §. bis consequens* specialiter privilegiata, *Eugen. cons.* 66. *num.* 21. *et seqq. lib.* 1. *Surd. cons.* 453. *num.* 17. *lib.* 4. *et Cyriac. contr.* 295. *num.* 10. *et seqq.*

Respondetur secundo, quod dato etiam, & non concesso, quod in dicta reservatione specialis hypothecæ comprehenderetur etiam dos, obstaret tamen Gnudo, quia non concurrunt
43 requisita *glosæ in l. Aristo, ff. quæ res pign.* quam sequitur *Rot. post Merlin. de pign. decis.* 90. *et Addent. ad Buratt. decis.* 420. *num.* 9. nempe pactum, quod Gnudus deberet succedere in locum Juliani emptoris, & quod mutuum ad effectum succedendi in ipsius Juliani juribus esset à Gnudo factam; & sentit *Socin. jun. d. cons.* 10. *num.* 7. *in fin. et seq. lib.* 3. *et Odofred. in d. l. licet, et Gait. de cred. cap.* 4. *quæsit.* 11. *nu.* 1205. *et n.* 1212. cum in mutui scriptura tantum legantur ad hunc propositum supradicta verba, Ita *che sia sempre, e s'intenda riservata la speciale hipotheca sopra detto luogo à favor di detto Gnudo per la somma sudetta.*

Non obstat quinto, quod non 44
sit locus Statuto de duabus conformibus, ex quo præcesserat prima sententia contraria.

Quia respondetur contrarium 45
esse de jure verius, ut per *Dec. cons.* 305. *num.* 2. *Surd. cons.* 102. *nu.* 16. *et Thesaur. decis.* 122. *num.* 5.

Non obstat ultimo, quod Dinella uti Lucana, & sic Forensis 46
non gaudeat dicto Statuto Boniæ ex *Buratt. decis.* 40. *num.* 3.

Namque respondetur uxo- 47
rem non dici forensem in loco viri, quia ea statim, contracto matrimonio, sortitur forum, & domicilium viri, & quidem etjam adhuc non ducta, *Ruyn.*
cons. 58. *num.* 4. *lib.* 3. & dicitur 48
viri Civitatis Civis, & sub illius Statuto comprehenditur, *Grass. de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 169.
et 170. illaque sequitur, retinet, 49
eosque gaudet etiam in statu viduitatis, *l. filii, §. vidua, ff. ad muncip. Socin. sen. cons.* 81. *num.* 1. *lib.* 3. *Laderch. cons.* 64. *nu.* 3. *lib.*... *Grass. de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 168. *Rot. post Gilian. ad Statut. Perus. decis.* 8. *num.* 1. *et seqq. et dec.* 9. *num.* 5. *quæ sunt Comitol. decis.*...
et decis.... Nec applicatur *d. decis.* 50
40. *num.* 3. *Buratt.* Quia ibi uter-
que

que conjux erat forensis.

Nec quoque relevat, quod
51 Dinella redierit ad patriam, & sic amiserit domicilium, civilitatem, & privilegium statutarium Bononiæ. Quoniam nec constat de ejus animo non redeundi, & contrariam sententiam tenet *Rot. post d.Gilian.decis. 8.num. 15.*

Et ita utraque &c.

JURISPATRONATUS.

Lunæ 20. Martii 1651.

ARGUMENTUM.

In Universitate an, & quando Juspatronatus præsumatur ex usurpatione, & quæ requirantur ad obtinendum in possessorio manutentionis, & quibus modis probetur Juspatronatus.

SUMMARIA.

1 *Juspatronatus in Universitate etiam parva, & sine jurisdictione in loco, & in Parochianis præsumitur ex usurpatione. Lim. ut num. 2. 3. 4. in fin. 5. 6. & 7.*

4 *Universitas Castri, Villæ, & Vici dicitur minima.*

8 *Ordinariorum diligentia Jurispatronatus usurpationis vitium in pluribus successivis beneficii vacationibus purgari potest.*

9 *Ordinarii, qui omni anno visitare tenentur, non præsumuntur permisisse Universitatem diu Juspatronatus sine titulo possedisse.*

10 *Jurispatronatus usurpationis præsumptio tollitur ex præsentationibus continuatis spacio 50. annorum, & eo magis majori, & num. 11.*

12 *Præsentatio unica sufficit pro manutentione etiam contra Ordinarium, & libertatem Ecclesiæ. Ampl. ut num. 14. & 15.*

13 *Juspatronatus dum revidetur, non est patronus sua quasi possessione privandus.*

15 *Præsentandi quasi possessio unico actu acquisita dicitur, si constet, beneficium esse in statu servitutis.*

16 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi est instituendus, eique beneficium adjudicandum, & num. 17.*

18 *Præsentati institutio, eique beneficii adjudicatio sunt actus justitiæ, & fructus quasi possessionis præsentandi.*

19 *Jurispatronatus probatio necessaria est ad effectum manutentionis in quasi possessione jurispræsentandi contra Ordinarium.*

20 *Probationes eædem ex Concilio requiruntur in possessorio, quæ in petitorio, ubi agitur de quasi possessione Jurispatronatus, seu præsentandi contra Ordinarium, & num. 51.*

21 *Juspatronatus ut relevet, apparere debet ex actis.*

22 *Juspatronatus præsertim in non suspectis de usurpatione probatur ex præsentationibus effectum sortis per spacium 100. annorum:*

23. *Ampl.*

23 *Ampl. etiam ex præsentationibus per spatium 40. annorum juncta fama desumpta etiam ex pluribus enunciativis, vel junctis aliis præsumptionibus, quæ famæ vim habeant, vel ipsis præsentationibus adminiculatis, & num. 24. et 25.*

26 *Juspatronatus præscribitur quadragenaria præscriptione.*

27 *Juspatronatus probatur ex institutionibus Ordinariorum etiamsi non constet de præsentationibus.*

28 *Præsentationes, & consensus idem operantur.*

29 *Præsentationes effectuatæ probantur ex præsentationibus, & institutionibus factis per aliorum præsentatorum obitum.*

30 *Juspatronatus probatur, ex quo Ecclesia sit uti de Jurepatronatus descripta in libro fori Episcopalis inter alias Ecclesias Diœcesis.*

31 *Visitationis liber an probet Juspatronatus.*

32 *Juspatronatus probatur per actus positivos gestos ab Ordinariis, & quare.*

33 *Sententia Ordinarii super statu beneficii in servitute firmat, et probat Juspatronatus, et num. 34. Ampl. ut num. 35. 39. 40. et 42.*

36 *Ordinarii non solent esse faciles in admissione, et canonizatione Jurispatronatus, et num. 32.*

37 *Ordinarius canonizans Juspatronatus sibi præjudicat, et privat se spe ulterius libere conferendi.*

38 *Juspatronatus alio modo probatur inter compatronos, alio modo contra Ecclesiam.*

41 *Sententia in judicatum transacta tribuit verum dominium.*

43 *Institutio cum declaratione, quod Juspatronatus spectet ad aliquem, et is sit in quasi possessione præsentandi, est relevans probatio.*

44 *Enunciativæ plures spacium 100. annorum excedentes probant Juspatronatus, et illius titulum. Ampl. ut num. 45.*

46 *Enunciativæ etiamsi non sint annorum 100. plurimum adminiculantur ad effectum probandi quasi possessionem Jurispatronatus.*

47 *Probationes, quarum aliquæ per se sufficiunt, simul junctæ reddunt Juspatronatus indubitatum.*

48 *Jurispatronatus probationes requiruntur exactæ ad effectum institutionis in præjudicium libertatis Ecclesiæ.*

49 *Ecclesia in dubio præsumitur libera.*

50 *Manutentio non debetur patrono Jurispatronatus de usurpatione suspecto ex quasi possessione, nisi probatis requisitis Concilii, videlicet quasi possessione, & titulo ex immemorabili, & num. 52. Lim. ut num. 61.*

53 *Decl. ut probari debeat immemorabilis per testes, & præsentationes continuatas per spacium 50. annorum. Subdecl. & extende ut num. 54. & seq.*

55 *Sen-*

55 *Centenaria non facit immemorabilem, sed est vel majoris, vel æqualis efficaciæ. Contrarium. num. 58. & 65.*

56 *Centenaria inducit verum titulum. Decl. ut num. 59.*

57 *Titulus excludit timorem usurpationis. Ampl. ut ibid.*

58 *Immemorabilis non probatur per scripturas. Contrarium. num. 61.*

60 *Immemorabilis non dicitur probata per testes, ubi datur actus contrarius.*

63 *Præsentationes si probentur continuatæ per centum annos, dicitur adesse qualibet probatio in personis de usurpatione suspectis requisita. Ampl. ut num. 64. & 65.*

65 *Præsentationes per centum annos continuatæ operantur effectum immemorabilis, et si probentur, et aliæ per spatium 50. annorum satisfactum dicitur formæ Concilii in suspectis de usurpatione requisitæ.*

66 *Præsentationes continuatæ dicuntur ad formam Concilii, etsi una intermedia deficiat.*

67 *Immemorabili actus contrarius quando non dicatur provisio uti de libero, vel sit cum illa compatibilis, & num. 75. & 76.*

68 *Beneficii collatio tamquam de libero non præjudicat patrono, qui de hujusmodi collatione notitiam non habuit.*

69 *Beneficii provisio uti de libero sine scientia, & patientia patroni illius statum non mutat, nec constituit in quasi possessione libertatis, constito de anteriori statu servitutis, & num. 70. & 71. Ampl. ut num. 72. 73. & 74.*

75 *Statu contrario libertatis beneficii non probato, firmus remanet primus servitutis.*

77 *Beneficii provisiones ad nominationem Parochianorum, quando inferant, vel non ad Juspatronatus, vel Juspræsentandi, & num. 79. & 82.*

78 *Beneficia Curata, quamvis libera, Ordinarii conferre non debent personis Populo, & Parochianis non gratis.*

80 *Institutio fit de beneficiis Jurispatronatus, & collatio de liberis. Declar. ut num. 81.*

83 *Citari debet possessor, & qui est in causa, et quem principaliter negocium tangit, alias nulliter agitur.*

84 *Citationis defectus respectu unius, an, & quando operetur etiam ad favorem citati litis consortis, & num. 85.*

86 *Actus factus non citato citando non tenet, si actus illi etiam præjudicet.*

87 *Manutentio non competit ei, qui facto proprio à possessione cecidit, & alium possessorem constituit, sed econtra. Ampl. ut num. 88. & 90.*

89 *Juspatronatus declaratur ex ultimo actu.*

91 *Petitorium deductum dicitur ex clausula, Quam, & quas, & eum omnibus incidentibus, &c.*

DE-

DECISIO XLVI.

1 QUAMVIS in Universitate etiam parva, & sine jurisdictione in loco, & in Parochianis Juspatronatus videatur in dubio præsumendum ex usurpatione, ut sæpè censuit Sacra Congregatio Eminen.[rum] DD. Cardinalium Concilii interpres, atque Rota, ut habetur præsertim in *decis.* 197. *num.* 36. *par.* 5. *tom.* 1. *recent. et per Coccin. decis.* 25. *num.* 4.

Contrarium tamen dicendum
2 videtur, & sic non intrare præsumptionem usurpationis, ubi vel ex aliis cessat quoque in loco potentia, *d. decis.* 197. *num.* 39. *par.* 5. *tom.* 1. *recent.* vel potentia non potest in illis à Judice considerari, in cujus arbitrio in dubio posita est, *ead. decis.* 197. *num.* 34.

Universitas verò, & Parochiani Communis Capugnani Comitatus, & Diœcesis Bonon. qui contendunt Jus præsentandi eorum Parochum, non videntur habendi, ad effectum præsumendæ usurpationis, pro potentibus.

3 Tum quia sumus in statu Ecclesiastico, & in Legatione Bononiæ, ac sub Archiepiscopo ferè semper Cardinali, & maximè auctoritatis, & in Universitate non solum parva, sed minima,
4 ut tale dicitur Castrum, Villa, Vicus, qui nullam habent jurisdictionem, sed subsunt jurisdictioni Civitatis, *Pacian. de prob. lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 17. *Petr. Ant. de Petr. de fideicom. prohib. quæst.* 13. *num.* 474. *et* 475. ut jurisdictioni Civitatis Bononiæ in temporalibus, & spiritualibus subest ipsum Commune Capugnani; Itaut non possit oriri præsumptio, ut Ordinarius non potuerit eidem Universitati contradicere ob illius potentiam, dum sumus in Universitate, quæ recognoscit
Superiorem, à quo potest super 5
prætensa usurpatione provideri, *ad Put. decis.* 58. *num.* 5. *lib.* 1. *juxta veterem impress. et Rot. recent. par.*
7. *decis.* 282. *num.* 25. *et* 32. Nec 6
præsumitur Usurpatio in Universitate parva, quæ non habet in loco jurisdictionem, vel absolutam publicam auctoritatem, aut potentiam, *Add. ad Buratt. decis.* 551. *num.* 16.

Tum quia constat de ordinarii Visitatione, in qua etiam mandavit Parochianis, ut clauderent Sacrarium, salicarent Ecclesiam, & retinerent lampadam
olei plenam, & accensam, quod 7
ostendit Universitatem non esse talem, ut Ordinario formidinem incutere potuerit, quin ille valuerit beneficii libertatem vindicare, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 290. *num.* 20. & 21.

Tum quia Universitas docet de pluribus continuatis præsentationibus, & consensibus præstitis resignationibus effectum sortitis per spacium annorum ducentorum, & ultra, nempè ab
anno 1413. quo diligentia Ordi- 8
nariorum prætensæ usurpationis vitium in successivis vacationibus purgari potuisset, *Rot. recent. d. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 401. *num.* 12.
nec est præsumendnm, quod Or- 9
dinarii, qui omni anno visitare tenen-

tenentur, permisissent, tam diù
Universitatem possedisse Juspa-
tronatus hujusmodi absque titu-
lo ad illud necessario, *Duran.*
decis. 285. *num.* 160. discurso inti-
10 tulata. Tolliturque Jurispatro-
natus usurpationis præsumptio
ex præsentationibus tantum con-
tinuatis spacio quinquaginta an-
norum, *Barbos. ad Concil. sess.* 25.
de reformat. cap. 9. *num.* 48. Unde
11 eò magis cessat hæc præsumptio
ex continuatis præsentationibus
per longè majus temporis spa-
cium, ut hoc casu.

Dato autem, quod non simus
in Universitate, seu Parochianis
de usurpatione suspectis, viden-
tur iidem esse in statu obtinendi
in possessorio manutentionis.

Quia ostenduntur præsenta-
tiones, & consensus resignatio-
nibus præstiti, qui habuerunt
12 effectus suos, & ad ipsam manu-
tentionem, contra etiam Epis-
copum, & Ordinarium, ac liber-
tatem Ecclesiæ, sufficit etiam
unica præsentatio, seu unicus
consensus, ut habui in *tract. mand.*
de manuten. observ. 18. *num.* 18. &
tradit *Duran. decis.* 74. *num.* 28.
13 nec interim, dum revidetur Jus-
patronatus, sunt patroni sua quasi
possessione privandi, *Barbos. ad*
Concil. d. sess. 25. *de reformat. cap.*
9. *num.* 86. *in verb. revideantur*, *et*
examinentur, *Rot. recent. par.* 4. *tom.*
1. *decis.* 336. *num.* 2. *et* 3. *et decis.* 568.
14 *num.* 10. & fortiùs cum Univer-
sitas habeat ultimum statum,
nempè præsentationem bona fide
factam de anno 1643. cum subse-
cuta admissione, confirmatione,
& institutione Dominici Palme-
rini, qui pro tali, & legitimo pos-
sessore fuit habitus, & approba-
tus ab ipso Ordinario, etiam in
edictis concursus post illius obi-
tum propositis, ad relata per me
d. tract. mand. de manuten. observ.
52. *num.* 27. & sit, ac probetur
beneficium, de quo agitur, in
statu servitutis, ut infra demon-
strabitur, quo casu ex unico 15
etiam actu acquisita dicitur
quasi possessio præsentandi, ad
Put. decis. 59. *num.* 3. *et seq. lib.* 1.
juxta veter. impress.

Qua stante quasi possessione, 16
& pro effectu manutentionis, in
ejusq; executionem est D. Joan-
nes Palmerinus occasione dictæ
ultimæ vacationis præsentatus,
qui est in causa, instituendus, ut
habui *d. tract. mand. de manuten.*
obser. 33. *sub num.* 7. *et ibi Rot. decis.*
267. *in princ. num.* 1. 2. *et* 5. cum
præsentato à patrono intra legi- 17
tima tempora sit beneficium
adjudicandum, & debeatur insti-
tutio, sintque isti actus justitiæ, 18
Duran. decis. 293. *num.* 1. & fru-
ctus ipsius quasi possessionis præ-
sentandi, *Rot. recent. par.* 3. *decis.*
179. *sub num.* 1. *et dixi d. observ.* 33.
num. 7.

Et, quatenus contra ordina- 19
rium requiratur etiam probatio
Jurispatronatus, ut habui *d. tract.*
mand. de manuten. observ. 10. *nu.* 26.
& tradit *Rot. recent. par.* 3. *decis.*
132. *sub nu.* 6. quasi tunc ex Con- 20
cilio requirantur eædem proba-
tiones in possessorio, quæ in pe-
titorio, *Gratian. discept.* 310. *num.*
78. *&* *discept.* 780. *num.* 1. *Greg. dec.*
222. *nu.* 2. *et* 3. *ubi Beltram. nu.* 11.
Buratt. decis. 551. *num.* 8. *et* 9. *et ibi*

Add. nu. 15. Rot. recent. par. 5. tom.
1. decis. 147. num. 41. & par. 7. dec.
21 82. num. 17. & de eo, ut relevet,
debeat constare in actis, Rot.
recent. par. 4. tom. 2. decis. 59. num. 9.
& par. 5. tom. 1. decis. 197. num. 13.
& seq. & num. 67. illud probatum
dicitur, usurpationis præsertim
præsumptione cessante, ex dictis
præsentationibus effectum sortitis
per spacium plusquam ducen-
22 torum annorum, quamvis sufficerent
præsentationes executioni
demandatæ per solum spacium
annorum centum, Barbos. ad d.
Concil. sess. 25. de reformat. cap. 9.
num. 6. & seq. Gratian. discept. 310.
num. 78. & discept. 780. num. 2. Cavaler.
decis. 625. nu. 4. Buratt. decis.
142. nu. 2. ubi Add. nu. 15. & decis.
178. num. 1. in fin. & nu. 11. Duran.
decis. 191. nu. 3. & decis. 293. nu. 2.
Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 382.
num. 2. & par. 6. decis. 267. num. 10.
& 11. Pen. decis. 842. nu. 6. & dec.
1032. num. 5. & decis. 1589. num. 6.
23 vel etiam per spacium annorum
quadraginta, juncta fama, desumpta
etiam ex pluribus enunciativis,
Add. ad Buratt. d. decis.
142. nu. 16. Duran. decis. 413. nu. 2.
Rot. recent. par. 3. decis. 66. num. 4.
& par. 4. tom. 2. decis. 250. num. 4.
decis. 332. nu. 1. & decis. 482. nu. 3.
& par. 5. tom. 1. decis. 290. num. 4.
24 & seq. seu junctis aliis præsumptionibus,
quæ famæ vim habeant,
Add. ad Buratt. d. dec. 142. nu. 16.
25 vel ipsis præsentationibus adminiculatis,
Rot. recent. d. par. 4. tom.
26 2. decis. 482. num. 6. & seq. præscribiturque
Juspatronatus, quadragenaria
præscriptione, Rot. recent.
par. 5. tom. 1. decis. 191. num. 13.
atque probatur ex institutionibus 27
Ordinariorum, quamvis in
illis non constaret de præsentationibus,
cum sufficiat, quod de
eis fiat mentio in ipsis institutionibus,
Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec.
332. num. 6. & idem operantur 28
præsentationes in vacationibus
per obitum, vel alias, quod consensus
in resignationibus, Rot.
recent. par. 3. decis. 172. num. 4. &
decis. 191. sub nu. 4. & par. 4. tom.
2. decis. 471. num. 2. et par. 5. tom. 1.
decis. 290. num. 7. et par. 6. decis. 101.
num. 9. et par. 7. decis. 87. num. 4. et 5.
Buratt. decis. 142. num. 5. et 6. ubi
Add. nu. 17. Duran. decis. 100. nu. 3.
prout de præsentationibus effe- 29
ctuatis constare dicitur ex præsentationibus,
& collationibus
factis per obitum aliorum præsentatorum,
Barbos. ad d. Concil.
sess. 25. de reformat. cap. 9. num. 59.
Rot. recent. par. 4. tom. 1. decis. 176.
num. 4. & par. 5. tom. 1. decis. 152.
num. 3. et decis. 401. num. 1. et 2.

Concurrunt autem in proposito
dicta testium super immemorabili
deponentium de fama.

Item, quod in libro fori Archiepiscopalis
anni 1416. in quo
descriptæ sunt omnes Ecclesiæ
Diœcesis Bononien. descripta
legitur hæc Ecclesia Parochialis
S. Michaelis de Capugnano cum
ista qualitate, de Jurepatronatus
Parochianorum, ex qua descrip- 30
tione Juspatronatus probari,
dixit Rot. recent. par. 3. decis. 172.
num. 7. et decis. 191. sub num. 4.

Item, quod similis descriptio
reperitur etiam in libro Visitationum
anni 1456. quæ descrip- 31
tio, & assertio facta ab Ordin. in
Vi-

Visitatione ad Jurispatronatus probationem multum conducit, & facta præsumitur cum causæ cognitione, *Rot. recent. d. par. 3. decis. 735. num. 6. et par. 4. tom. 2.*
32 *decis. 332. num. 5.* Probaturque Juspatronatus per actus positivos gestos ab Ordinariis, quia illi non solent esse faciles ad illud admittendum, *Rot. decis. 11. de jurepatron. in nov. Put. decis. 243. in fin. lib. 2. juxta veter. impress. Seraphin. decis. 1141. nu. 8. Rot. recent. par. 3. decis. 661. num. 5.*

Item quod in inventario bonorum dictæ Ecclesiæ confecto per R.D. Lactantium Janninum illius Rectorem de anno 1619. prima Julii (quod quamvis non sit productum in actis produci poterit in alia instantia) adnotatum legitur, quod Gerardus Episcop. Bononiensis concessit dictis hominibus hujus Ecclesiæ Juspatronatus ex instrumento rogato per Ser Barufaldum de Barufaldis de Castelluccio.

Item concurrit sententia D. Vicarii Generalis Cattanei emanata causa cognita, & servatis servandis, ac Mensa citata, & audita de anno 1643. cum participatione etiam, & consensu, vel etiam mandato Eminent.mi D. Cardinalis Columnæ tunc Archiepiscopi, & illius litterarum insertione, qua declaratum fuit, dictam Ecclesiam esse Jurispatronatus dictis Universitatis, & illius Parochianorum, & ad eam, seu ad eos spectare Juspræsentandi Rectorem, quoties vacare contigerit, & eos fuisse, & esse in quasi possessione præsentandi Rectorem &c. quæ sententia 33
super statu ipsius beneficii ab Ordinario lata ipsum firmat Juspatronatus, *Rot. recent. par. 6. dec. 96. num. 13.* illudque probat, *Du-* 34
ran. decis. 413. num. 13. Rot. recent. par. 3. decis. 172. nu. 2. et decis. 191. sub nu. 4. et par. 4. tom. 2. decis. 471. num. 1. et par. 5. tom. 1. decis. 174. nu. 5. et 14. & post dictum nostrum *tract. mand. de manuten. decis. 367. in fin.* & quidem plene, & contra 35
ipsum Ordinarium, *Buratt. d. dec. 142. num. 12.* qui non solet esse 36
facilis ad Juspatronatus canonizandum, ut in dictis decisionibus, cum agatur de re sibi præjudiciali, quia, dum canonizat 37
Juspatronatus, privat se spe ulterius libere conferendi, *Barbos. ad d. Concil. sess. 25. de reformat. cap. 9. num. 30. in fin. Rot. recent. par. 7. decis. 87. num. 7.* Tametsi Juspatro- 38
natus alio modo probetur inter compatronos, alio modo adversus Ecclesiam, *Rot. recent. par. 3. decis. 132. et par. 5. tom. 1. decis. 15. num. 10. et par. 7. decis. 80. num. 19. decis. 87. num. 8. et decis. 302. num. 8.* Et eo maxime cum cognitum 39
fuerit super immemorabili, & servata forma Concilii, ad *Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis. 630. num. 83. et 84. et Buratt. decis. 178. in fin.* & sententiæ ipsa Mensa Archiepis- 40
copalis acquieverit non appellando, eaque transierit in judicatum, *Rot. recent. par. 3. decis. 735. num. 2. et 9. et par. 5. tom. 1. dec. 174. num. 3.* & præbuerit Universitati 41
verum Jurispatronatus dominium, *Gratian. discept. 403. num. 2. et seq.* & subsecutus fuerit illius 42
effectus ex facta, & admissa

 dein-

deinde præsentatione in personam supradicti Dominici Palmerini, *Rot. recent. par. 6. decis. 267. num. 12.* ob cujus obitum
43 hodie beneficium vacat, & ipsa sola institutio cum declaratione, quod ad Universitatem spectat Juspatronatus, & ea est in quasi possessione præsentandi, est ad probandum relevans, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 401. num. 1. in fin. Barbos. ad d. Concil. sess. 25. de reformat. cap. 9. num. 30.*

Ac demum datur instrumentum de anno 1497. conventionis factæ inter homines Capugnani, & Castellutii de nunquam dictus Juspatronatus cedendo, vel alienando, cujus enunciativa aliqualem etiam inducit præsumptio-
44 nem, & ex illa, ac aliis duabus enunciativis factis in dictos duobus aliis instrumentis spacium centum annorum excedentibus probatur Juspatronatus, & illius titulus, *Cavaler. decis. 625. num. 8. Rot. recent. par. 3. decis. 172. num. 2.*
45 & fortius junctis etiam dictis præsentationibus spacio plusquam centum annorum effectuatis, *Rot. recent. par. 6. dec. 701.*
46 *num. 5.* atque solent enunciativæ, etiamsi non sint annorum centum, plurimum adminiculari ad effectum probandi quasi possessionem Jurispatronatus, *Buratt. decis. 142. num. 11.*

47 Quæ probationes, quarum aliquæ per se sufficiunt, simul junctæ reddunt Juspatronatus indubitatum, *Rot. recent. par. 3. decis. 172. num. 8. et decis. 427. num. 27.*
48 & possunt dici exactæ, prout requiruntur, quando agitur, ut in præsenti, ad effectum institutionis in præjudicium libertatis Ecclesiæ, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 197. nu. 78.* pro qua in dubio 49
præsumitur, *Rot. recent. par. 3. dec. 510. num. 1. in fin. & par. 4. tom. 2. decis. 59. num. 10.*

Præterea, etiamsi hujusmodi Juspatronatus posset præsumi ex usurpatione, ac ideo non essent 50
patroni manutenendi ex eorum quasi possessione, nisi probatis requisitis Concilii, *Cavaler. decis. 609. num. 6. Buratt. decis. 139. nu. 6. & ibi Add. nu. 17. & 18. Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 197. num. 41. et seq. sub nu. 49.* quæ locum habent 51
tàm in petitorio, quàm in possessorio, *Buratt. d. decis. 139. num. 5. Rot. recent. d. par. 5. tom. 1. decis. 197. num. 41. 43. & seq.* & sic cum quasi 52
possessione debeat probari titulus ex immemorabili, *Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis. 630. nu. 82. et 89.* adhuc hujusmodi probatio non videtur deficere, cum & appareat 53
probata immemorabilis quasi possessio præsentandi ad favorem dictæ Universitatis ex testibus una cum præsentationibus continuatis per spacium quinquaginta annorum, *Gratian. discept. 319. num. 91. & discept. 596. num. 11. et 12. Put. decis. 199. num. 1. lib. 1. in correctis, Buratt. d. decis. 139. num. 5. ubi Add. nu. 11. et decis. 551. nu. 8. Duran. decis. 413. in fin. Rot. recent. par. 3. decis. 172. num. 10. et par. 4. tom. 2. decis. 59. num. 11. et 12. et dec. 275. nu. 3. et par. 5. tom. 1. decis. 126. num. 10. et dec. 401. num. 4. et par. 6. decis. 29. nu. 5. et 62. decis. 82. nu. 18. et decis. 247. num. 4. et 5.* & adsint 54
alia tot, & tanta, juncta antiquissima

ſima quaſi poſſeſſione, ut ſupra
demonſtratum fuit, ut prævaleant adverſus talem præſumptionem, dum adeſt vera probatio
effectuatarum præſentationum
excedentium metam centum, &
ducentum annorum, quæ licet
55 non faciat immemorabilem ex
Rotæ opinione, videtur tamen
eſſe aut majoris, aut certe non
minoris efficaciæ, *Seraph. deciſ.*
1141. *num.9. et* 10. *& Beltram. ad*
*Greg. deciſ.*222.*nu.*11.*verſ.& licet*,
Rot. recent. par. 6. *deciſ.* 241. *num.*
1. *& par.* 7. *deciſ.* 29. *num.* 50. &
ſentit *Put. deciſ.*199. *& deciſ.*206.
*nu.*2.*&* 4. *in correct.* ut fuit dictum
in Lucana Juriſpatronatus 29. *Januarii* 1644. *coram Rev.*mo *Terracinen. verſ. quamquam ulterius*, *&*
ſeq. & 10. *Januarii* 1645. *&* 3.
Decembris 1646. *coram eodem*,
56 Cum centenaria inducat verum
titulum, *Put. d. deciſ.* 206. *num.* 5.
*lib.*1. *in correct. Rot. recent. d. par.*7.
deciſ. 29. *num.*1. *&* 17. *& deciſ.*87.
57 *num.*6. & titulus excludat timorem uſurpationis, præſertim corroboratus ex dicta ſententia Ordinarii, & dictis aliis adminiculis,
& probationibus, *Cardin. Mellin.*
deciſ. 59. *num.* 4.

Nec obſtat, quod ſola centenaria abſque immemorabili probata per teſtes non ſuffragetur
pro adimplemento formæ Concilii requirentis immemorabi-
58 lem, quæ non probatur per ſcripturas, *Rot. recent. par.*5.*tom.*1.*deciſ.*
126.*nu.*10.*et ſeqq. Pen. deciſ.*1620.
59 *num.*2.3.*et* 7. & ex ſola centenaria
tunc tantum reſultet titulus habilis ad probandum Juſpatronatus ex dotatione, & fundatione,
ubi non agitur de potenti, *d. deciſ.*
29. *num.* 2. *et ſeq. par.* 7. *recent.* nec 60
hoc caſu poſſit dici probata per
teſtes immemorabilis, dum datur actus contrarius, hoc eſt collatio beneficii tamquam de libero facta per Vicarium Imolen.
delegatum Apoſtolicum de anno 1582. *Pen. deciſ.* 366. *num.* 1. *et*
2. *deciſ.* 376. *num.* 3. *et deciſ.* 704.
nu. 4. *Beltram. ad Greg. deciſ.* 434.
num. 10. quod proviſus retinuit
uſque ad annum 1643.

Quia reſpondetur primo,
quod, ubi concurrit ſola potentia 61
prætendentium Juſpatronatus
abſque juriſdictione, non habet
locum dicta forma à Concilio
tradita, *Beltram. ad Greg. d. deciſ.*
222.*num.*11. *ſub verſ. et hæc forma*,
ibi, *ſi tamen*.

Reſpondetur ſecundo, Im- 62
memorabilem probari in perſonis de uſurpatione ſuſpectis
etiam per ſcripturas, quando
concurrunt centum anni, &
ſcripturæ continent actum affirmativum, & continuum, qui
habet implicitam negativam ſui
contradictorii, ut hic, *Rot. in d.*
Lucana Juriſpatronatus 29. *Januarii* 1644. *coram Rev. Terracinen. d verſ. quamquam ulterius*, *&*
verſ. ſeq. cum ex continuatione 63
præſentationum per centum annos adſit quælibet probatio in
perſonis de uſurpatione ſuſpectis
requiſita, *ut in d. Lucana Juriſpatronatus eod. verſ. quamquam ulterius*, & eo magis concurrentibus 64
aliis adminiculis, & probationibus, ut in præſenti *Seraph. d. deciſ.*
1141. *num.* 9. *et* 10. *et Put. d. deciſ.*
206. *in fin. lib.* 1. *in correct. ubi de*
tem-

tempore 85. *annorum*, quod & se-
quitur *Buratt. decis.* 142. *num.* 10.
Sed hic cessat omnis difficultas,
quia ultra centenariam ab anno
65 1413. usque ad annum 1518. quæ
operatur effectum immemora-
bilis, concurrit cursus aliarum
continuatarum præsentationum
per alterum spacium annorum
quinquaginta, & ultra ab anno
66 1628. usque ad annum 1581. ex
quo dicitur plene satisfactum
formæ Concilii, *ut in d. Lucana*
Jurispatronatus 10. *Januarii*
1645. *et* 3. *Decembris* 1646. *coram*
eod. Rev. D. Terracinen. penes Vi-
vian. de jurepatronat. decis.... nu...
67 *juxta novam impress.* Dicerentur-
que continuatæ præsentationes
ad formam Concilii, & si una
præsentatio media deficeret,
Gratian. discept. 392. *num.* 10. *Du-*
ran. decis. 293. *num.* 3.

Responderi posse videtur ter-
tio immemorabilem probatam
per testes non elidi ex provisione
Vicarii Imolen. tamquam de
libero, Vel quia ille actus non est
immemorabili contrarius, cum
provisus ab eo fuerit ille met, ad
cujus favorem in resignatione
sibi à patruo facta de dicto bene-
ficio consensum Universitas præ-
stiterat, vel quia, uti actus cum
qualitate liberæ collationis ob
non probatum tunc Juspatrona-
68 tus, nec potuit præjudicare Uni-
versitati, quæ de eo cum ista qua-
litate notitiam non habuit, *Greg.*
decis. 452. *num.* 13. *Buratt. decis.*
178. *num.* 6. & ego habui *in tract.*
mand. de manuten. obser. 33. *num.* 3.
& erat in bona fide constituta,
dum ad beneficium admissum
videbat eum, in quem consense-
rat, itaut, quatenus etiam ex
patientia posset prætendi, Uni-
versitatem factum ratificasse,
non inde tamen inferri posset ad 69
ratificationem qualitatis, illius
præsertim scientia non probata,
Put. decis. 397. *num.* 13. *lib.* 2. qua
deinde habita de anno 1633.
statim reclamavit, & legitimo
fabricato processu, successive de
anno 1643. præfatam sententiam
pro se reportavit, nec sine Uni- 70
versitatis legitima scientia, &
patientia valuit hujusmodi pro-
visio statum Ecclesiæ mutare, &
novum inducere, *Beltram. ad*
Greg. decis. 434. *num.* 20. *in fin. Du-*
ran. decis. 14. *nu.* 15. & *Rot. recent.*
par. 3. *decis.* 172. *num.* 9. *et par.* 4.
tom. 2. *decis.* 332. *num.* 7. *et tom.* 3. *dec.*
633. *num.* 5. Nec constituere in 71
quasi possessione libertatis, *d. dec.*
332. *num.* 8. constito deinde, ut
hic, de statu anteriori servitutis,
ead. decis. 332. *num.* 8. *et d. decis.*
633. *num.* 6. & eo maxime, quia 72
provisio emanavit ex causa resi-
gnationis, *Rot. in d. Lucana Juris-*
patronatus 29. *Januarii* 1644.
coram Rev. Terracinen. vers. non
obstant provisiones Apostolicæ, & 73
mentione in provisione de Juris-
patronatus derogatione non
facta, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.*
401. *num.* 15. nec quod Provisor 74
intenderet beneficii statum mu-
tare, *Rot. in d. Lucana Jurispatro-*
natus prædicto vers. non obstant
provisiones Apostolicæ. Non dato 75
autem contrario statu libertatis,
firmus remanet primus servitu-
tis, *Buratt. decis.* 142. *num.* 7. & in
consequens in suo robore imme-
mo-

morabilis per testes etiam probata, quæ se compatitur cum ista provisione in personam, in quam Parochiani uti patroni consenserant, illa ad eorum, & aliorum notitiam cum qualitate liberæ
76 collationis non deducta, & compatibilitas immemorabilem non infringit, *Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 63. vers. si vero actus*.

Non obstat, quod, etiamsi ex immemorabili tempore fuerit provisus de beneficio ille, quem
77 Parochiani proposuerunt, id fuerit quædam tollerantia, & honorantia nominandi Rectorem sibi benevolum, acceptum, & gratum, nec importet præsentationem, neque inferat ad Jus patronatus, sed potius prudentiam demonstret Episcoporum,
78 & Collatorum, qui alias non debent beneficia Curam animarum habentia, quantumvis libera, personis Populo, & Parochianis non gratis conferre, *Guidob. advocat. 129. num. 83. & 86. Buratt. decis. 551 sub num. 5. & 6.*

Siquidem respondetur, contrarium resultare ex toto processu, & fuisse declaratum per supradictam sententiam D. Vicarii
79 Cattanei, & objectum posse sibi locum vendicare, si appareret ex præsentationibus, seu nominationibus, secutas esse collationes,
80 & non institutiones, quæ proprie conveniunt provisionibus factis ad præsentationes patronorum, *Buratt. d. decis. 551. nu. 7. ubi Add. num. 14.* sed hic constat de insti-
81 tutionibus, ergo, &c. licet & terminus collationis aliquando usurpetur pro institutione, ut per *Rot. in recent. par. 4. tom. 1. decis. 176. num. 4.* Ultra quod ex multi- 82
plicitate præsentationum per tam longum temporis intervallum factarum, & admissarum, videtur excludi, quod id permissum fuerit ex sola gratia, & tollerantia, ad relata per me *in d. tract. mand. de manut. observ. 53. num. 20. & seq.*

Neque est attendenda manutentio decreta per D. modernum Vicarium Judicem à quo ad favorem Mensæ in quasi possessione conferendi dictum beneficium tamquam liberum.

Quoniam decretum laborat vitio, & notoriæ nullitatis, & evidentis injustitiæ.

Nullitatis quidem, quia Universitas, quæ erat in causa, & est, ut supra, in quasi possessione præsentandi, & quam principaliter tangit negocium, non fuit citata, prout citanda erat, ut habui 83
d. tract. de mand. de manut. observ. 79. num. 2. & seq. & observ. 107. nu. 7. et tradit Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 19. & Rot. recent. par. 7. decis. 232. num. 1. Quæ nullitas 84
operatur etiam ad favorem D. Joannis Palmerini præsentati citati litis consortis, stante juris connexitate ex eadem causa provenientis, *Beltram. ad Greg. decis. 319. num. 7.* & quod communis 85
sit causa defensionis, *Rot. penes d. nostrum tract. de mand. de manuten. decis. 334. num. 27.* nec valet 86
actus factus non citato citando, ubi actus illi etiam præjudicat, *Gratian. discept. 914. num. 7.* ut Universitati præjudicat hoc casu dicta decreta manutentio in

quasi

quasi possessione libere conferendi, non solum virtualiter, sed etiam per expressa verba, ad præjudicium Universitatis, &c. apposita in eodem decreto.

Injustitiæ vero, quia concessa fuit manutentio Mensæ Archiepiscopali, quæ suo facto cecidit à quasi possessione libere conferendi, si quam habuit, & in quasi possessione juris præsentandi, & obtinendi præsentati institutionem constituit ipsam Universitatem, ut supra ostensum fuit,
87 cui ideo Mensæ non competit manutentio, sed Universitati, ad deducta per me *d. tract. mand. de manuten. obser.* 57. *num.* 1. *& seq. nu.* 31. *& seq. & num.* 44. 45. *&* 67. *& observ.* 71. *num.* 68. *&* 76. *juxtà*
88 *novam impress.* etiam quod simus in Ecclesia, dum deventum est ad actum positivum admissionis præsentationis, & institutionis præsentati, *ut d. observ.* 57. *num.* 104. *ex Rot. divers. decis.* 881. *nu.* 4.
89 *par.* 4. ex quo ultimo actu Jurispatronatus status declaratur, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 336. *nu.* 21.
90 & eo magis, stante etiam titulo, ut supra probato ex immemorabili, centenaria, sententia, & enunciativis, *ut d. obser.* 71. *nu.* 117.

Cumque ex supra deductis constet de titulo Jurispatronatus ad favorem Universitatis, & Causa sit commissa Excellentiss. D. meo Auditori Generali cum Voto hujus nostræ Rotæ in decidendo tàm in possessorio, quàm in petitorio ad referendum Emi-
91 nentiss. D. Legato, & ulterius petitorium etiam deductum censeatur ex clausula, Quam, & quas, & cum omnibus inciden, *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 57. *num.* 33. videtur etiam pro Universitate pronunciandum in ipso petitorio ad formam supradictæ alterius sententiæ D. Vicarii Cattanei de anno 1643.

Et ita pro Universitate communi consensu resolutum, relatum, & pronunciatum respectivè fuit tam in possessorio manutentionis, prævia etiam revocatione decreti, seu pronunciæ D. Judicis à quo, quam in petitorio, utraque parte informante, &c.

SALVIANI, & ASSOCIATIATIONIS.

Mercurii 24. Maii 1651.

ARGUMENTUM.

Præscriptio an, & quando sit opponenda, aut possit, vel etiam debeat illam Judex ex Officio supplere. An detur actionum variatio, & an per electionem unjus in debitorem liberetur alius.

SUMMARIA.

1 *Præscriptio in dubio est excludenda.*

2 *Præscriptio decem annorum ad favorem tertii possessoris non currit nisi à die scientiæ creditoris.*

3 *Præscriptio requiritur trigenaria contra babentem in obligatione precarium, & ubi in possessore deficit vel titulus, vel bona fides, & num.* 4.

5 *Liberationem à debito ex temporis cursu quis non consequitur,*

tur, stante interruptione.

6 *Præscriptio non interrumpitur nisi per creditorem, vel illius procuratorem.*

7 *Præscriptio interrupta ab uno ex Reis, seu sociis credendi an suffragetur alteri, diviso credito.*

8 *Mala fides respectu unjus non infert ad malam fidem respectu alterius.*

9 *Præscriptionis exceptio opponi debet in prima instantia, & ad processum, non ad merita, nec in calculo ferendæ sententiæ, nec in gradu appellationis; seu post sententiam, & num. 11.*

10 *Præscriptionis exceptio est de impedientibus litis ingressum.*

12 *Præscriptionis exceptionem Judex supplere potest, sed non tenetur, nisi pars opponat.*

13 *Immissio in vim mandati in actione personali est ad effectum subhastandi, non transfert possessionem, nec illam aufert debitori.*

14 *Creditor viam habens executivam potest agendo variare.*

15 *Electio facta de aliquo in debitorem non liberat alios.*

16 *Expressio facta de uno ex correis affirmativè non intelligitur, negativè de alio.*

17 *Inclusio unjus quando non sit exclusio alterius, & num. 19.*

18 *Inducta ad unum finem non debent contrarium operari.*

19 *Argumentum non valet à negativis.*

20 *Sententia valida, & justa est confirmanda.*

21 *Sententia invalida, et injusta est revocanda.*

DECISIO XLVII.



Ui in Voto, secundum quod D. meus Marcellus Relator ad Commissionis formulam retulit Eminent.mo D. Legato, qui ad illius limites pronunciavit, revocandum esse sententiam D. Ansidei Auditoris tunc bon. mem. Card. Ubaldi Legati Judicis à quo revocatoriam antecedentis R. P. D. Vicarii Eminen.mi D. Card. Archiepiscopi immissionem concedentis, & confirmandam sententiam ejusdem D. Vicarii.

De probatione enim requisitorum ad obtinendum in salviano, & associatione non fuit dubitatum.

Sed pro parte RR. Fratrum S. Benedicti Reorum Conventorum dabatur de exceptione præscriptionis, & quod D. Catharina Gratiosa actrix respectu ejus portionis crediti ex propria persona fuisset immissa in possessionem aliorum bonorum stabilium, & respectu portionis qu. Angelæ ejus sororis, cujus ipsa est hæres, non posset actionem exercere contra bona possessa per dictos RR. Fratres, quia Angela vivens acceptaverit in debitorem Gratiosum ejus fratrem possessorem aliorum bonorum sibi hypothecatorum.

Ego vero putavi, præscriptionem non intrare, quia (omino, quod in dubio judicandum est 1
contra præscriptionem, *Buratt. decis.* 457. *in fin.* &, ut tertio pos- 2
sessori suffragetur præscriptio de-

cem annorum, concurrere de-
bet scientia creditoris, quod bo-
na hypothecata fuerint in ipsum
à debitore alienata, *Gratian. de-
cis.* 15. *num.* 6. *&* 7. *& Rot. recent.
par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 407. *num.* 17.
& 18. *& par.* 6. *decis.* 59. *num.* 8.
& 9. *& Buratt. d. decis.* 457. *nu.* 9.
de qua hic non constat, & quod
3 in præsenti casu, cum ad favo-
rem creditoris adsit in instru-
mento obligationis precarium,
requiritur præscriptio 30. anno-
rum, *Alex. cons.* 83. *nu.* 2. *lib...* *Af-
flict. dec.* 139. *num.* 2. *& seqq.* pro-
4 ut hujusmodi tempus est neces-
sarium ubi deficit in possessore
vel titulus, vel bona fides, *Bu-
ratt. d. decis.* 457. *num.* 5. & quod
constat de interruptione ex li-
bello in hac causa porrecto, &
instrumento, ac juribus, parte
citata, productis, & tenuta cap-
ta ex parte dd. Catharinæ, &
Angelæ communi nomine sub
5 die 27. Februarii 1616. qua stan-
te non possent dd. Fratres præ-
tendere se temporis beneficio li-
berationem à debito consecutos
fuisse; *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 262.
num. 10. quamvis respectu An-
gelæ possit dubitari de interrup-
6 tione, quia non constet de ejus
comparitione, nec de mandato
comparentis saltim ad lites, ad
Rot. post nostrum tract. de subhast.
7 *dec.* 49. *num.* 4. &, cum ageretur
non de duobus Reis insolidum
credendi, nec de sociis, sed de
credito jam inter dd. mulieres di-
viso, non esset forsan locus dis-
positioni, *l. fin. ubi DD. C. de
duob. reis*, ut scilicet sufficiat in-
terruptio legitime facta per
unum ex correis, ut ea alter uti
possit; & sic ex mala fide dd. 8
fratrum respectu Catharinæ non
inferatur ad malam fidem respe-
ctu Angelæ, *Duran. decis.* 426.
num. 29.)

Respondetur dictam excep-
tionem quæ non prodest, nisi
allegetur à parte, *Surd. decis.* 24.
num. 1. *&* 4. non fuisse oppositam
in prima instantia, prout oppo- 9
nenda erat, & quidem ante litis
contestationem, & ad impedien-
dum processum, non ad causæ
merita, & post processum, & in
calculo ferendæ sententiæ, *Pa-
cific. de salv. insp.* 2. *cap.* 2. *nu.* 265.
& insp. 5. *cap.* 1. *num.* 108. *&* 109.
cum ea sit de impedientibus litis 10
ingressum, *Rot. divers. decis.* 648.
num. 4. *par.* 3. *lib.* 3. sed fuisse de-
ductam in secunda instantia, in
qua opponi amplius non poterat, 11
ut in simili dicitur de exceptione
discussionis, *Dec. in l. fin. num.* 29.
ff. si cert. pet. Guid. Pap. decis. 221.
sub nu. 1. *& Rot. post nostrum tract.
de subhast. decis.* 18. *num.* 5. *&* 6.
nec exceptio, quæ judicatum
perimit, ut ista admittetur post
sententiam diffinitivam, ut habui
in *tract. de subhast. insp.* 50. *nu.* 93.
Ex quo sequitur, ut sententia D.
Vicarii primi Judicis sit rite, &
recte ratione prætensæ præscrip-
tionis lata, cum præscriptionem 12
ex officio attendere, seu supple-
re, non facta à parte de illa oppo-
sitione, licet posset, *Guid. Pap. d.
decis.* 221. *num.* 1. *&* 6. *Boer. decis.*
344. *per tot. & præsertim num.* 8.
Mynsinger. observ. 198. *num.* 3. *&
per tot. centur.* 3. attamen non
teneretur, *Boer. ubi supr.* & sentit
in

in puncto juris *Mynsinger. d. nu. 3.* quamvis addat, quod in Camera Imperiali contrarium fuit servatum in casu, in quo præscriptio clare fuit probata.

Immissio autem D. Catharinę de anno 1608. in quibusdam aliis bonis stabilibus pro portione crediti se tunc tangenti ex propria persona fuit in vim mandati, seu præcepti in actione personali, & ad effectum deinde subha-
13 standi, quæ non transtulit in eam possessionem, nec illam abstulit debitori, juxtà tradita per me in *tract. de subbast. insp. 13. num. 22. & seqq.* & quod pejus est, non habuit effectum, quia bona erant jam per alios occupata, & per anteriores, & potiores creditores distracta, & consumpta fuerunt, ut in actis apparuit. Et nihilo-
14 minus, cum Catharina habeat pro credito viam executivam, potuisset etiam, relicta prima via, seu primo remedio, illisque pendentibus, ad aliam viam, & aliud remedium recurrere, donec sibi satisfieret, ut etiam habui *d. tract. de subbast. insp. 27. num. 16. & seqq. Duran. decis. 60. num. 45.*

Quod Angela vivens pro sua crediti portione declaraverit, se illam consequi velle à Gratioso fratre successore in quibusdam bonis Joannis Jacobi de Vincen-
15 tiis debitoris, non efficit, ut ea, seu Catharina illius hodie hæres non valeat hujusmodi crediti satisfactionem prætendere, ac consequi in aliis bonis eidem hypothecatis, & ab aliis detentis,
16 quia, expressio facta de uno ex connexis affirmativè, non intelligitur dictum negativè de alio, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 26. nu. 14. & 15.* neque inclusio unius 17
est exclusio alterius, ubi mens non concurrit, *d. decis. 26. nu. 16.* prout non concurrit in proposito, cum expressio facta fuerit ad acquirendum, non ad renunciandum, & liberandum, & inducta 18
ad unum finem non debent contrarium operari, *ead. decis. 26. d. nu. 16.* nec à negativis valet argu- 19
mentum, nec inclusio unius est exclusio alterius, quoties illud includitur alio modo, ut in præsenti ex hypotheca omnium bonorum, *Add. ad Buratt. decis. 641. in fin.* & in quo viget eadem ratio, *Rot. recent. par. 6. decis. 152. num. 15.* & quod creditor, qui egit contra unum ex obligatis, possit postea agere contra alios, tradit *Gratian. discept. 359. num. 10.*

Ex quibus itaque prima sen- 20
tentia D. Vicarii uti valida, & justa confirmanda visa fuit, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 207. nu. 1. & decis. 464. nu. 10. tom. 2. & par. 6. decis. 7. num. 5. & decis. 361. nu. 1. Coccin. decis. 159. & Comitol. decis. 39. nu. 2.* & secunda illam revocans infirmanda tamquam invalida, & injusta, *Rot. recent. par. 6. decis. 267. in fin.*

Et ita &c. utraque &c.



Fideicommissi, et Creditorum.

Mercurii 21. Junii 1651.

ARGUMENTUM.

De fideicommisso de eo, quod non fuerit alienatum, & de eo, quod supererit. De evictione, & qui valor in ea sit attendendus, & an veniant fructus, & ad quam rationem. De fructibus extradotalium. An apoca dotalis concurrere possit cum instrumento. Hæredis bona non dicuntur tacite hypothecata pro legatis, sed bene pro male, & dolo administratis. Cedens an possit post cessionem exigere.

SUMMARIA.

1 *Hæres gravatus in eo, quod supererit, tenetur fideicommissario quartam reservare, sed si data sit libera facultas disponendi, sunt hinc inde opiniones, & distinguitur, an facultas sit tacita, vel expressa, ut num. 2. & seqq. & num. 14. & 20.*

4 *Testator non aufert licentiam alienandi, ergo dat, hæc consequentia non valet.*

5 *Licentiam non auferre, est medium quoddam inter dare, & auferre.*

7 *Hæres, qui inventarium non confecit, & est gravatus in eo, quod supererit, censetur in alienationibus factis consumpsisse dodrantem, nisi contrarium probetur, & nu. 9.*

8 *Idem est, quod quis sit gravatus restituere, quod supererit, sive quod substitutus succedat in iis, quæ tempore mortis gravati extabunt.*

10 *Relativum, quod, annexum verbo futuri temporis importat conditionem.*

11 *Gravatus restituere, quod non fuerit alienatum, si omnia bona alienet, substitutio evanescit.*

12 *Licentia expressa alienandi quare comprehendat facultatem disponendi etiam de quarta.*

13 *Propter quod unumquodque tale, & illud magis.*

15 *Expressum proprie dicitur, quod oculis corporis legi potest.*

16 *Verba, quod non fuerit alienatum, & verba, quod supererit, idem important.*

17 *Licentia alienandi resultans ex gravamine injuncto super eo, quod supererit, vel super eo, quod non fuerit alienatum, dicitur tacita, et nu. 18.*

19 *Verba, et sic, habent vim designandi modum.*

21 *Bona sua non dicuntur, quæ testator est gravatus restituere, nisi concurrant conjectura, quod disponendo etiam de iis intellexerit, & disponere potuerit, & num. 22.*

23 *Hæres non in re particulari, sed in universum jus, & gravatus cum facultate alienandi, seu disponendi tàm inter vivos, quàm in ultima voluntate intelligitur arctatus ad expressam, & specificam dispositionem.*

24 Cef-

24 *Cessionem habens potest sibi ipsi rem evincere. Ampl. ut nu.25.*

26 *Valor rei evictæ spectandus est de tempore evictionis, non contractus. Decl. ut num. 27. & num. 28.*

29 *Evictione sequuta, debentur in re fructifera fructus recompensativi.*

30 *Domorum pensiones in Urbe taxantur ad quinque pro centenario.*

31 *Domum communem habitans non tenetur ad pensionem.*

32 *Fructus bonorum extradotalium spectant ad uxorem.*

33 *Fructuum bonorum extradotalium fructiferorum viri promissio erga uxorem valet.*

34 *Ampl. etiam illis ad certam verisimilem rationem taxatis*

35 *Pecunia nec de partium consensu fructus parit.*

36 *Contractus à partium conventione legem accipiunt.*

37 *Fructus bonorum stabilium taxantur ad rationem quinque pro centenario.*

38 *Apoca matrimonialis nullo teste munita non meretur executionem contra tertium possessorem, & in concursu creditorum instrumentariorum. Lim. ut num. 39.*

40 *Legata annua solvi debent per hæredem gravatum, & usufructuarium.*

41 *Decl. ut pro illis non possit agi contra tertium possessorem bonorum hæredis hypothecam habentem.*

42 *Hypotheca non oritur, nisi illam verba importent.*

43 *Hypotheca inducitur etiam tacite, sed in casibus tantum in jure expressis.*

44 *Administrator malus, uti non dolo carens, tacite obligat & personam, & bona.*

45 *Locupletari quis non debet cum aliena jactura.*

46 *Cessio non liberat debitorem cedentem, qui deinde exegit.*

47 *Cedens quod exegit post cessionem, debet cessionario restituere.*

48 *Solvens non de proprio, sed uti minister nullum sibi jus acquirit.*

49 *Alienata primo loco censetur gravatus elegisse pro legitima, & aliis detractionibus.*

50 *Inducta ad unum finem non debent alium, & diversum operari.*

DECISIO XLVIII.



ILLUSTRISSIMO Marchio Antonius Campeggius uti vocatus ad fideicōmissum Comit. Balthassaris Campeggii in eo, quod per Co. Joannem, & Rodulphum ejus filios, & hæredes non fuisset alienatum, & dispositum in ultima voluntate, seu inter vivos quovis modo, & sic in eo quod superesset &c. Necnon uti Creditor dicto Com. Rodulphi in notabili pecuniarum summa ob causas, de quibus infra; Sub anno 1635. intentavit Judicium Salviani coram Audit. Gener. contra Illustriss. Senat. Achillem Voltam Possessor Prædii Malasberghi de anno 1613. à Com. Rodulpho venditi Illu-

Illustriss. Senatori Astorgio ejus Patri. Ipsoque Marchione Antonio defuncto fuit idem Judicium reassumptum de Anno 1637. per Marchionissam Margheritam Matrem præsentium Marchionis Thomæ, & Com: Alexandri dicti Marchionis Antonii filiorum, & hæredum, qui de Anno 1646. ab A. G. obtinuerunt sententiam favorabilem in totum quoad caput fideicommissi, & etiam in parte quoad præfata Credita.

A qua propterea sententia cum D. Volta appellaverit, & causa per commissionem fuerit introducta in Rota, hodie post innumeras ferè Audientias datas vtriq; Parti, & plurimas receptas Informationes facti, ac Juris Allegationes Causa diu, & bene discussa, atque ponderata. Domini quoad fideicōmissum confirmarunt Sententiam A.G. Quo verò ad Credita partim illam confirmarunt, & partim reformarunt, prout ex inferius dicendis apparebit.

1 Licet enim hæres ut supra gravatus videatur absque difficultate obligatus reservare Quartam fideicommissario *ad text. in auth. contra cum rogatus C. ad S.*
2 *C. Trebel.* Quando tamen Testator dedit, prout videbatur hic dedisse, liberam facultatem alienandi, an tunc possit etiam in totam everti fideicommissum, non attenta dicta substitutione in, & de eo, quod supererit; Quæstio quidem est admodum anceps, ut colligitur ex *Fusar. de substit. quæst.* 548. *num.* 35. *cum duobus seqq.*

Namque affirmativam, quod scilicet everti possit, & hujusmodi substitutio intelligatur solummodo in casu, quo Gravatus non fuerit usus facultate alienandi sibi concessa tenuit plenissimè *Surd. cons.* 10. *à num.* 29. *cons.* 352. *nu.* 17. *& seqq. cons.* 430. *num.* 5. *& decis.* 272. *num.* 13. *Ruin. cons.* 76. *num.* 14. *vol.* 2. *Rota in Romana fideicom. de Donatis* 23. *Junii* 1634. *coram Eminentiss. Panzirolo, in Cæsaraugustana Distributionum* 21. *Maii* 1642. *coram Carillo, in S. Severini fideicom.* 25. *Junii* 1646. *coram R. P. D. Verospio, & decis.* 167. *nu.* 37. *cum seqq. par.* 5. *recent.*

Contra verò, & sic negativam, quod scilicet Potestas alienandi etiam amplissimè concepta intelligenda sit de omnibus bonis, præterquam de Quarta debita fideicommissario, juxta dispositionem *d. auth. contra cum rogatus tuetur Socin. sen. cons.* 114. *num.* 2. *cons.* 267. *in fin. vers. vel determinan. lib.* 3. *& latius cons.* 31. *nu.* 11. *&* 12. *lib.* 4. *Bero. cons.* 86. *nu.* 26. *& cons.* 101. *num.* 9. *vol.* 2. *Peregr. de fideicom. art.* 40. *num.* 46. *&* 51. ubi de magis recepta, & latissimè *Fusar. cons.* 153. *per tot.* ubi de communiore, veriore, & æquiore, & quod ita fuit judicatum, ratioque affertur præsertim per *Bero. dd. num.* 26. *&* 9.

Quoniam tamen prædictæ inter se contrariæ opiniones fædere 3
distinctionis conciliantur, ita ut prima nempè Affirmativa procedat, ubi Testatoris licentia est expressa, & specifica *Socin. jun. cons.* 130. *num.* 6. *vol.* 1. *Alex. cons.*

16.

16. *nu.* 1. *lib.* 7. quod optimè comprobat *Buccafer. conſ.* 46. *num.* 6.
4 *& ſeqq.* dicens non valere conſequentiam, Teſtator non aufert licentiam alienandi, ergo dat,
5 cum non auferre ſit medium quoddam inter dare, & auferre, unde dum Teſtator conſtituit fideicommiſſum in bonis, de quibus hæres non diſpoſuerit, aliud non videtur ſentire, niſi quod relinquit fideicommiſſum ſub diſpoſitione Juris, ut ſcilicet ſervetur quarta fideicommiſſario *ad d. auth. contra cum rogatus*, de quo latè *Fuſar. d. conſ.* 153. *num.* 4. ubi reſpondet contrariis.

6 Negativa verò procedat, quando licentia eſt tacita *Menoch. præſumpt.* 188. *num.* 5. *lib.* 4. *& in conſ.* 1006. *num.* 36. in quibus terminis loquitur etiam *Peregr. d. art.* 40. *nu.* 46. & ponderat *Fuſar. d. conſ.* 153. *nu.* 2. atque in eiſdem ſunt intelligendæ *præfatæ Rotæ Deciſiones* pro Affirmativa allegatæ, & præſertim in *d. Sancti Severini*, ubi optimè diſtinguuntur iſti caſus expreſsæ, & tacitæ licentiæ.

Subſtitutio autem, de qua modo agitur non expreſsè, ſed tacitè uti ſupra, truibuit alienandi facultatem illam ſcilicet non auferendo. Ideo Domini tenuerunt, ea bona Com. Balthaſsaris, de quibus ut in proceſſ. non fuit per Com. Rodulphum ultimum ex hæredibus gravatis diſpoſitum, ſpectare ad dictos Dominos Actores in vim prænarrati fideicommiſſi abſque alio calculo ſtatus hæreditarii, ſive bonorum dicto Com. Balthaſſaris, cum Alienationes factæ per 7
Com. Rodulphum, qui nullum confecit Inventarium, præſumantur conſumpſiſſe dodrantem, de quo poterat diſponere, & hoc, quod ſupereſt eſſe Quartam reſervandam fideicommiſſariis, *Rot. deciſ.* 47. *num.* 9. *deciſ.* 399. *num.* 29. *p.* 5. *& deciſ.* 126. *nu.* 29. *p.* 7. *recent.* nam idem eſt, quod 8
quis ſit gravatus reſtituere, quod ſupererit, ſive quod ſubſtitutus ſuccedat in illis bonis, quæ tempore mortis Gravati extabunt, *Fuſar. conſ.* 133. *num.* 1. *in fin.* ita ut, ſi pro parte D. Voltæ prætenderetur, alienationes non abſorbiſſe dictam dodrantem, illi 9
incumberet onus probandi, *Gabr. conſ.* 118. *num.* 7. *lib.* 1. *Rot. d. deciſ.* 126. *num.* 29. *Adden. ad Greg. XV. deciſ.* 266. *num.* 16. & conſequenter in hac parte ſententiam A. G. eſſe omninò confirmandam, prout confirmarunt.

Nec obſtat ſubtilis illa ponderatio verborum dictæ ſubſtitutionis *in eo, quod non fuerit alienatum, & diſpoſitum*, quibus dicebatur conditionalem effectam fuiſſe ſubſtitutionem, ac ſi Teſtator dixiſſet ſe ſubſtituere in bonis ſuæ hæreditatis, quatenus non fuerint alienata, & hoc virtute illius relativi (quod) annexi Verbo temporis futuri, quo caſu 10
importat conditionem *l. ſtichum, ff. de cond. & demonſtr. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 310. *num.* 89. Unde 11
(alienatis per Gravatum omnibus bonis) ſubſtitutio evaneſcit, *l. ſi quis ita hæres, ff. de condit. inſtit. Menoch. conſ.* 60. *num.* 46. *Mantic. de conject. lib.* 11. *tit.* 16. addendo inſu-

12 insuper, quod expresa licentia alienandi totam hæreditatem, & supradicta forma substituendi in eo, quod non fuerit alienatum sunt idem, immò quod magis exprimit facultatem alienandi ista negativa in eo, quod non fuerit alienatum, quam si expresè fuisset data alienandi licentia, arguendo à majoritate rationis, eo quja expressa licentia non ob aliud comprehendit facultatem disponendi etiam de Quarta, nisi quja Testator videtur fideicommisisse, & gravasse in eo, quod non fuerit alienatum, *Jas. cons.* 232. *col. fin. lib.* 2. *Paris. cons.* 25. *num.* 25. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 76. *num.* 8. *lib.* 2. *Surd. d. cons.* 10. *num.* 14. *cons.* 71. *num.* 13. *&* 14. *&* *cons.* 294. *num.* 11. Unde multò magis idem voluisse dicebatur, quando apertis verbis substituit in eo, quod non fuerit alienatum
13 &c. per Regulam Propter unumquodque tale, & illud magis.

Nam pro responsione fuit animadversum, quod, cum juxta communiorem Doctorum sententiam superius comprobatam,
14 ad hoc, ut fideicommissum possit in totum everti, requiratur licentia clara, & specifica, Ideò quoquomodo aliter sumpta à contrario sensu, & ex conjecturata mente Testatoris minimè sufficit, quja semper dicitur tacita, ut benè per *Peregr. cons.* 38. *num.* 8.
15 *&* 9. *lib.* 3. Solum enim illud propriè dicitur expressum, quod oculis corporeis legi potest in Testamento, *l.* 1. *in princ. ff. de his quæ in Testam. Rot. decis.* 189. *num.* 16. *&* *seqq. p.* 7. *recent. Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 97. *Alex. d. cons.* 160. ubi videtur consuluisse super hac nostra facti specie. Nec vera est prædicta Identitas, quæ constituitur inter expressam licentiam alienandi in totum, & dictam formam substituendi in eo, quod non fuerit alienatum, vel dispositum &c. Quja immò 16
idem è contra important verba, quod non fuerit alienatum, & verba, quod superest; nam illud superesse dicitur, quod non est alienatum, *l. alienatum*, *&* *ibi Alciat. ff. de verb. signif. Goffred. in l. Titius* 54. *num.* 1. *ff. ad Trebell. Socin. sen. cons.* 123. *sub num.* 3.
Quare, si licentia alienandi resul- 17
tans ex gravamine injuncto super eo, quod supererit, est tacita,
prout omnes admittunt, etiam 18
talis censeri debet, quæ ex præfata substitutione in eo, quod non fuerit alienatum emanavit, & in consequentiam non sufficiens ad evertendum fideicommissum, etiam quoad quadrantem ex superius allatis, & signanter ex *Decian.* 35. *num.* 3. *lib.* 3. omninò viden. Quod eo magis videtur locum sibi vendicare in proposito, ex quo Testator post permissam, seu non ablatam facultatem alienandi statim pro clariori suæ mentis declaratione subjunxit, & sic in eo, quod superesset &c. quæ verba habent vim 19
designandi modum, *Rot. decis.* 128. *nu.* 4. *p.* 2. *divers.* DD. autem in contrarium adducti loquuntur in casu expressæ licentiæ, & in ea se fundant. Namque *Jas. d. cons.* 232. *num.* 4. considerat causam claræ, & apertæ licentiæ, ibi,

ibi, *ex quo clara, & aperta licentia est alienandi data &c.* atque *nu.* 7. ubi respondet ad objectum; quemadmodũ loquuntur etiam alii, & præcipuè *Surd. d. cons.* 10. *num.* 10. *ibi, quia Antonius expressè disposuit, quod filio liceat de dictis bonis contrahere &c.* sic etiam *Ruin. d. cons.* 76.

Ex quibus videtur sublatum aliud objectum; quod scilicet Com: Rodulphus etiam de bonis Com. Balthassaris diceretur disposuisse ita suadentibus pluribus relictis, de quibus in ejus Testamento factis favore D. Panthasileæ suæ Uxoris, juxtà facultatem sibi tributam in superius recensitis verbis, *in eo, quod non fuerit alienatum, & dispositum*
20 *in ultima voluntate*. Quia posita superiori Conclusione, quod nempè teneretur reservare Quartam, sequitur de necesse illud, quod per ipsum in vita non fuit expressè distractum, præsumi reservatum pro Quarta, maximè, quia Com. Rodulphus, dum legavit usus est verbo, *suis*.
21 non enim dicuntur bona sua, quæ Testator est gravatus restituere, *Rot. sæpè*, ut testatur *Beltram. ad Ludovis. decis.* 102. *nu.* 10. Cujus subsequens distinctio non applicatur casui nostro tum ex defectu voluntatis; quia non adsunt conjecturæ, ex quibus constet Com. Rodulphum voluisse in Legatis factis D. Panthasileæ, comprehendere etiam bona subjecta fideicommisso,
22 quas ibid. requirit *Beltram. post Rot. in Nullius Vineæ* 11. *Martii* 1620. *coram Pirovano, & Menoch. præsumpt.* 197. *num.* 16. *& seq. lib.* 4. Tum ex defectu Potestatis; quia quatenus voluisset, non potuisset, ex quo non fuit à Com. Balthassare *institutus* hæres in re particulari, sed in Universum Jus cum facultate alienandi bona, seu de illis disponendi tàm inter vivos, quàm per ultimam voluntatem, in quibus terminis Testa- 23
tor præsumitur arctasse istam facultatem ad expressam, & specificam ipsorum bonorum distractionem, ita ut non sufficiat, quæ contingit per generalem, seu indefinitam bonorum suorum dispositionem, ut latè tradit *Cyriac. contr.* 73. *num.* 38. *& controv.* 455. *per tot. post Mantic. de conject. lib.* 7. *tit.* 7. *num.* 14. & benè per *Sylvan. cons.* 14. ut refert *D. Ventur. cons.* 29. *num.* 31. *& cons.* 47. *num.* 1.

Deveniendo postea ad eorundem DD. Actorum Credita Domini nonnulla rejecerunt, & aliqua uti liquida approbarunt, & ita in ista parte eamdem sententiam confirmarunt, ac reformarunt respectivè. Etenim secundum novissimam calculorum, & statuum hæreditariorum reformationem, Domini de Campeggiis prætendebant se esse satisfaciendos in bonis Com. Rodulphi pro summa librarum 65273. ultra fructus compensativos sibi debitos pro evictione Palatii Urbis, quarum singulæ summæ sunt infrascriptæ.

Libræ 25000. pro evictione dicti Palatii, libræ 14322. pro fructibus librarum 9250. extradotalium D. Panthasileæ Uxoris

Com. Rodulphi ab eadem una cum aliis Juribus, & Creditis cessis in transactione inita inter eos, & dictam D. Panthasileam; libræ 2008. pro Legatis Monialis Baptistæ factis à Com. Balthassare, & Com. Livia Martinenga ejusdem Monialis, & Com. Rodulphi Parentibus, à qua, & Monasterio Sanctiss. Trinitatis ipsi DD. de Campeggiis habent cessionem usque ab Anno 1627., libræ 3000. pro Censu Castellani, & illius fructibus alias assignato per Co. Balthassarem dictos Monialibus, & per Co. Rodulphum exacto, ac deinde per DD. de Campeggiis soluto dictos Monialibus, à quibus propterea reportarunt Cessionem uti supra; libr. 8943. quas Co. Rodulphus usque ab Anno 1602. exegit à Chiossis ad computum Dotis dictæ D. Panthasileæ, & per illam uti supra cessæ D. Marchioni Antonio de Campeggiis. Et libr. 12000. unius legati per dictam Com. Liviam relicti D. Laurentio de Magnanis, & solut. à DD. de Campeggiis D. Constantiæ hæredi dicti D. Laurentii, quæ omnes constituunt prædictam summam libr. 65273.

Quarum Domini diligenter singulas rimando illas coarctarunt ad libras 42724. non computatis tamen in eis dictos fructibus compensativis, quos similiter approbarunt, ut in sententia Aud. Gener.

Etenim quoad prætensam evictionem Palatii Urbis, & fructus illius est præsciendum, quod Co: Rodulphus de Anno 1608. evasit Dominus tertiæ partis dicti Palatii titulo emptionis à Com: Hieronymo Campeggio pretio librarum 25000. cujus aliæ duæ partes erant Dominorum Marchionis Antonii, & Co: Laurentii de Campeggiis. Qui omnes nempè Marchio Antonius, Co: Laurentius, & Com: Rodulphus de Anno 1609. idem Palatium vendiderunt Excell.^mo Principi Burghesio pro libris 60000. cum obligatione evictionis in forma. Quod prius erat hypothecatum D. Ludovicæ Amorinæ Uxori Co: Alexandri Campeggii pro restitutione suarum Dotium. Unde, mortuo Co: Hieronymo filio dictorum DD. Alexandri, & Ludovicæ absque descendentia, & sic purificato fideicommisso, eidem facto per dictam D. Ludovicam, ad favorem DD. Juliæ, & Lauræ filiarum: Istæ cæperunt molestare Possessores dicti Palatii. Quare D. Marchio Antonius Anno 1629. satisfecit illis de earum Creditis, & ipsę cesserunt illi omnia earum Jura sibi competentia super dicto fideicommisso. Qui Marchio postea, nempè Anno 1635. reemit idem Palatium à Principe Burghesio pretio libr. 80000. Quapropter vigore dicti cessionis potuit sibi 24 ipsi Palatium evincere, *Tusch. litt. E. concl.* 364. *Magon. in Florent. decis.* 48. *in primis numer.* quem sequitur *Mangil. de evict. quæst.* 113. *num.* 26. præsertim 25 dum agitur solum ad pretii restitutionem; atque ob id in Judicio fuit petitum pretium dictæ evictio-

ctionis, quod DD. de Campeggiis prætendebant esse debere tertiam partem dictarum librar. 80000. solutarum Principi Burghesio; Dominus autem Volta respondebat non posse transgredi tertiam librar. 60000. pro qua de Anno 1609. vendidit portionem suam Com. Rodulphus, contra cujus hæreditatem, & bona hodie petitur restitutio. Verum Domini illud taxarunt ad libr. 25000. Moti, quia pro tot fuit tertia illius pars vendita Co. Rodulpho à Co. Hieronymo, contra quem actio competebat hæredibus fideicommissariis D. Ludovicæ, à quibus causam habent per dictam cessionem DD. de Campeggiis, cujus etiam virtute agunt contra bona Co. Rodulphi obligati occasione dicti emptionis factæ eodem pretio librar. 25000. licet enim
26 valor rei evictæ spectandus sit de tempore sequutæ evictionis, non celebrati contractus, *Rot. decis. 227. num. 1. & decis. 381. nu.*
27 *17. par. 4. rec. tom. 2.* Id tamen procedit, quando agitur ex empto de evictione pro interesse, *Bart. in l. titius num. 4. ff. de act. empt. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 79. num. 6. Rot. decis. 378. num. 1.*
28 *p. 4. divers.* sed quando agitur, ut hic, ad pretium attenditur tempus venditionis *Boccac. de interd. uti possid. cap. 18. num. 53.* meritò &c.

Quod autem sequuta dicta evictione deberentur fructus
29 compensativi, non videbatur posse controverti, cum Palatium sit connumerandum inter res fructiferas, & in Urbe pensiones 30
Domorum passim taxentur ad quinque pro centenario, & anno, etiam per *Rot. ut in decis. 340. nu. 3. par. 6. recent.*

Nec fuit habita ratio prætensionis D. Voltæ, dum replicabat saltem debere pro concurrenti quantitate compensari fructus, seu pensiones Domus Bonon. inhabitatæ per DD. de Campeggiis, etiam quo ad ratam spectantem ad Com. Rodulphum, quia Domus communis non sol- 31
vitur pensio, *Castr. in l. 1. in fin. C. qui testam. fac. poss. per text. in l. duo, ff. de acquir. hæred. Surd. cons. 260. num. 20. lib. 2.* ubi de communi, *Gratian. discept. 488. nu. 37.*

Quoad tertiam partitam libr. 14322. pro fructibus bonorum extradotalium D. Panthasileæ debitis etiam de Jure, *Greg. XV.* 32
decis. 86. sub num. 8. facilè fuit primò determinare, quod deberentur & ad rationem quinque pro centenario, veluti fuerant à primordio taxati inter ipsas partes, quia cum D. Panthasilea ultra Dotem dederit alia bona Com. Rodulpho ejus Viro pro dicta summa libr. 9250. de sui natura fructifera, & sibi reservata, cum pacto, quod de fructibus per ipsum Co. Rodulphum exigendis, & eidem Uxori restituendis, ipsa posset ad libitum disponere, nihil videbatur officere, quin Com. Rodulphus ad instar dictorum bonorum Conductoris teneretur fructus, quos ex bonis quasi conductis perceperat, vel eorum pretium restituere, & etiam vigore simplicis promissionis. Va- 33

let enim promissio fructuum bonorum extradotalium fructiferorum, ad *Rot. post tract. mei Post. de subhast. decis.* 88. *num.* 6.
34 maximè, quia taxatio ad rationem quinque pro centenario in hac regione fuit visa verisimilis, & ideo attendenda; quamvis facta ab ipsis Conjugibus, *Duran. decis.* 34. *num.* 12. *& seq. Rot. decis.* 477. *num.* 13. *& seq. par.* 4. *recent. tom.* 2. Nec suffragatur, quod saltem quædam rata, nempè summa libr. 2545. 10. consisteret in pecunia exacta à Chiossis ad computum capitalis Apothecæ.
35 Quæ nec etiam de consensu partium potest parere fructus, vulgat. Jurib.

Quia respondetur, id non verificari in facto; nam dictarum libr. 2545. 10. fuerunt computatæ non in dd. libr. 9250. sed in libr. 8943. ut supra ad computum Dotis. Et multò minus in Jure, quia cum ex partium conven-
36 tione, à qua contractus legem accipiunt, *l.* 1. *ff. si conveniat, ff. depos. l. contractus* 23. *ubi Cagn. nu.* 72. *ff. de reg. jur.* tota summa dd. libr. 9250. esset liquidanda, seu optanda per D. Panthasileam in tot stabilibus fructiferis, & interim Co. Rodulphus deberet illos exigere, & deinde eidem D. Panthasileæ restituere ad rationem quinque pro centenario, ut legitur in Instrumento Dotali celebrato de Anno 1611. in Registro
37 D. Voltæ fol. 416. meritò taxatio prædicta subsistit respectu fructuum eorumdem stabilium, *Rot. decis.* 85. *num.* 18. *d. par.* 4. *rec. tom.* 2.

Hinc fuit solum dubitatum, à quo tempore illorum cursus incipere, & quousq; durare deberet, an scilicet à die confectæ Apocæ Matrimonialis, & sic ab Anno 1601. vel potius à die celebrati Instrumenti Dotalis, nempè ab anno 1611. & resolutum fuit ab hoc ultimo incipiendum, & prosequendum usque ad obitum non D. Panthasileæ, sed Com: Rodulphi, qui decessit de mense Junii 1624. quo casu ad dictam rationem, & tempus faciunt summam libr. 5781. seu &c.

Etenim cum dicta Apoca 38
Matrimonialis nullo sit teste notata, & appareat confecta absque interventu alicujus, quod inter futuros Sponsos, præsertim Nobiles, ac Juvenes fieri non consuevit, non fuit visa mereri executionem contra tertium Possessorem, & in concursu Creditorum Instrumentariorū ejusdem Com. Rodulphi ad terminos, *l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab.* cujus tex. conjecturæ non 39
cessant, nisi Judex sit plusquam certus, quod re vera scriptura privata præcesserit Instrumentum; ut latè *Rota coram Merlino in Ravennatem. pecuniaria Mercurii 6. Novembris* 1624. quæ certitudo hic desiderari videtur. Addito, quod quatenus etiam verè ab illo tempore Co: Rodulphus constituisset se debitorem dictorum fructuum, tamen aderat aliqua conjectura solutionis, sive erogationis eorumdem in beneficium D. Panthasileæ desumpta ex assertionibus, & protestationibus ejusdem etiam geminatis, de

de quibus in tranſact. inita inter
ipſam, & DD. de Campeggiis
ſub dicta die.. Menſis... Anni...

Quartam verò partitam lega-
torum ſcilicet Monialis Bapti-
ſtæ, Domini non approbarunt.
Non quidem ex eo, quod, cum
DD. de Campeggiis ceſſionem
reportaverint à Monialibus, non
poſſint eorum Jura experiri con-
tra hæreditatem Co. Rodulphi,
40 qui uti hæres gravatus, & uſufru-
ctuarius dd. legata annua ſolvere
tenebatur, *Gratian. diſcept. 656. ſub num. 19. & 26. Fuſar. de ſub-
ſtit. quæſt. 523. poſt Peregr. de fidei-
com. art. 4. num. 24. in fin.* ſed fuit
41 dictum, non poſſe contra bona
poſſeſſa per D. Voltam, qui ha-
bet hypothecam, qua ipſi carent,
cum nullibi reperiatur, quod ad
dictum effectum Co. Rodul-
phus ea obligaverit expreſsè,
42 nec etiam tacitè, non enim ori-
tur hypotheca, niſi verba illam
importent, *l. ante omnia, ff. de
prob. Peregr. deciſ. Patav. 37. nu. 5.
Rot. poſt Cenc. de cenſib. deciſ. 547.
num. 22. Surd. deciſ. 271. num. 10.
Andreol. contr. 92. num. 7.* neque
43 hic vendicet ſibi locum ſaltem
tacita legalis, *ad tit. ff. eod. in quib.
ca. pign. tac. contr.* quæ non indu-
citur, niſi in caſibus à Jure ex-
preſſis, *gloſ. ult. in l. 2. in fin. ff. de
priv. cred. Gratian. diſcept. 25. nu. 1.*
inter quos numerat caſus iſte.

Quinta nempè, cenſus Caſtel-
lani, & fructuum illius fuit ad-
miſſa, quia cum Co. Rodulphus
dictum cenſum exegerit, uti hæ-
reditarium, ſive hæreditario no-
mine, quamvis ceſſum per Com.
Balthaſſarem Monaſterio, vide-
tur, quod uti malus Adminiſtra- 44
tor, tacitè obligaverit Monaſte-
rio pro reſtitutione non ſolum
perſonam, ſed etiam bona, *Gui-* 45
dobon. advocat. 29. num. 19. & ſeq.
maximè, quia aliter daretur illius
locupletatio cum aliena jactura
contra vulgatas Juris regulas.

Sexta, quæ eſt libr. 9943. exa- 46
ctarum per Co. Rodulphum à
Chioſſis non fuit controverſa.

Et ſeptima, nempè libr. 12000.
pro legato D. Magnani de con-
ſenſu etiam DD. de Campeggiis
fuit dempta è numero prætenſio-
num. Quamvis enim ſolutio
legati prędicti fuerit facta à DD.
de Campeggiis, nihilominus fuit 47
per eos aſſignata tanta portio
Palatii veteris Bononiæ; & ſic
fuit ſatisfactum cum effectibus
hæreditariis D. Liviæ Teſtatricis;
unde, cum ipſi non ſolverint de 48
proprio, ſed nudum præbuerint
miniſterium, nullum ſibi Jus
acquiſiverunt.

Et conſequenter cum appro-
batæ ſint tantum ſummæ libr.
25000. pro evictione Palatii libr.
5781. pro fructibus bonorum
extradotalium D. Panthaſileæ
libr. 300. pro cenſu Caſtellani;
& libr. 8943. pro totidem per Co.
Rodulphum exactis à Chioſſis
ad computum Dotis dictæ D.
Panthaſileæ, præfatum creditum
DD. de Campeggis libr. 65273.
meritò fuit redactum ad dd. libr.
42724. ultra fructus compenſa-
tivos Palatii evicti, liquidandos
ut in utraque ſententia.

Ad computum cujus crediti
dd. libr. 42724. jam DD. de
Campeggiis habent penes ſe de
bonis

bonis Co: Rodulphi, in quibus poſſunt ſe ſatisfacere, Mobilia Bononiæ valutata libr. 7870. eam partem Palatii de Diamanti, quam Co: Rodulphus emit à Co: Hieronymo pro libr. 3626. Mobilia Arcis Duciæ propria Co: Rodulphi; alias Marchioni Antonio adiudicata pro libr. 430. libros ejuſdem Com: Rodulphi æſtimatos libr. 500. Partem Palatii de Diamanti ſpectantem ad Com: Hieronymum per DD. de Campeggiis, juxtà ſtatum hæreditarium D. Ludovicæ ſignatum ſub littera D. valutatam ad creditum Com: Rodulphi libr. 14171. ſed quoniam dictus ſtatus in præſenti inſtantia fuit reformatus, redigendo pretium Poſſeſſionis Trifulci ad libr. 29163. Cui reductioni non reſiſtit objectum per D. Voltam deſumptum ab Inſtrumento Tranſactionis ſequutę inter DD. Juliam, & Lauram, ac DD. de Campeggis Anno 1629. ubi dd. Mulieres proteſtantur ſe nolle, quod DD. Campeggii poſſint agere contra dictam Poſſeſſionem venditam Reverendiſs. D.
49 Buratto, tanquam primo alienatam, & optatum à Co: Hieronymo pro ſua legitima, & aliis detractionibus; ideoque exemptam à dicto fideicommiſſo, & ob id eſſe in totum detrahendam à ſtatu D. Ludovicæ. Nam reſponſio elicitur ex ventre ipſiuſmet Inſtrumenti, in quo dicta proteſtatio reſtringitur ad effectum, ne DD. de Campeggiis agere valeant ad illam conſequendam uti de fideicommiſſo, à quo volunt haberi pro excluſa propter dictam jam ſequutam alienationem, & optionem; unde hinc non reſultat, quod modo nequeat poni in bonis D. Ludovicæ fideicommittentis, ad effectum formandi ſtatum hæreditarium ipſius, atq; ab eo faciendi deinceps debitas detractiones. Inducta enim ad unum finem, 50
non debent alium, diverſumque operari jurib. vulgaribus; Necnon detrahendo ab eodem ſtatu libr. 8587. pro duobus pactis francandi: quibus reductionibus, ac detractionibus idem ſtatus valdè diminuitur, & cum eo minoratur portio fideicommiſſi reintegranda in bonis Com: Hieronymi, quare augetur dicta pars Palatii ad commodum hæreditatis Com: Rodulphi à dd. libr. 14171. ad libr. 19771. in quibus ſimiliter poſſunt ſatisfieri DD. de Campeggiis. Quemadmodum etiam in mobilibus aureis, argenteis, ſuppellectili, lignis, & Vino habitis per D. Pantaſileam, de quibus DD. Campeggii tenentur reddere rationem uti Ceſſionarii illius, & quæ creduntur facere ſummam libr. 1555. omneſque ſummant libr. 33752.

Ideo fuit pro reſiduo tantum dd. libr. 42724. quod eſt libr. 8972. & pro fructibus Palatii Urbis, liquidandis, ut ſupra, conceſſa immiſſio contra D. Voltam in bonis Malalberghi; Cum detractione tamen pretiorum mobilium communium exiſtentium in manſionibus Arcis Duciæ, non deſtinatorum ad uſum

ipſius

ipsius Arcis, pro tertia parte tangen. Co: Rodulphum, necnon ratæ partium communium Palatii de Diamanti pro indiviso remansarum tangen. eumdem Com: Rodulphum, juxtà liquidationem facien. tàm dd. mobilium, quàm ratæ dictarum partium.

Et ita &c. utraque parte diu, atque acerrimè informante &c.

RELEVATIONIS.

Mercurii 21. Junii 1651.

ARGUMENTUM.

An, & quando creditori posteriori detur immissio in concursu cum anteriori, & an ad rem majoris valoris credito.

SUMMARIA.

1 *Creditor posterior non est immittendus in præjudicium anterioris.*

2 *Hypotheca posterioris creditoris excluditur ab anteriori.*

3 *Hypotheca sequitur rem hypothecatam.*

4 *Contractus ex conventione legem accipiunt.*

5 *Cessionario creditoris anterioris competit eadem prælatio. Ampl. ut num. 6.*

7 *Creditori posteriori quando competat immissio pro rata.*

8 *Hypotheca est individua, & datur, ac competit insolidum super qualibet parte, & tornatura, & num. 9.*

10 *Evictio non dicitur secuta per sententias in salviano, nec orta illius actio. Ampl. ut num. 11. & 12.*

13 *Precarium dat facultatem vendendi, alienandi, & pro se pro justo pretio retinendi, & variandi.*

14 *Constitutum, & precarium ex formulario Bononiæ continet promissionem tradendi rem liberam, & liberandi à molestiis.*

15 *Evictione etiam non secuta, agi potest pro traditione rei liberæ, & liberatione à molestiis.*

16 *Indemnitatis relevatio aliquando intelligitur respectu molestiarum, vel eventualiter, quatenus domum sequatur.*

DECISIO XLIX.



ILLUSTRISS. D. Senator Acchilles Volta detentor bonorum in Communi Malalberghi, quæ D. Astorgius pater emerat à D. Com. Rodulpho de Campeggiis vexatus ab initio à qu. DD. Marchione Antonio, & Comite Laurentio fratribus de Campeggiis, & successive ab Illustriss. DD. Senatore Marchione Thoma, & Comite Alexandro etiam de Campeggiis creditoribus dicti Comitis Rodulphi venditoris ejus auctoris, judicium pro ejus relevatione, & à molestiis liberatione instituit, & prosecutus fuit contra DD. Mattheum, & Hieronymum de Gaggiis possessores bono-

bonorum in Communi Castenatii eidem specialiter à dicto Co: Rodulpho, & Camillo Cattaneo hypothecatorum in quantitate tornaturarum 93. ut in instrumentis, de quibus in actis sub diebus 8. Junii 1613. & 21. Julii 1615. celebratis.

Latisque à D. Auditore Generali binis sententiis, prima scilicet pro DD. Campeggiis contra D. Voltam, & secunda pro D. Volta contra DD. de Gaggiis, & ab utraque appellationibus in hac Rota introductis, hodie in illarum expeditione, post cofirmationem dictæ primæ cum aliqua reformatione contra D. Voltam, confirmavimus, & aliam ad ejusdem D. Voltæ favorem contra DD. Gaggios tamquam validam, & ex actis justificatam.

Non obstare sensimus prætensam anterioritatem DD. de Gaggiis causam habentium tàm à dicto Co: Rodulpho, & à dicto Camillo Cattaneo, quàm à qu. Comitissa Livia Martinenga uxore qu. Comitis Balthassaris patris dicti Co: Rodulphi (cujus Com. Balthaxaris bona, inter quæ extabant dicta bona Castenatii, obnoxia erant pro restitutione dotis uxoris) mediante cessione reportata ab hæredibus Leonii de censu à dicta Martinenga & proprio, & filiorum nomine, & obligatione ad illius favorem imposito pretio scutorum 3000. Unde D. Volta uti
1 posterior creditor non videretur immittendus, *Pen. decis.* 334.
2 *num.* 14. cum illius hypotheca excluderetur ab anteriori ipsorum de Gaggiis, *Pen. decis.* 1242. *num.* 4. *&* 5. *& Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 419. *num.* 13. *& par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 407. *num.* 24.

Quia respondetur DD. de Gaggiis emisse à dd. Comite Rodulpho, & Cattaneo, salva tamen hypotheca respectu tornaturarum 93. jam antea constituta ad favorem dictæ D. Voltæ pro legitima, & generali defensione bonorum Malalberghi, ut legitur in instrumento emptionis sub die 15. Julii 1615. quæ hypotheca non solum tacite 3
transiisset cum ipsis bonis, *Pen. decis.* 1079. *num.* 14. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 110. *num.* 10. *& tom.* 3. *decis.* 675. *num.* 7. 13. *&* 26. *& par.* 7. *decis.* 205. *nu.* 3. *Buratt. decis.* 62. *num.* 2. *&* 9. sed multo magis stante illius expressa reservatione venditoris, & consensu illi præstito per dd. DD. de Gaggiis emptores, cum contra- 4
ctus ex conventione legem accipiant, *Pen. decis.* 472. *num.* 5. *& decis.* 1183. *num.* 4.

Non obstat, quod, licet DD. Gaggii sint ex jure proprio posteriores, effecti tamen fuerint anteriores ex dicta cessione præfati census, & idcirco sint præfe- 5
rendi, *Angel. Aret. cons.* 37. *num.* 5. *vers. quinimmo*, *Ruin. cons.* 146. *nu.* 4. *post med. lib.* 4. etiam in præju- 6
ditium dictæ hypothecæ specialis posterioris, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 675. *num.* 11.

Respondetur enim Prædium Castenatii esse valoris, ac pretii scutorum 2117. sol. 55. & tornaturarum 133. tabul. 43. pertic. 60.

à

à quibus, detractis tornaturis 93. in residuo potest procul dubio DD. Gaggiis de dicto eorum credito scutorum 3000. dicti
7 census satisfieri, atque proinde non videtur deneganda immissio D. Voltæ etiam posteriori in dictis tornaturis 93. dum sumus in re divisibili, & per *Add. ad Buratt. decis.* 420. *num.* 10. *& Rot. recent. par.* 6. *decis.* 135. *num.* 14. *& seqq. decis.* 318. *nu.* 27. *& seqq.*

Nec quoque relevat, quod creditum D. Voltæ non absorbeat universum valorem dictarum tornaturarum 93. & ideo in residuo debeant præferri DD. Gaggii.

Quia respondetur quod sicuti
8 hypotheca est individua, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 135. *num.* 10.
9 ita ea datur, & competit D. Voltæ insolidum super qualibet parte, & tornatura, *Pacif. de salv. insp.* 3. *cap.* 4. *num.* 287. *& Rot. post addit. Cenc. de censib. decis.* 128. *num.* 9. *& seqq.* juxta veterem impress. & inter *recent. d. par.* 6. *decis.* 135. *num.* 7. *vers. fuit enim responsum*, *& seqq.*

Non obstat demum, quod creditum D. Voltæ non videatur
10 liquidum, cum per sententias passas in salviano non dicatur secuta evictio, nec orta illius actio, *Buratt. decis.* 240. *num.* 12. *& decis.* 325. *num.* 1. *& Rot. post nostrum tract. de subhast. decis.* 102.
11 *num.* 7. *& seqq.* & maximè sententiis adhuc non executis, *Buratt. d. decis.* 240. *num.* 10. *& Rot. post d. nostrum tract. de subhast. decis.* 46. *num.* 5. & ideo non sit, in quo D.
12 Volta relevari debeat, etiam quod fuerit sibi promissum, rem venditum legitime defendere ab omni, & quocunque jure, & ipsius rei, & cujuslibet ejus partis, & juris possessionem, & rem ipsam vacuam, & liberam eidem emptori tradere, *Rot. post d. nostrum tract. de subhast. d. decis.* 102. *sub num.* 14.

Quoniam, præterquam quod dictæ sententiæ, prout petitio non sunt restrictæ ad simplex salvianum, sed amplectuntur etiam precarium, quod dat fa- 13
cultatem vendendi, alienandi, & pro se pro justo pretio retinendi, ac etiam variandi, ad *Rot. recent. par.* 2. *decis.* 528. *num.* 2. *in fin. & post d. nostr. tract. de subhast. decis.* 63. *num.* 1. *& seqq. & nu.* 12. *& seqq. juncto princ.*

Respondetur in obligatione ad favorem D. Voltæ adesse pactum constituti, & precarii, 14
in cujus extensione legitur promissio tradendi rem liberam, & liberandi à molestiis, pro qua- 15
rum etiam liberatione, & traditione rei liberæ agi potuit, etiam non secuta evictione, *Rot. post d. nostrum tract. de subhast. decis.* 102. *num.* 14. *&* 16. *Duran. decis.* 30. *num.* 8. *& decis.* 112. *nu.* 10. *&* 11. *Pen. decis.* 820. *in fin.* prout actum fuit, & obtentum; itaut, quod 16
etiam dicitur circa relevationem indemnitatis, vel sit intelligendum improprie, & restringendum ad molestias, vel eventualiter, quatenus evictio interim sequatur, ad *Rot. d. decis.* 63. *nu.* 8. *post d. nostrum tract. de subhast.* & respectu damni expensarũ litis.

Et ita utraq; &c.

FIDEICOMMISSI DE FABRETTIS.

Jovis 22. Junii 1651.

ARGUMENTUM.

An in fideicommisso universali comprehendantur bona emphyteutica Ecclesiastica, & veniant pecuniæ, & credita, ac prælegata. Et de detractione dotis maternæ gravatorum, & legitimæ.

SUMMARIA.

1 *Emphyteutica bona Ecclesiastica hæreditaria, & ad quoscunque hæredes, etiam extraneos transitoria contineri dicuntur in fideicommisso generali. Ampl. ut num. 2.*

3 *Emphyteutica bona, de quibus disponi potest, veniunt etiam in generali institutione.*

4 *Institutio generalis totum id comprehendit, de quo testator potest disponere.*

5 *Emphyteutica bona testatoris consequi possunt remedio l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll.*

6 *Emphyteutica bona Ecclesiastica ut veniant in generali dispositione, debet de illis fieri expressa mentio. Decl. ut nu. 7. 8. 12. & 13.*

9 *Expressum quando quid dicatur, & num. 10. 11.*

14 *Declaratio ad majorem cautelam non mutat naturam præcedentis dispositionis.*

15 *Diminutionem operari non debent ad augumentum inducta.*

16 *Emphyteutica bona fideicommisso supposita quoad utile dominium an francata intelligantur supposita quoad dominium directum.*

17 *Fideicommissum tacitum ex alio tacito induci non potest.*

18 *Fructus fideicommissario debentur à die purificationis fideicommissi, & illius petitionis. Lim. ut num. 19.*

20 *Legitima debetur una cum fructibus à die mortis testatoris.*

21 *Pecuniæ in emptionem stabilium destinatæ veniunt in illorum fideicommisso.*

22 *Credita hæreditaria continentur sub generali fideicommisso.*

23 *Prælegatum an veniat sub fideicommisso universali, & num. 24. 25. 26. & 27.*

28 *Voluntatis quæ sunt ab initio, ex post facto dicuntur necessitatis.*

29 *Favori, ac juribus suis quilibet renunciare potest.*

30 *Legatum sibi debitum potest quis repudiare.*

31 *Regressus non datur ad jura renunciata.*

32 *Hæres defuncti factum impugnare non potest.*

33 *Prælegatum accipi debet, & separari ante factam hæreditatis divisionem.*

34 *Prælegati partem non hæreditariam debet hæres capere de manu cohæredis, & ex, ac pro illius portione, & aliam partem pro portione hæreditaria à semetipso, & num. 35.*

36 *Res inter alios acta tertio nec præjudicat, nec prodest.*

37 *Exceptio de jure tertii allegari non potest, nisi ab habente ab*

eo causam, vel jus.

38 *Pactum personale personas, & eorum haeredes egredi non potest.*

39 *Renunciatio juris proprii contemplatione certae personae evanescit persona sublata.*

40 *Legati pars non agnita, seu quae defecit, remansa dicitur in haereditate.*

41 *Legati pars, à qua se legatarius abstinuit, dicitur repudiata, & defecisse, ac si nunquam fuisset delata, & venit in restitutione fideicommissi, et num. 42. et 43.*

44 *Fideicommissi in restitutione veniunt omnia, quae haeredi competunt, et capiuntur jure institutionis, et haereditario.*

45 *Fideicommissarius censetur haeres, vel illius loco subrogatur.*

46 *Dos materna, matre mortua, acquiritur filiis.*

47 *Dos materna deducitur de fideicommisso paterno etiam à filiorum haeredibus, uti effecta de eorumdem patrimonio, et haereditate, et num. 48. Ampl. vt num. 57. et 65.*

49 *Dos in fundo data, et fundata in eodem restitui debet.*

50 *Dotis maternae creditum non confunditur per aditionem haereditatis paternae sine beneficio legis, et inventarii.*

51 *Legatum uxori relictum non praesumitur animo compensandi dotem, sed utrumque debetur. Ampl. ut num. 52. et 53. Decl. ut num. 54. 55. et 56.*

57 *Haeres plus juris, quam defunctus habere non potest.*

58 *Haeres quando dicitur acquirere ad illius commodum, et non haereditatis, et fideicommissi, et num. 59. et seqq.*

66 *Legitimae detractioni locus est in fideicommisso universali, etiam si filius adierit haereditatem paternam sine beneficio legis, et inventarii, secus in fideicommisso particulari. Ampl. ut num. 67. Lim. ut nu. 68. 71. et 72.*

67 *Fdeicommissarius ne; an haeres sine beneficio legis, et inventarii praetendens legitimam teneatur probare, et nu. 68. et 89. & seqq.*

69 *Reus dicitur actor in sua exceptione, & probare tenetur. Lim. ut num. 70.*

73 *Legitimam detrahendi jus, vel illius supplementum transmittitur etiam ad haeredes, & extraneos. Lim. ut nu. 74. & 75. Sublim. ut nu. 76. et 77.*

78 *Legitimae in imputatione ponitur quidquid à patre in testamento filio relinquitur. Lim. ut num. 79.*

80 *Legitima computari debet ex universo patrimonio, & etiam ex bonis Ecclesiasticis acquisitis à laico justo titulo, & ex bonis feudalibus haereditariis, & emphyteuticis, & num. 81. & 82.*

83 *Legitima, ubi filii, computatis etiam foeminis, sunt quatuor, est semis.*

84 *Legitimae portiones spectantes ad foeminas à statuto exclusas cedunt commodo masculorum.*

85 *Legitimae in computatione foeminae dotatae partem non faciunt*

ciunt, ubi Statutum illis in totum legitimam tollit conservationis familiæ gratia.

86 *Dos quando succedat loco legitimæ.*

87 *Dos succedens loco legitimæ, vel uti æs alienum detrahi debet ex tota hæreditate, vel est conferenda in legitimæ omnium filiorum taxatione.*

88 *Legitimæ in taxatione non attenditur fœminarum numerus ad minuendam masculorum portionem.*

91 *Bona alia non fuisse in bonis præsumptivè probatur ex divisione inter hæredes secuta, & partitis extimi, et descriptione à testatore facta, et transfertur ex hoc onus probandi in adversarium.*

92 *Mobilia, quæ non probantur ad manus hæredis pervenisse non augent hæreditatem.*

93 *Mobilia verisimiliter consumpta non sunt in legitimam imputanda, nec est de illis reddenda ratio.*

DECISIO L.



XISTENTIBUS RR. PP. S. Francisci, Barnabitis S. Pauli, & Infirmis Ministrantibus S. Columbani in possessione bonorum hæreditariorum qu. D. Flaminii qu. Hieronymi de Fabrettis, uti illius hæredibus testamentariis, insurrexit per Illustris D. Franciscus Maria Fabrettus fideicommissarius dicti qu. Hieronymi immissionem petens contra dictos PP. ad plura corpora bonorum, & introducta causa coram R. P. Vicario Gener. Emin. D. Card. Archiepiscopi, ac ab Eminent.mo D. Card.li Legato eidem commissa cum Voto DD. Picotti Prætoris, Marcelli Coauditoris, & mei, admisso fideicommisso, bonorum identitate, & vocatione, dubitatum fuit primo, an prædium in Communi Calcariæ emphyteuticum sub dominio directo Abbatiæ S. Mariæ in Strata esset in fideicommisso comprehensum, secundo, an competerent dictis Patribus detractiones oppositæ, quæ consistebant in prælegato à dicto Hieronymo fideicommittente facto ad favorem dicti Flaminii, & Herculis fratrum, & filiorum respectivè scutorum aureorum 600. in dote materna, & in legitima.

Devenimus itaque sub hac die unanimi Voto ad hujuscemodi causæ resolutionem, & expeditionem, in qua immissionem concessimus dicto D. Francisco Mariæ in duabus ex tribus partibus, comprehenso etiam prædio emphyteutico, pro indiviso cum alia tertia parte cum dictis Patribus per eosdem retinenda pro integra legitima spectante ad dictum Flaminium partim ex persona propria, & partim uti hæredem tàm dicti Herculis, quàm Matthei fratrum, atque Patres condemnavimus ad fructuum restitutionem pro dictis duabus partibus à die motæ litis, necnon eosdem etiam condemnavimus ad restituendum ipsi

D.

D. Francisco Mariæ duas ex tribus partibus libr. bis mille sexcentorum decem, & septem per dictum Flaminium, & fratres hæredes gravatos ex effectibus fideicommissariis exactarum.

Atque ulterius declaravimus dd. Patribus retinere licere pro dicto prælegato Prædium in Communi Plumatii in loco dicto, le due sette lunghe, à dictis Hercule, & Flaminio in illius solutionem pro summa reducta scutorum ducentorum electum, & receptum, ut in instrumento, de quo in actis.

Et ultimo in detractionem, & satisfactionem dotis maternæ retentionem prædictis Patribus permisimus de alio Prædio fundi dotalis in eodem Communi Plumatii in loco nuncupato, la Mazzalova.

Et quidem quoad bona emphyteutica, illa censuimus in fideicommisso generali contineri, quamvis sint Ecclesiastica,
1 quia sunt hæreditaria, & transitoria ad quoscunque hæredes etiam extraneos, *Gratian. discept. 344. num. 2. & seqq. Fusar. de fideicomm. quæst. 630. num. 4. & seq. Beltram. ad Greg. decis. 271. nu. 27. Rot. recent. par. 7. decis. 164. num. 18.*
2 & eo magis cum sint concessa cum pacto affrancandi, quæ ideo habentur, ac si essent libera, & transfusa in meram venditionem, nullo remanente dominio penes Ecclesiam concedentem, *Gratian. discept. 477. num. 11. & discept. 745. num. 70. 74. & 75.* non
3 secus ac generaliter emphyteutica bona veniunt in generali hæredis institutione, quando testator de illis libere potest disponere, *Buratt. decis. 87. num. 10. & 11. Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 741. num. 20. 21. & 22. & par. 5. tom. 1. decis. 371. nu. 24. & 25.* cum in institutione universali 4
totum id comprehendatur, quod pendet à libera facultate disponentis, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 423. num. 5.* & ideo reme- 5
dium *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll.* competat etiam pro bonis emphyteuticis consequendis, *Duran. decis. 301. num. 3.*

Nec obstat, quod bona em- 6
phyteutica Ecclesiæ tunc tantum videantur venire in generali dispositione, quando de illis facta est expressa mentio, ut ex *Surd. Gratian. decis. 56. num. 7. & Fusar. d. quæst. 630. num. 14. & sentiunt Add. ad Buratt. decis. 749. littera A. num. 24. Duran. decis. 254. num. 17.*

Quia respondetur procedere 7
in emphyteusi Ecclesiastica non hæreditaria, nec transitoria ad hæredes extraneos, secus in hæreditaria, & transitoria ad quoscunq; hæredes, etiam extraneos, *Peregr. de fideicomm. art. 6. num. 29. Beltram. ad Greg. dec. 271. num. 27.* & eo magis stante uni- 8
versali omnium bonorum institutione, *Gratian. discept. 344. num. 2. & seqq.*

Cęterum nec videtur hoc casu deficere expressio, dum testator post constitutum fideicommissum admonuit filios, & alios, ad quos bona vigore ejusdem testamenti essent perventura, ut solverent canones, & cœtera ex præs-

præscripto locationum adimple-
9 mento, cum expressum satis vi-
deatur, quod per probabiles con-
jecturas consequi possumus,
Mantic. de conject. lib. 6. tit. 1. nu. 8.
10 & quod necessario sequitur ex
verborum natura, *Fusar. de fideic.*
11 *quæst. 736. n. 5.* & in quo sola dispo-
sitio verificari potest, *Buratt. dec.*
12 504. *num.* 5. & quod dicatur con-
stare de voluntate testatoris,
quod voluerit bona emphyteu-
tica fideicommisso supponere,
non solum quando expresse sup-
posuit, sed etiam quando ex ver-
bis id colligitur, illa etiam non
nominando, tradit, *Jos. Ludovic.*
dec. Lucens. 29. num. 50. & seqq.

Nec quocunque obstat, quod
testator in codicillis ordinaverit
dictorum bonorum emphyteu-
ticorum francationem, & fran-
catione secuta, illos fideicom-
13 misso supposuerit, & ex hoc per
consequens coniiciatur, quod
testator non intellexerit ea in an-
tecedenti fideicommisso facto in
testamento comprehendisse, nec
posse hodie à fideicommissario
prætendi uti ex codicillis fidei-
commisso supposita, francatione
facta, quia facta non apparet,
nec probabiliter fieri potuit, ex
quo destinata per testatorem as-
signamenta non erant sufficien-
tia, nec tenebantur hæredes gra-
vati francare, nisi si potuissent,
& tunc, & quando potuissent,
ut in dictis codicillis.

Quoniam respondetur suppo-
sitionem factam in codicillis fuis-
se ad majorem cautelam, & de-
14 clarationem, quæ non mutat
naturam præcedentis dispositio-
nis, *Rot. recent. par. 6. dec.* 420.
num. 47. & tamquam inducta ad 15
augumentum non debet operari
diminutionem, *l. quod favore,*
C. de legib. & insuper, testatorem
in codicillis disposuisse, vincu-
lando bona emphyteutica fran-
canda ut illa sub fideicommisso
remanerent non solum respectu
utilis dominii, sed etiam respe-
ctu directi, de quo potuisset du- 16
bitari, ut per *Fusar. de fideicomm.*
quæst. 629. num. 5. & quæst. 639.
num. 3. cum maxime ex tacito fi- 17
deicommisso non possit aliud
tacitum induci, *Fusar. quæst.*
278.

Fructus quoque videntur fi- 18
deicommissario deberi à die pu-
rificati fideicommissi, & illius
petitionis, *Fusar. quæst. 626.*
num. 46. & seqq. exceptis per- 19
ceptis pro portione crediti ipso-
rum hæredum, *Fusar. ibid. num.*
74. *in fin.* & sic legitimæ, quæ 20
debetur una cum fructibus à die
mortis testatoris, *l. Papinianus,*
§. unde si parens, C. de inoffic. testam.
Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst.
1. *num.* 93. *& seq. & ibi Rot. dec.*
29. *num.* 2.

Quemadmodum, & pecu-
nias exactas videtur hæres gra-
vatus, seu illius hæres cogendus
ad restituendum fideicommissa-
rio pro illius portionibus, tum
quia erant destinatæ pro dicta 21
affrancatione, & sic in emptio-
nem immobilium, *Fusar. quæst.*
624. *num.* 14. tum quia erant cre- 22
dita hæreditaria, *Fusar. quæst. 625.*
num. 1. & 3. Rot. recent. par. 4.
tom. 3. dec. 557. num. 11.

Quo vero ad prælegatum,
non

23 non videtur illud in fideicommisso comprehensum, *Fusar. qu.* 650. *num.* 26. *&* 132. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 421. *num.* 18. &
24 maximè cum subsequatur institutio, ad quam se refert fideicommissum sub verbis, In omnibus autem aliis suis bonis &c. *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 2. *num.* 13. *& seq. Fusar. d. quæst.* 650. *nu.* 23. *& seqq. Seraph. decis.* 197. *num.* 1. *Buratt. decis.* 168. *num.* 1. licet contrarium sentiat *Pen. decis.* 645. *in*
25 *fin.* & sic videatur separatum, & extractum ab hæreditate, *Bellon. de jur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 29. *nu.* 46.
26 & sit factum ad servandam æqualitatem cum Mattheo altero fratre, & filio respective, pro quo pater testator æquivalentem summam se tangentem expendisse in vita attestabatur, *Fusar. d. quæst.* 650. *num.* 35. *&* 98. nec fuerit de eo in fideicommisso
27 expressa facta mentio, prout requirebatur, *Buratt. decis.* 693. *num.* 5.

Censuimus tamen dictum prælegatum non deberi in legata summa scutorum sexcentorum, nec in pecunia, sed in summa tantum scutorum ducentorum, ad quam fuit à partibus in divisione reductum, & in Prædio in solutum, & satisfactionem datum, & receptum, ut in eadem
28 divisione, cum, quæ ab initio sunt voluntatis, ex post facto sint necessitatis, *§. mandatum non*
29 *suscipere*, *Inst. de mand.* & unusquisque possit favori suo, ac juribus renunciare, *l. pæn. C. de pact. Rot. recent. par.* 6. *decis.* 91. *num.* 2.
30 *&* 28. & legatum sibi debitum repudiare, *Bellon. de jur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 42. *nu.* 728. *vers. tertio moventur*, nec fas illi sit ad jura 31
renunciata redire, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 338. *num.* 1. *& par.* 6. *decis.* 122. *nu.* 5. *decis.* 292. *nu.* 13. *decis.* 323. *nu.* 10. nec valeat hæres 32
defuncti factum impugnare, *Buratt. decis.* 275. *num.* 12. *& decis.* 326. *num.* 3. *ubi Add. litt. A.*

Neque obstat, quod, Vel prælegatum non sit dicendum à dictis fratribus reductum ad præfata scuta ducenta, sed solummodo, (cum illud hæredes prælegatarii non cœpissent, & separassent ante divisionem, prout pote- 33
rant, & debebant, *Bellon. de jur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 3. *num.* 259. *et quæst.* 9. *num.* 37.) pro, & in dicta summa post æqualem secutam divisionem illud, & tamquam 34
partem non hæreditariam eosdem hæredes prælegatarios cœpisse de manu, & ex, & pro portione Matthei cohæredis, *Bellon. d. cap.* 7. *quæst.* 3. *num.* 240. *et seq.* cum cœteras duas portiones jam 35
haberent, & caperent à semetipsis, *Bellon. ibid. num.* 242. *et* 243. Vel reductio non possit suffragari D. Fabretto fideicommissario, tum quia sit res inter alios acta, quæ tertio nec præjudicat, 36
nec prodest, *tot. tit. C. res int. alios act.* tum quia sit hæc exceptio de jure tertii, hoc est, Matthei, cujus intuitu prælegatum fuit diminutum, quæ non potest alle- 37
gari, nisi ab habente ab eo causam, vel jus, *l. loci corpus*, *§. competit*, *ff. si serv. vend. Oldrad. cons.* 139. *num.* 8. *Dec. cons.* 247. *in fin. Rot. divers. decis.* 131. *nu.* 10. *par.* 2.

tum

tum quia hoc fuerit pactum per-
38 sonale, quod ipsorum paciscentium personas, & eorum hæredum egredi non potest, *l. jure gentium*, *§. pactorum*, *ff. de pact. Riminald. jun. conf.* 465. *nu.* 9. *lib.* 4. *Aret. conf.* 70. *Tiraquell. de retract. lignag.* *§.* 1. *gl.* 9. *num.* 127. *et* 129. *Dyn. conf.* 6. *in princ. Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 257. *num.* 13. *et seq.* & confert, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 45. *num.* 3. *et tom.* 3. *dec.*
39 375. *num.* 8. & quod renunciatio proprii juris contemplatione certæ personæ facta evanescat, illa sublata, dixerit *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 543. *nu.* 39. *et* 42.

Quia respondetur obiectum in totum tolli, cum pactum apertis verbis legatur, quod Hercules Flaminius legatum scutorum sexcentorum eisdem à Hieronymo patre factum contenti fuerunt reducere, & reduxerunt ad scuta ducenta, & in illius satisfactionem receperunt in solutum à Mattheo Prædium appellatum, le Fette longhe, ut in instrumento divisionis, & assignationis, de quo in actis. Un-
40 de residuum, ex quo agnitum non fuit, seu defecit, remansit in hæreditate, & penes hæredes jure institutione, & hæreditario, ad tradita per *Bellon. de jur. accresc. cap.* 5. *quæst.* 43. *num.* 26.
41 *& seqq.* cum pars legati, à qua prædicti se abstinuerunt, dicatur repudiata, *Pen. dec.* 739. *sub nu.* 8.
42 & defecisse, *Bellon. de jur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 35. *num.* 1. ac si numquam fuisset delata, *Bellon. eod.*
43 *tract. cap.* 5. *quæst.* 48. *num.* 8. & in consequens illa venit in restitutione universalis fideicommissi,
quia in ea veniunt omnia, quæ 44
hæredi competunt, & capiuntur jure institutionis, & hæreditario, *Bellon. d. tract. de jur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 69. *num.* 43. *&* 44. censeturque fideicommissarius hæres, 45
seu illius loco subrogatur, *Bellon. d. quæst.* 69. *num.* 29. *&* 33. Et fuit hoc modo servata inter dictos tres fratres æqualitas, dum Mattheus ex propria portione post æqualem factam de bonis hæreditariis divisionem solvit Herculi, & Flaminio scuta centum pro quolibet in dicto Prædio, & sic recompensavit fratres in ratas eos tangentes ex scutis tricentis pro ipso à communi patre in vita impensis.

Dos Margaritæ matris dd. Matthei, Herculis, & Flaminii hæredum gravatorum videtur similiter à dd. PP. detrahenda, & retinenda in dicto fundo dotali, cum explorati juris sit, dotem 46
maternam, matre mortua, acquiri filiis, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 664. *num.* 20. *&* 22. & de 47
fideicommisso paterno deduci, *Fusar. quæst.* 661. *per tot. Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 93. *num.* 4. & post nostrum *tract. de subhast. dec.* 93. *num.* 18. *in fin.* etiam à filiorum hæredibus, quia ea est effecta de 48
eorum patrimonio, & hæreditate, *Duran. dec.* 111. *num.* 5. & restitui 49
debet in eodem fundo, *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 52. *num.* 1. *&* 12. nec illius creditum confusum 50
dici potest per aditionem hæreditatis paternæ sine beneficio legis, & inventario, *Rot. recent. part.* 3. *dec.* 265. *num.* 6. *in fin.*

Ne-

Neque obstat, quod dicto dos dicatur compensata cum legato, & usufructu quartæ partis bonorum dictæ Margaritæ à Hieronymo viro relictis, ut videtur compensandi animo, & ab eadem acceptatis.

51 Etenim respondetur Legatum, seu legata uxori facta non præsumi animo dotem compensandi, & proinde uxori deberi, & legata, & dotem, *l. unic. §. primum itaque, C. de rei uxor. act. Barbos. in l. si cum dotem, §. si pater sub num. 1. ff. solut. matrim. Faris. cons. 95. num. 37. vers. & proprie. & num. 38. lib. 2. Thomat. dec.* 50. *num.* 195. *Buratt. dec.* 291. *num.* 4.
52 & fortius, quando, ut hoc casu, maritus legavit cum clausula, donec dotem non petierit, *Mantic. de conject. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 13.
53 *in princ. & post med.* & idem esset, si legasset cum clausula, Ita tamen, quod dotes suas petere non possit, *Riminald. jun. cons.* 142. *num.* 10. *& seq. lib.* 1. cum
54 non censeatur maritus legasse animo compensandi cum ipsa dote perpetuo, sed temporaliter tantum, & interim differendi dotis exactionem, *d. l. unica, §. primum itaque, C. de rei uxor. act. &*
55 *l. creditorem, ff. de leg.* 2. adeout finito usufructu per uxoris mortem, valeant illius hæredes dotem petere, *Pic. in l. Titia. nu.* 112. *ff. de leg.* 2. *Alberic. in auth. hoc locum nu.* 10. *C. de secund. nupt. Pinel. de test. gl.* 47. *vers. et dotes suas non repetierit, Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 110. *num.* 16.

Neque obstant verba apposita in principio legati, Jure legati, & satisfactionis, &c. ex quibus videtur argui voluntas testatoris compensandi dotem.

Namque respondetur hujusmodi verba referri debere ad interusuria, stantibus maxime subsequentibus aliis verbis, Donec dotes, &c. *Mantic. de conject. d. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 13. *in fin.* 56

Nec etiam relevat, quod Margarita in divisione facta inter filios acceptans usumfructum in aliquibus corporibus hæreditariis, eosdem liberaverit à debito dotis, illudque extinxerit, atque proinde, sicuti ipsa post filiorum 57
obitum, si viveret, non posset ad illius primæva jura redire, ita nec possint hodie illius hæredes, seu hæredes ultimi gravati non habentes plus juris, quam habetet ipsa, sed hoc jus, & fundus dotalis remanserit in hæreditate, & fideicommisso.

Quia respondetur dictam Margaritam transtulisse jura dotis in filios translativè, non extinctivè, & motam fuisse principaliter, ut dixit, amore materno, & ideo etiam in dicta divisione fuit dictum Prædium dotale, ipsa præsente, & consentiente, & se obligante assignatum Herculi stipulanti, & acceptanti pro se, & suis hæredibus cum clausula ad habendum, & de eo libere, & pleno jure disponendum, & cum amplissima promissione evictionis, & ad legitimam defensionem cum cessione jurium. Ex quibus apparet, quod dos, illiusque fundus fuit acquisitus filiis, & ad eorum commodum, non ad commo-

dum, & augumentum hæredita-
58 tis, & fideicommissi; tum quja
acquisitio non est ex bonis hære-
ditariis, *Fusar. quęst. 627. num. 1.*
tum quja acquirens bona pecu-
nia hęreditaria pręsumitur acqui-
rere proprio nomine, non hære-
ditatis, *Fusar. cons. 68. num. 14.*
Buratt. decis. 650. num. 10. et decis.
59 *740. num. 2.* tum quja hæreditati
non acquirit, qui stipulatur pro
se, & hæredibus, *Buratt. decis.*
60 *650. num. 4.* nec est hæreditaria
actio per hæredem acquisita
etiam super debito hæreditario,
Gait. de cred. cap. 4. quæsit. 11. num.
1430. et seqq. et num. 1440. Buratt.
61 *d. decis. 650. nu. 8.* nec nova etiam
acquisitio rerum defuncti facta
per hæredem ex ejus industria,
negociatione, & diligentia, &
cessio reportata in hæreditate
computatur, sed tanquam ejus
propria ad ipsum spectat, *l. 3. in*
princ. ubi Castr. num. 1. & 2. ff. ad
leg. falcid. Cost. remed. subsid. 61.
num. 17. Fusar. d. quęst. 627. num. 4.
et 10. Gratian. discept. 586. num. 18.
Rot. recent. part. 7. decis. 34. num. 8.
et Rot. post nostrum tract. de subbast.
decis. 114. nu. 5. et seqq. juncto princ.
62 cum hæres, faciens negotium sibi
proficuum, & nemini damno-
sum, posset, transigendo, sibi
acquirere absque ullo onere, &
mutare causam possessionis, *d.*
63 *decis. 34. num. 8. et 9.* itaut nihil
alicui creditori hæreditario sol-
vere debeat, neque fideicom-
missariis, neque legatariis, nec
aliis, *Gratian. discept. 733. num. 17.*
Rot. recent. par. 7. d. decis. 34. nu. 8.
Buratt. d. decis. 650. num. 6.
Et, quatenus etiam Margarita
solummodo filios à debito dotis
liberasset, & hic creditum extin-
ctum dici posset, non tamen dos 64
hęreditati, sed eisdem filiis acqui-
sita esset, uti incrementum hæ-
reditati superventum eorum
contemplatione, *Molin. de primog.*
lib. 1. tit. 26. nu. 12. Peregr. de fideic.
art. 10. num. 14. Fusar. quæst. 627.
num. 9. 10. 22. 23. et 26. quæst. 632.
num. 1. et seq. quęst. 639. in fin. quęst.
641. num. 1. quæst. 642. in fin. quæst.
647. in princ. et quęst. 648. num. 2.
Ac per consequens sive simus in 65
translatione, sive in extinctione
dotis, illa semper est detrahenda
in diminutionem fideicommissi,
& ad beneficium dictorum PP.
hæredum ultimi gravati, ad *Rot.*
post nostrum tract. de subbast. decis.
114. num. 6. et seqq. quæ inticulata
est *Florentina Horti 4. Julii 1642.*
coram R. P. Bichio.

Legitimæ demum detractio 66
nec videtur jure controverti
posse, etiam non constito de
aditione hæreditatis cum benefi-
cio legis, & inventarii, dum ver-
samur in fideicommisso univer-
sali, quidquid aliud sit in parti-
culari, *Natt. cons. 199. num. 11. et*
12. juncto num. 1. et cons. 238. nu. 6.
et seq. juncto etiam num. 1. Gratian.
discept. 570. num. 19. et seq. juncto
num. 1. Gabr. de leg. concl. 7. num. 1.
et 2. Rolan. de invent. quęst. 3. incip.
dubitatio oritur num. 10. usque ad
fin. par. ult. Cyriac. controv. 5. nu. 3.
5. 19. 42. 65. et 66. Fusar. quæst.
296. num. 13. et 20. et cons. 132. nu.
7. et 8. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2.
quęst. 4. num. 15. Thomas. de invent.
tract. 7. tit. 15. cap. 1. num. 55. et 58.
Beltr. ad Greg. decis. 421. sub nu. 15.

Bu-

Buratt. decis. 693. *num.* 9. *ubi Add. num.* 12. *juncto nu.* 10. *et iidem Add. ad decis. ejusd.* 115. *num.* 18. *Duran. decis.* 213. *num.* 1. 15. *et* 16. *et decis.* 239. *num.* 5. *et seq. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 432. *num.* 3. & *post Merlin. de pign. dec.* 78. *num.* 26. &
67 præcipue cum fideicommissarius agat contra hæredes pro bonorũ recuperatione, quo casu sive constet, sive non de inventario, ipsi fideicommissario incumbit onus probandi, quæ, & quanta fuerint bona relicta, & ad manus hæredum perventa, & competit interim heredi retentio, *Cyriac. d. contr.* 5. *num.* 67. *vers. tum,* & *quinto, Fusar. quæst.* 677. *num.* 15. ubi quod ita practicatur, *Thomas. d. tit.* 15. *cap.* 1. *num.* 59. & *tract.* 4. *de legit. tit.* 4. *num.* 201. *circa fin. Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 163. *num.* 6. & *dec.* 399. *num.* 24. *in fin. et* 41. *et fuit dictum in Cæsenaten. Bonor.* 15. *Maii proxime præteriti* 1651. *coram R. P. Albergato, sub vers. quia alienationes, et antea in Perusina Bonor.* 30. *Maii*
68 1650. *coram R. P. Cerro,* quidquid aliter dici posset, si ageret heres contra fideicommissarium, seu legatorios, *d. dec.* 163. *num.* 3. *et* 7. *par.* 5. *tom.* 1. *recent. et in d. Cæsarien. Bonor. Tomas. d. tractat.* 4. *de legit. tit.* 4. *num.* 212. & in his terminis videtur intelligendus *Cavaler. dec.* 246. *et Duran. dec.* 165. *num.* 1. *dec.* 194. *num.* 1. *et dec.* 213. *nu.* 15. *et* 16. *quamvis Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *d. dec.* 432. *num.* 4. *et* 5. relatis opinionibus hinc inde, hanc distinctionem relinquat in sus-
69 penso, ex quo etiam reus dicitur actor in sua exceptione, quod tamen hic non applicatur, quia Rei negativam præmiserunt, negando scilicet immissionem, & opponendo de retentione, & detra- 70
ctione, quo casu Reus non dicitur in exceptione actor, nec tenetur probare, *Rot. Januen. dec.* 92. *num.* 5. quidquid aliud fuisset, si simpliciter negassent, sibi non potuisse, vel posse, satis fieri nisi in ipsis bonis ab actore petitis, *Rot. post nostrum tract. de manuten. dec.* 295. *num.* 6. *in fin.* Et contra- 71
rium etiam asserendum esset, si inventarium debuisset fieri ex præcepto testatoris, quia tunc, non docto de negativa non existentiæ aliorum bonorum, ex quibus legitima deduci posset, præsumeretur illa existere, & quod filii ea subtraxissent, ac in illis fuissent de legitima satisfacti, *Gratian. discept.* 570. *num.* 21. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 67. *num.* 1. & *seq.* & *dec.* 163. *num.* 1. *et Duran. dec.* 239. *num.* 7. *et seq.* & idem, si 72
non ageretur de tota legitima, sed tantum de supplemento, *Thomas. d. tract.* 4. *de legit. tit.* 4. *num.* 281. *in fin.*

Non obstat, quod licet jus 73
detrahendi legitimam non detractam, seu illius supplementum ad hæredes etiam transmittatur, *Fusar. quæst.* 296. *num.* 5. *et* 38. *Rot. post Merlin. de legit. dec.* 35. *num.* 3. & quidem etiam extraneos, *Nicola. Noal. de transmiss. cas.* 10. *num.* 1. & *seqq. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 17. *num.* 1. *et seq. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 27. *num.* 1. *Gratian. discept.* 118. *num.* 35. *in fin. discept.* 271. *num.* 7. *et* 14. *discept.* 599. *num.* 12. *et seqq. discept.* 607.

num. 3. discept. 743. *num.* 1. *et seq. discept.* 807. *num.* 33. *discept.* 983. *num.* 15. *et dec.* 4. *num.* 3. *et* 22. *Pen.*
74 *dec.* 1094. *num.*2. non tamen, cum bona omnia ſtabilia ſunt alienari prohibita, & legitimam non petierunt, ſeu de ea non oppoſuerunt filii in vita, poſſunt hodie illam petere, ſeu deducere, vel de ea opponere illorum hæredes, *Honded. conſ.* 66. *num.* 16. 27. *et ſeq. et Coſt. de remed. ſubſid. remed.* 90.
75 *ſub num.* 5. & multo minus cum & illa fuerit à teſtatore expreſſe prohibita, & huic prohibitioni, & oneri filii non contradixerint, *Gratian. diſcept.* 983. *num.* 11. 14. 16. 19. *et* 21. *Fuſar. d. quæſt.* 296. *num.* 6.
76 Reſpondetur enim, quod filii ſeu filius, condendo teſtamentum, & hæredes inſtituendo, ut hoc caſu, dicitur de legitima diſpoſuiſſe, eamque agnoviſſe, & declaraſſe, quod illam acceptabat, *Gratian. diſcept.* 594.
77 *num.* 18. *& ſeq.* quod fortius procedit, dum filii bona ſemper uſque ad eorum obitum poſſiderunt, ad *Gratian. diſcept.* 602. *num.* 4. *& ſeqq.*

Nec quoque obſtat, quod in legitima videatur imputandum etiam dictum prælegatum, cum
78 in ea imputetur quidquid ex teſtamento paterno quovis titulo filius conſequitur, *Put. dec.* 212. *num.* 1. *&* 3. *juxta veter. impreſſ. Rot. poſt Merlin. de legit. dec.* 31. *nu.* 1. *& dec.* 89. *num.* 2. *& in recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 360. *num.* 17. *& dec.* 376. *num.* 2. *& par.* 6. *dec.* 51. *num.* 11. *Greg. dec.* 186. *num.* 1. *& ſeqq. & ibi Add. & dec.* 568. *num.* 6. *& ſeqq. Gratian. diſcept.* 448. *num.* 12. *& diſcept.* 983. *num.* 6. *&* 15. *Bellon. de jur. accreſc. cap.* 7. *quæſt.* 12. *num.* 84.

Quia reſpondetur quod, ubi 79
teſtator fecit filiis prælegatum, & deinde eoſdem inſtituit in aliis bonis, eiſque decedentibus ſine filiis alium ſubſtituit, ut hic, non videtur prælegatum cedere debere in legitimam, ſed legitimam eſſe detrahendam ex bonis fideicommiſſo ſubjectis, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 27. *num.* 5. *& ſeq.*

Item non obſtat, quod non videatur detrahenda legitima ex bonis emphyteuticis Eccleſiaſticis.

Siquidem reſpondetur legiti- 80
mam computandam eſſe ex univerſo patrimonio, *Bellon. de jur. accreſc. cap.* 6. *quæſt.* 16. *num.* 15. & etiam ex bonis Eccleſiaſticis acquiſitis à laico juſto titulo, *Add. ad Buratt. deciſ.* 769. *num.* 27.
non ſecus ac detrahitur ex bonis 81
etiam feudalibus hæreditaris, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 93.
nu. 7. *&* 11. & emphyteuticis *Rot.* 82
in Romana de Lante 3. *Martii* 1587. *coram Card. Blancbetto, poſt Merlin. de legit. deciſ.*... *Mareſc. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 74. *num.* 3.

Neque rurſus obſtat, quod legitima videretur aſcendere ad 83
ſemiſſem, ex quo teſtator reliquerit tres filios maſculos, & tres fœminas, juxta *tex. in auth. noviſſima, C. de inoffic. teſtam. et in Auth. de trient. & ſemiſſ. §.* 1. *& Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 2.
Pen. dec. 1248. *num.* 3. & portiones 84
fœminarum à Statuto excluſarum accreſcere maſculis, & in eorum

eorum commodum, *Merlin. d. lib. 1. tit. 4. quæst. 3. num. 5. & seqq. Gratian. discept. 504. num. 21. & 23. discept. 676. num. 12. & 13. & discept. 942. num. 26. Gilian. ad Statut. Perus. in verb. fœmina. nu. 7. & ibi Rot. decis. 49. num. 7. & in recent. par. 4. tom. 1. decis. 620. nu. 6. Pen. d. decis. 1248. num. 5. & in fin.*

Respondetur enim, Vel fœminas uti dotatas non esse in computanda legitima in conside-
85 ratione, quia Statutum eis in totum legitimam tollit conservationis familiæ causa, *Monterent. ad Statut. Bonon. lib. 4. de success. liber. patr. vel matr. morient. ab intest. in princ. sub verb. nec petere, Porc. cons. 92. sub num. 102. Aretin. in §. prodesse num. 4. Inst. de success. libert. Porc. in §. si tutor. nu. 3. Instit. de hæred. qualit. & differ.* Vel quia,
86 cum dos successerit loco legitimæ, sive ex Statuto excludente filias dotatas, sive ex dispositione testatoris, ex qua agnoverit illas in filias, *Greg. decis. 565. per tot. ubi*
87 *Beltram.* & ideo esset uti æs alienum detrahenda ex tota hæreditate, *Gabr. de legit. concl. 2. num. 2. vers. contrarium*, aut conferenda in legitimæ omnium taxatione, non augeretur ex hoc portio masculorum, sed minueretur,
88 quo casu non attenditur fœminarum numerus, *Gabr. d. concl. 2. num. 7. Rot. post Merlin. de legit. dec. 4. num. 7. decis. 74. num. 1. & decis. 87. per tot. Balthax. Thomas. d. tract. 4. de legit. tit. 6. num. 16. 17. 18. et 61.*

Non obstat demum, quod filii exigendo dictum creditum libr. 2717. dicantur alienasse, & non reddant aliquam rationem de mobilibus; Unde dd. PP. eorum 89
hæredes cogi debeant ad probandum statum hæreditarium, & sibi non fuisse satisfactum de legitima, ad *Peregr. de fideicomm. art. 39. num. 4. Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 399. num. 29. & post nostrum tract. de mand. de manutenend. d. decis. 295. num. 6. et penes Merlin. de pign. decis. 78. num. 27. cum simil.* alias præsumenda sit occultatio, & usurpatio, ac satisfactio.

Namque respondetur dictam exactionem vel non esse habendam pro alienatione, vel fuisse 90
ex causa non voluntaria, sed necessaria ex præcedenti pacto de retrovendendo, quæ non attenditur, *Giurb. decis. 79. nu. 18. et 19. Thomas. d. tract. 4. de legit. tit. 4. num. 205.* & ex mandato testatoris, qui pretium recuperandum reinvestiri ordinaverat in supra dicto bonorũ emphyteuticorum francatione, & sic ex ea non posse induci onus probandi. Et ulterius videtur satis constare de statu hæreditario ex instrumento divisionis inter filios secuta, junctis partitis Eximi, & descriptione à testatore facta in Codicillis ex adverso productis, quæ 91
saltim faciunt præsumptionem transferentem onus probandi, plura adfuisse bona in ipsum adversarium, *Cyriac. d. contr. 5. num. 8. 9. 36. 62. & seq.* Mobilia vero præterquam quod non probatur ad manus hæredum pervenisse, 92
quæ, ideo non augent hæreditatem, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 364. num. 11.* illa probabiliter essent etiam spatio annorum 75.

à

à die mortis testatoris consumpta, quæ ideo nec sunt in legitima imputanda, nec est de illis reddenda ratio, *Gratian. discept. 743. num. 6. & seqq. Rot. in Anconitana Dotis 4. Julii 1640. et 19. Aprilis 1641. coram R. P. Cerro, et in Bononien. fideicommissi de Glavarinis 27. Junii 1644. coram R. P. Peutingerio*, & compensanda etiam essent cum solitis impensis funeralibus, non in legitima. 93

Et ita utraque, &c.

CONVENTIONIS.

Mercurii 22. Junii 1650.

ARGUMENTUM.

De Confessione facta, præsertim in judicio; de conventione cum pacto reducendi illam in scripturam; de media via eligenda in sententiando; & de exceptione non adimplementi.

SUMMARIA.

1 *Confessio debitoris in parte non præjudicat creditori in reliquo.*

2 *Confessio in parte confitenti præjudicat, licet alia summa negetur.*

3 *Verba, non nego istud, important confessionem, etiam quod de alio dubitetur.*

4 *Solvere quis cogitur summam non controversam, seu confessatam, & super alia litigare.*

5 *Confitens potest confessionem interpretari, & declarare, ubi non agitur de ea perimenda.*

6 *Confessio regulariter obligationem non parit, sed detigit.*

7 *Confessio non est proprie probatio, sed relevatio ab onere probandi.*

8 *Confessio ut præjudicet, multa debent concurrere.*

9 *Confessio coram solo Notario absque Judice non dicitur judicialis.*

10 *Ex confessione incidenter, & ad alium finem, quam confitendi facta non potest sequi condemnatio.*

11 *Confessio facta calore iracundię, ex abrupto, incaute, & indeliberate non nocet, nisi in ea perseveretur, vel fuerit aliter comprobata, vel justificata, & num. 12.*

13 *Confessio quando possit revocari, & an continenti tantum, vel etiam ex intervallo, & nu. 14. & 15. & 23. & 24.*

16 *Confessio facta coram Judice incompetenti non tenet, nec nocet coram competenti.*

17 *Confessio, ut præjudicet, debet à parte acceptari, sive sit absens, sive præsens. Ampl. ut num. 18. 19. & 20. sed in præsente est dubium, ut nu. 21. & declar. ut num. 22.*

25 *Confessio quando intelligatur revocata per appellationem.*

26 *Confessus etiam, & condemnatus appellare potest.*

27 *Confessus potest in causa appellationis confessionem erroneam revocare, vel contrarium probare. Ampl. ut num. 28. Contrarium nu. 29. Decl. ut num. 30.*

21 Con

31 *Confessio etiam judicialis, errore probato, revocari potest.*
32 *Sententia præcipitanter lata est nulla. Lim. ut num. 35.*
33 *Obligatio corruit, conditionibus à parte non adimpletis, et pacto correspectivo sublato.*
34 *Correspectivorum unum sine altero acceptari non potest.*
36 *Confessio emanata coram Judice incompetente habet saltim vim extrajudicialis.*
37 *De Notario potest Judex se extrajudicialiter informare, & sine partis citatione, atque processu, & num. 38.*
39 *Judex aliquando potest in perplexitate mediam viam eligere.*
40 *Lucrum formatur, et descendit ab onere.*
41 *Salarium debet esse proportionatum laboribus, et personarum qualitati.*
42 *Salarium integrum prætendere non potest, qui integras operas non præstitit.*
43 *Labore sublato, tollitur, & præmium.*
44 *Labore diminuto, diminuitur & salarium.*
45 *Lucrum quis consequi non potest ex contractu, quem non adimplevit.*
46 *De parte quoad partem idem dicitur, quod de toto quoad totum.*
47 *Conventio cum conditione scripturæ faciendæ non est perfecta sine scriptura. Ampl. ut num. 51. Lim. ut num. 49. & 50. & 53.*
48 *Contractus à partibus non absolutus jus aliquod non parit.*
52 *Testis unius dictum, est dictum nullius.*

DECISIO LI.



ULSATUS Jacobus Caballinus publici Comœdiarum Theatri cōductor à Silvio, & sociis Comœdis coram DD. Officialibus Aquarum ad eis solvendum promissos, ut prætendebant, ducatonos quinquaginta propter actas in eo actiones, & in citationis termino comparens dixit, non promisisse ducatonos, sed scuta Bononiensia, quod fuit per Notarium scriptum, & successive per Officiales pro ipsis scutis quinquaginta confessatis relaxata fuit contra eundem executio sine præjudicio majoris summæ, cum confessio debitoris con- 1
fitentis, se certam quantitatem tantummodo, deberi, non præjudicet creditori, quin possit dicere sibi plus deberi, *Fulgos. in l. siquidem num. 1. C. de transact.* & suam vim habeat interim confes- 2
sio quoad summam confessatam, licet alia negetur, non secus, ac dum quis dicit, non nego istud, 3
intelligitur confiteri, quamvis de alio dubitetur, *Imol. in c. cum bonæ, num. 2, de testib.* & possit de- 4
bitor cogi ad solvendum partem debiti, de qua non est controversia, seu quam debitor fatetur, & super alia, seu residuo litigare, etiamsi in confessione usus fuerit

taxa-

taxativa, Fratrum, *Pen. dec.* 95.
num. 3. *& ſeqq.*

Commiſſaque mihi deinde ab
Illuſtriſs. D. V. Legato appella-
tionis cauſa cum ipſius faculta-
tibus, Caballinus ad interpre-
tationem, ſeu declarationem
5 ſuæ confeſſionis, cui locus eſt,
ubi non agitur de confeſſione pe-
rimenda, *Natt. conſ.* 161. *num.* 5.
lib. 1. *& conſ.* 407. *num.* 18. *lib.* 2.
examinavit duos teſtes conteſtes
ſuper promiſſione ſcutorum, ſed
ſub conditione, dummodo ibi
Hiſtriones actiones agerent ab
autunno uſque, & per totum
tempus carnis, privii 1650. & fie-
ret deſuper ſcriptura, quorum
unus addidit, quod Caballinus,
quatenus promiſſio non redige-
retur in ſcriptis, proteſtatus fuit,
ſe nolle teneri, quja ſua intereat,
poſſe aliis obligationis ſcriptu-
ram oſtendere, ad effectum per
totum dictus tempus Teatri
locos ſublocandi majori ejus
utilitate.

Prætendebat itaque Caballi-
nus, quod ejus pura judicialis
confeſſio facta in prima inſtantia
non eſſet attendenda, quja in ea
ſolummodo fatetur conventio-
nem ſcutorum 50. non autem
fatetur, ſe eſſe de illis debitorem,
6 nec confeſſio regulariter obliga-
tionem parit, ſed detigit, *Bald.*
in l. generaliter num. 19. *C. de non*
7 *numer. pecun.* nec eſt proprie pro-
batio, ſed revelatio ab onere pro-
bandi, *Caſtr. conſ.* 115. *num.* 4. *lib.* 1.
Pacian. de probat. lib. 1. *cap.* 11.
8 *num.* 10. *& cap.* 37. *num.* 8. in qua
tamen multa concurrere debent,
ut confitenti præjudicet, *Petr.*
Unzol. de art. Notar. tit. de except.
non numer. pecun. num. 20. *fol. mihi*
240.

In præſenti autem caſu non
videbatur Primo confeſſio judi-
cialis, quja videbatur facta co- 9
ram ſolo Notario, & in ejus of-
ficio abſque præſentia Judicum,
Gratian. diſcept. 694. *num.* 29. quæ
non inducit probationem, *Bald.*
in l. ſi fidejuſſor. num. 2. *C. de fide-*
juſſ.

Secundo videtur confeſſio in-
cidenter facta, & non ad finem
confitendi, ſed ad alium, nempe
ad effectum negandi, & non ap-
probandi, quod confitens pro-
miſerit petitam exadverſo ſum-
mam ducatonorum 50. ex qua 10
propterea non poterat ſequi con-
demnatio, *Gratian. diſcept.* 151.
num. 16.

Tertio videtur confeſſio fa-
cta ſub calore iracundiæ ex ab-
rupto incaute, & indelibera-
te, quæ non nocet, niſi perſe- 11
veretur in illa, *cap. ex litteris*
de divort. Imol. in cap. ex parte Ab-
batis num. 12. *de confeſs.* vel fuerit 12
aliter comprobata, & juſtificata,
Dec. conſ. 564. *num.* 7. & poteſt
tamquam erronea etiam in judi-
cio facta revocari, non ſolum in-
continenti, prout regulariter in 13
continenti revocari poteſt con-
feſſio facta in judicio, *Jacob. de*
Sanct. Georg. in l. de ætate, §. *Cel-*
ſus ſcribit num. 2. *ff. de interrog.*
action. ſed quoque ex intervallo, 14
Natt. conſ. 6. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. &
quamvis fuiſſet à parte accepta- 15
ta, docto de errore, *Anchar. quæſt.*
39. *num.* 3. *par.* 2. ut revocata vide-
tur in propoſito ex incontinenti
à

à condemnatione interposita appellatione.

Quarto videtur confessio facta coram Judicibus incompe-
16 tentibus respectu summæ, quæ non ten..., *Alex. Nevo cons.* 85. *num.* 3. nec nocet coram competenti, *Bart. in l. Magistratibus nu.* 4. *ff. de juris. omn. Judic.* nec probat, *Rot. post nostrum tract. mand. de manuten. decis.* 571. *num.* 9.

Quinto, & ultimo non fuit
17 confessio à parte acceptata, ut opus est, ut præjudicet, *Imol. in cap. veniens num.* 45. *de renunciat. Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 44. *num.* 7. *Gratian. discept.* 287. *num.* 1. sive pars sit absens, *Bero. cons.* 246. *num.* 38. *lib.* 3. sive præsens, *Jacob. de Sanct. Georg. in l. cum de indebito*, §. *sed hoc ubi num.* 15. & *seqq. ff. de probat. Petr. de Bellapert. in l. confessos num.* 17. *C. de confess.*
18 & præcipue dum agitur de confessione facta coram Judicibus incompetentibus, *Anchar. quæst.* 5.
19 *num.* 2. *lib.* 1. quorum jurisdictio non fuit ex expresso consensu prorogata, *Anchar. ibid. num.* 5. & *seqq. Fulgos. in l. confessos num.*
20 17. *ff. de confess.* & de confessione, quæ continet etiam negativam respectu majoris summæ, in qua requirebatur eo magis ex parte Actorum acceptatio ad effectum, ut Caballinus reus constitueretur in mora, & non haberet justam causam litigandi super toto, *Pen. d. decis.* 95. *num.* 6. Et,
21 quatenus etiam respectu partis præsentis videretur dubium, an requireretur expressa acceptatio ex traditis per *Roland. cons.* 50. *num.* 12. & 18. *lib.* 4. attamen,
quatenus absque acceptatione 22
confessio parti favorabilis diceretur illi jus tribuisse, *Marescott. var. resol. d. lib.* 2. *cap.* 44. *num.* 14. & *Roland. d. cons.* 50. *in fin.* potuit 23
incontinenti ante acceptationem saltim revocari, *Roland. ibid. nu.* 18. *vers. secundo respondetur*, & *Marescott. ubi proxime num.* 8. 10. & 14. etiam quod Notarius con- 24
fessionem jam scripsisset, *Marescott. d. nu.* 10. ut revocata in præ- 25
senti casu intelligi videtur ob statim viva voce interpositam appellationem, quæ habet vim impugnandi, & contradicendi, & 26
potest etiam confessus, & condemnatus appellare, *Bart. in l. creditor.* §. *jussus etiam num.* 2. *ff. de appell. Bald. in l. sententiis num.* 3. *C. de err. advocat.* & in causa ap- 27
pellationis errorem revocare, *Bald. ibid.* vel contrarium probare, etiam si confessio facta fuisset 28
discrete, aut determinate, *Imol. in cap. si cautio. num.* 3. *de fid. instr.* quidquid contra videatur dicere 29
Castr. in confessione judiciali cons. 23. *nu.* 13. *lib.* 3. qui videtur intel- 30
ligendus, quando error non probetur, cum probato errore, con- 31
fessio etiam judicialis impugnari posset, *Duran. decis.* 319. *num.* 19. & *seqq.* & *Pen. decis.* 981. *num.* 8.

Præterea, quatenus prædicta Caballino non suffragarentur, prætendebat idem, esse locum revocationi illius condemnationis, & ipsum absolvendum esse ab impetitis, Tum quia senten- 32
tia DD. Judicum à quibus fuerit nulla, uti præcipitanter lata sub prima, & unica citatione absque assignatione alicujus termini, &

fine

ſine cauſæ cognitione, ad *Rot. recent. part. 4. tom. 2. deciſ. 333. nu. 15. Mantic. deciſ. 165. num. 2. cum ſimil.* Tum quia coram me ut ſupra probaverit, ejus promiſſionem non fuiſſe ſimplicem, & puram, ſed ſub conditione, ut Comici adverſarii actiones agerent uſque ad Cineres, & conficeretur deſuper ſcriptura cum pacto reſolutivo in eventum contrarii, & illos in utroque defeciſſe, ſeu de adimplemento non docuiſſe, &
33 in conſequens corruiſſe ipſius obligationem, dictis conditionibus ex adverſo non adimpletis, *Gratian. diſcept. 536. nu. 4. Gregor. deciſ. 428. nu. 3. Duran. deciſ. 146. num. 47. & deciſ. 365. num. 17. & 18. Rot. recent. par. 4. tom. 2. deciſ. 56. num. 13. Buratt. deciſ. 54. num. 11. deciſ. 237. nu. 12. & deciſ. 297. nu. 6.* & pacto correſpectivo ſubla-
34 to, *Buratt. deciſ. 469. num. 6.* ſine quo alterum illi correſpectivum, ut hoc caſu acceptari non poteſt, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. deciſ. 108. num. 5.*

Cæterum ego, ad expeditionem cauſæ deveniens, condemnavi Caballinum ad ſolutionem ſcutorum 30. & eundem abſolvi in reliquis.

Nam, quidquid ſit quoad ſententiam DD. Judicum, à quibus,
35 quæ videtur poſſe ſubſtineri tamquam valida, quamvis lata ſit præcipitanter, dum lata fuit partibus præſentibus, *Gratiau. diſcept. 153. ſub num. 8.* & uti juſta,
36 ſtante pura confeſſione Rei, quæ emanata coram Judicibus etiam incompetentibus, habet ſaltim vim extrajudicialis, *Buratt. deciſ. 803. num. 5.* cum coram me conſtiterit ex depoſitionibus teſtium de obligatione conditionali, & correſpectiva ad actiones agendas per Comicos, & quod Comici actiones egerunt, ſed non quotidie, quia defecerunt in pluribus diebus, & in aliis pluribus non intervenit Scaramuccia, qui erat principalis Perſona alios omnes ſuſtinens, & excedens, & nullo erat legitimo impedimento detentus, quo præjudicatum fuit Caballino ob minorem Populi confluentiam, & ſunt iſta
omnia etiam notoria, de quibus 37
valui me extrajudicialiter, & ſine partis citatione etiam informare, *Gratian. diſcept. 765. num. 6. diſcept. 766. num. 17. diſcept. 780. num. 14. diſcept. 870. num. 4. & diſcept. 925. num. 6. & Rot. recent. par. 4. tom. 2.*
deciſ. 18. num. 18. & ſic etiam ſine 38
proceſſu, *Rot. poſt Vivian. de jurepatr. dec. 47. nu. 14.* placuit mihi in hac cauſæ perplexitate mediam
viam eligere, ut id multoties 39
permiſſum eſt, ad *Menoch. de arbitr. quæſt. 56. num. 2. & 3.* & in puncto, ſeu ſimili, *Pen. dec. 898.*
num. 1. formatur enim lucrum, & 40
deſcendit ab onere, *Joſ. Ludovic. dec. Peruſ. 43. num. 5. par. 1. Rot.*
recent. par. 6. dec. 19. num. 8. debet- 41
que ſalarium proportionatum eſſe laboribus, *Rot. diverſ. par. 1. dec. 94. nu. 2. & recent. par. 5. tom. 1. dec. 156. num. 4.* & qualitati perſonarum, *d. dec. 94. num. 2. par. 1.*
diverſ. & integrum non poteſt 42
prætendere, qui integras operas non præſtitit, *Add. ad Buratt. dec.*
69. num. 14. cum labore ſublato, 43
tollatur, & præmium, *Rub. in adnot.*

not. ad Rot. recent. par. 4. tom. 3. dec.
44 *576. num.* 120. & labore diminuto, diminuatur, & salarium, *Gratian. dec.* 101. *& Rot. post nostrum tract. de mand. de manuten.*
45 *dec.* 335. *num.* 8. nec possit quis consequi lucrum ex contractu, quem non adimplevit, *Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. dec.* 542. *num.* 1. *&* 19. *& ad eand. adnot. Rub. nu.* 35.
46 & idem dicendum sit de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, *Greg. decis.* 535. *num.* 21. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 46. *num.* 26. *& dec.* 206. *num.* 7. *& par.* 6. *dec.* 169. *num.* 6.

Nec obstat, quod conventio non videretur perfecta, nec pro-
47 babilis ob non secutam scripturam, ut erat in pacto, *Gratian. discept.* 842. *num.* 19. *&* 20. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 681. *num.* 2. *& seqq. & par.* 6. *dec.* 199. *num.* 9 *&* 10. *post Gabr. de pact. concl.* 3.
48 *per tot.* nec jus aliquod oriri potest ex contractu à partibus non absoluto, *Bald. in l. avia, num.* 23. *C. de jur. dot.*

49 Quia respondetur sufficere conventionis probationem per partis confessionem, ut per *Gabr.*
50 *d. concl.* 3. *sub num.* 4. & quod non appareat, fuisse reservatam confectionem scripturæ pro perfectione contractus, *Rot. recent. d. dec.* 681. *num.* 8. sed pro sola cautela, & commodo Caballini, cui provisum à me fuit ex condemnatione in minori summa.

Nec refragatur replicatio, quod judicandus sit contractus
51 imperfectus, quia non facta scriptura, Caballinus protestatus fuit, se nolle teneri, & sic conventionem annulavit, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 32. *num.* 8. *& tom.* 3. *d. decis.* 681. *num.* 4. *Jos. Ludovic. dec. Perus.* 101. *num.* 13. *par.* 2. *Boer. dec.* 183. *num.* 9. *&* 10.

Nam respondetur protestationem non probari, nisi per unicum testem, & dictum unius 52
esse dictum nullius, ad *Pen. dec.* 278. *num.* 2. *& dec.* 316. *num.* 3. *& Rot. recent. par.* 6. *dec.* 256. *num.* 8. nec testem aperire, an protesta- 53
tio fuerit in ipso actu, seu post actum absolutum, & an incontinenti, vel ex intervallo, nec an pars fuerit presens, & illi consenserit, ut opus fuisset, ad *Dec. cons.* 523. *sub num.* 5. *lib.* 2.

Et ita &c.

Coloniæ, seu Colonum.

Veneris .. Maii 1651.

ARGUMENTUM.

Rustici an sint miserabiles personæ ad effectum gaudendi beneficio Statuti de duabus conformibus. An possit dari de attentatis post rem judicatam. Judex suspectus quando, & quomodo possit allegari.

SUMMARIA.

1 *Sententiæ duæ conformes ex Statuto Bononiæ ad favorem miserabilium personarum habent executionem paratam.*
2 *Rustici an sint miserabiles personæ, & num.* 7. 8. *&* 9.
3 *Lis non dicitur finita per rem judicatam, ubi adhuc causa reperitur commissa.*

 4 *At-*

4 *Attentata dicitur electio coloni pendente causa exfractationis, prout & illius discussus pendente causa super continuatione, & num. 5.*

6 *Attentatorum remedium alia omnia judicia suspendit, & est aliis omnibus privilegiatum. Lim. ut num. 13.*

10 *Attentata cessant post sententias facientes rem judicatam, & à quibus non datur appellatio, & num. 11. Ampl. ut num. 12.*

13 *Colonia contrahi potest ad vitam, & dicitur ad longum tempus.*

14 *Sententiæ conformes nullæ, & injustæ non sunt exequendæ. Decl. ut num. 27.*

15 *Sententia Judicis allegati suspecti nulla est.*

16 *Sententia confirmans aliam nullam, & illa nulla est.*

17 *Probationi locus est ad impediendam executionem ex clausula, si quid exequendum.*

18 *Suspicionis Judicis allegatio post consensum in jurisdictionem non attenditur.*

19 *Ampl. & multo minus postquam causa est instructa, & in calculo ferendæ sententiæ.*

20 *Suspicionis Judicis causa allegata an sit probanda, & num. 21.*

22 *Suspicionis Judicis allegatio ut suffragetur, quæ requirantur.*

23 *Sententia Judicis nulliter recusati justa potest confirmari.*

24 *Colonus ad partem fructuum dicitur socius, saltem improprie.*

25 *In Societate nemo invitus stare cogitur.*

26 *Colonus potest à colonia discedere.*

DECISIO LII.



Joannes, & Sebastianus de Rondellis coloni partiarii Excellent. D. Floriani Dulphi J.U.C. & Advocati post obtentas duas sententias conformes super recessu à colonia cum Victoria etiam expensarum à Prædio recesserunt, pendente earumdem sententiarũ executione ab Eminentiss. D. Legato commissa cum clausula, Si quid exequendum Excellentiss. D. Picotto Prætori cum Voto meo, & ad colendum se transtulerunt aliud Prædium Excellentiss. D. Caroli Dulphi pariter U. J. C. fratris dicti D. Floriani.

Unde coram nobis ex parte colonorum, seu potius D. Caroli pro eis instabatur pro dictarum sententiarum executione sub prætextu, quod locus esset Sta- 1
tu Bononiæ super executione duarum conformium latarum ad favorem miserabilium personarum.

Ex adverso autem D. Florianus prætendebat, colonos attentasse, dum discesserunt, lite adhuc pendente, ab ejus Prædio, tum quia non intraret Statutum, ex quo coloni ex eo solo, quod 2
sint

sint rustici, non sint inter miserabiles personas connumerandi, cum maxime habeant de proprio oves, & boves, ut constat ex
3 processu, tum quia nec per rem judicatam dicatur lis finita, ubi adhuc causa est commissa, *Lancell. de attent.* 2. *par. cap.* 4. *in præfat. num.*276.& pro inde sicut,
4 quando causa est introducta super præcepto emanato contra colonos de discedendo, si ab actore eiiciantur, dicitur constare de attentatis, *Gratian. dec.*132. *num.* 1. sic versa vice, ubi causa pendet super præcepto de non discedendo, seu super petitis comeatis, si coloni recedant, ut hoc casu, de attentatis pariter
5 constare dicendum sit, cum correlativorum eadem sit juris dispositio, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 607. *num.* 29. & ideo ipse D. Florianus insistebat pro attentatorum revocatione, & sic ut cogerentur dicti coloni ad redeundum ad suum Prædium, prout ad id facultatem nobis directam impetraverat, prætendens, quod
6 attentatorum remedium omne aliud judicium suspendat, & sit omnibus alijs remediis magis privilegiatum, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 236. *num.* 18. *& post nostrum tract. mand. de manuten. dec.* 641. *num.* 16. *& Pen. dec.* 251. *nu.* 8.

Quibus replicabatur pro colonis ipsos habendos esse pro mi-
7 serabilibus personis, cum rustici inter eas connumerentur, ut videtur sentire, *Menoch. de arbitr.*
8 *cas.* 66. *num.* 6. vel esse id positum in arbitrio Judicis, *Menoch. ibid. num.* 1. *& seqq.* pro quibus hisce temporibus videtur inclinandum, cum omnes sint non solum pauperes, sed immo innopes, 9
qui non longe sunt dissimiles miserabilibus personis, *Menoch. d. num.* 1. vel immo illis æquiparari videntur, ad *Cost. de remed. subsidiar. remed.* 125. *num.* 1. seu miserabiles personæ dicuntur, *Gargear. patroc.* 47. *num.* 1. *lib.* 2. & æquiparantur pupillis, *Gargear. patrocin.* 57. *num.* 1. *sub vers. & necessitate impediri lib.* 1. Et quoad attentata replicabatur, vel illa non extare, stantibus sen- 10
tentiis facientibus rem judicatam, *Lancell. de attent.* 1. *par. in præfat. num.* 38. & à quibus non 11
dabatur appellatio, *Rot. post nostrum tract. mand. de manuten. decis.* 636. *num.* 2. & maxime cum non 12
fuerit colonis ante recessum intimata nova hæc commissio, nec præsentata inhibitio, vel prætensorum attentatorum cognitionem pendere ab ipso negotio principali, quod versatur circa illud, an duraret, vel duret colonia, quæ est exceptio, quæ ad- 13
mittitur contra ipsa attentata, *Lancell. de attent.* 3. *par. cap.* 24. *quæst.* 19. *num.* 1. *& seqq.* & quam coloniam ex conventione durare prætendit D. Florianus ad ejus vitam, prout de jure sic contrahi potest, *Gratian. discept.* 917. *nu.* 9. & dicitur ad longum tempus, *Cald. de jur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 33.

Præterea D. Florianus dabat de nullitate, & injustitia sententiarum, ex quibus prætendebat, 14
non esse locum executioni, ad *Covar. pract. quæst. cap.* 25. *num.* 2. *&*

& 4. & *Gratian. discept.*581 *num.*
15 13. & *seqq.* nullitatem deducens,
ex quo primus Judex pronuncia-
verit, postquam fuerat allegatus
suspectus, *Rot. recent. par.* 1. *dec.*
135. *num.* 4. & *dec.* 162. *num.* 1. &
post 2. *vol. cons. Farinac. dec.* 347.
16 *num.* 1. & subsequens sententia
primam confirmans, & illa nulla
diceretur, *Rot. recent. par.* 6. *dec.*
222. *nu.* 1. & injustitiam allegans,
quia colonia contracta esset ad
vitam dicti D. Floriani juxta le-
cturam secundæ apocæ inter eos
confectę, ad cujus meliorem re-
cognitionem, & justificationem
intendebat, & instabat modo
17 alios testes examinari, quod fieri
posse prætendebat etiam in ter-
minis commissionis cum clausu-
la, Si quid exequendum, ad *Bel-
tram. ad Greg. dec.* 581. *num.* 12. &
Rot. post nostrum tract. de subhast.
dec. 101. *num.* 24.

Unum ex parte colonorum
respondebatur, recusationem Ju-
dicis, seu allegatam suspicionem
fuisse non solum post consensum
18 in jurisdictionem, quæ non at-
tenditur, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3.
dec. 638. *num.* 3. *et* 4. sed post cau-
sam instructam, & in calculo fe-
19 rendę sententiæ, quæ non dicitur
legitima nec admittenda, *Lan-
cell. de attent.* 2. *par. cap.* 6. *num.* 59.
et 62. *Gratian. discept.* 701. *num.* 22.
& 23. præsertim cum prætensa
nova causa suspicionis assertæ
propalationis animi non fuerit
20 tunc probata, ut probanda erat,
dum proponebatur post litem
contestatam, *Rot. recent. par.* 5.
tom. 1. *decis.* 233. *num.* 3. (quamvis,
21 si antea fuisset legitima, & suffi-
ciens causa allegata, satis fuisset,
si postea probata esset, *Rot. recent.*
par. 4. *tom.* 3. *decis.* 638. *num.* 6. *et par.*
6. *decis.* 165. *nu.* 6. & concurrerent
alia juris requisita, quæ ultra 22
causæ suspicionis deductionem
sunt, ut recusatio opponatur in
scriptis, *Lancell. de attent.* 2. *par.*
cap. 6. *num.* 76. & cum juramento,
& petitione electionis perito-
rum, atque appellatione, *Rot.*
recent. d. par. 6. *decis.* 165. *num.* 1.)
ac ideo sententiam primi Judicis 23
nulliter recusati justam potuisse
confirmari, *Gratian. discept.* 701.
num. 24. & de justitia constare, ex
quo testes non concludunt, colo-
niam fuisse contractam ad vitam
D. Floriani, & propterea eam
fuisse in fine cujuslibet anni re-
vocabilem, prout ex parte colo-
norum in tempore, & servatis
servandis revocata fuit, cum co- 24
lonus ad partem fructuum dica-
tur socius, *l. si merces, §. vis major,*
ff. locat. Aret. in princ. Institut. de loc.
& cond. num. 2. & 5. *Jos. Ludovic.*
decis. Perus. 106. *num.* 24. *par.* 2.
Gratian. discept. 149. *num.* 2. saltem
improprie, *Pen. decis.* 1463. *nu.* 25.
& nemo invitus in societate stare 25
cogatur, *Jos. Ludovic. d. decis.* 106.
num. 27. *Buratt. decis.* 30. *num.* 1. &
ideo colonus possit à colonia 26
discedere, *Jos. Ludovic. d. decis.*
106. *num.* 27. & in omnem casum
non constare de nullitate noto-
ria, vel evidenti injustitia, ut 27
esset necesse pro impedienda
executione conformium, *Gra-
tian. discept.* 515. *num.* 48. & 49. *et*
discept. 581. *num.* 13. *et seq.*

Quare cum præsens causa in
effectu ageretur inter fratres Ju-
ris-

risconsultos, qui personas colonorum contendebant, ad lites dirimendas, eosque reconciliandos, studuimus illos ad concordiam reducere, & recepto ab utroque verbo de stando nostræ determinationi, sententiam tulimus, qua partes hinc inde à petitis absolvimus, & super illis perpetuum silentium imposuimus, & mandavimus amplius non molestari, quæ sententia fuit ab eisdem statim expresse, ac in scriptis acceptata.

Et ita &c.

MELIORAMENTORUM.

.... Julii 1651.

ARGUMENTUM.

De accesso Judicis ad locum differentiæ. De manutentione hæredis conductoris pro interesse expensarum, & melioramentorum, & de ipsis melioramentis.

SUMMARIA.

1 *Accessus Judicis ad locum differentiæ, parte instante, & suis sumptibus nunquam negatur. Ampl. ut ibidem, & num. 2. & 3.*

2 *Peritorum testimonium semper admittitur.*

4 *Periti super melioramentis quomodo debeant referre.*

5 *Melioramentorum in materia probandum est, quid melioratum, & quid impensum, & status antiquus, & melioramentorum qualitas, & num. 6. & 11.*

7 *Melioramentorum in materia fit condemnatio, & restitutio in eo, quod minus est, sive melioratum, sive impensum, mediam, vel minimam summam eligendo, & num. 8.*

9 *Melioramentorum valor non arguitur ex impensa.*

10 *Expensum inutiliter in meliorationibus non repetitur.*

11 *Expensæ factæ in melioramentis aliquando restituuntur per abrasionem.*

12 *Melioratione notabili probata, constare dicitur re ipsa de aliquibus expensis.*

13 *Expensarum ratio habetur in restitutione, non melioramentorum, quando sunt factæ à possidente jure dominii in solo proprio.*

14 *Melioramentorum causa pendente, datur conductori manutentio in re meliorata.*

15 *Manutentio, & retentio datur pro melioramentis etiam illiquidis, dilatione concessa ad illa liquidandum.*

16 *Ampl. ut non sufficiat cautio de illis reficiendis.*

17 *Manutentio quando debeatur à Judice appellationis tamquam in prima illi, qui in ea succubuit coram Judice, à quo, & num. 18. & 19.*

20 *Locatur quando sit manutenendus contra conductorem.*

21 *Conductori quando non competat manutentio contra locatorem.*

22 *Melioramenta non præsumuntur.*

23 *Melioramentorum nulla ratio habetur, ubi nec in genere sunt*

sunt probata.

24 *Expensarum occasione melioramentorum exceptio non impedit manutentionem.*

25 *Melioramentis in genere probatis, locus est cautioni de illis reficiendis, facta liquidatione. Ampl. ut num. 26.*

27 *Manutentio quando pendeat à negotio principali, & non debeat nisi cum eo expediri, & num. 28.*

29 *Mandatum de manutendo ad favorem locatoris quando sit exclusivum mandati ad favorem conductoris.*

30 *Manutentionis in judicio requiritur aliqua brevis causæ cognitio.*

31 *Melioramentorum liquidatio spectat ad illa prætendentem.*

32 *Conductori non competit jus retinendi nisi cum possessione probet etiam causam possidendi.*

33 *Retinendi jus non competit, nisi creditum liquidetur.*

34 *Excipiens de non legitima, & clara liquidatione melioramentorum, & de excessivitate an admittatur ad probandum ad effectum retardandæ manutentionis.*

35 *Probatio de consensu partium admissa non est aliena à judicio manutentionis.*

DECISIO LIII.



ORTA per mortem Maurini conductoris Prædii cum Domo in loco..... controversia inter D. Marcum Antonium Balzanum locatorem ex una, & D. Lauram Mediavaccam dictis conductoris uxorem, & in aliorum omnium attinentium defectum ab intestato hæredem, *l. 1. C. de und. vir. et uxor.* partibus ex altera super manutentione in dicti Prædii possessione, fuit per D. Vincium Auditorem Illustrissimi D. tunc V. Legati manutentio ad favorem dicti Balzani locatoris decreta, Quam deinde D. Michillus Auditor Emin.^mi D. Legati reformavit, manutentionem concedens D. Lauræ in Domo dicti Prædii, donec illi expensæ seu melioramenta desuper à viro facta reficerentur. Et tertio loco D. Stellutus Auditor Generalis decretum primi Judicis in omnibus confirmavit, & aliud secundi Judicis revocavit cum conditione, seu clausula, data tamen per D. Balzanum cautione de restituendo dictæ D. Lauræ expensas, seu melioramenta facta liquidatione, & fuit mandatum, expeditum, & executum.

Introductoque, successive ab hac ultima pronuncia recursu coram Eminentissimo D. Legatomet, & coram eodem electis hinc inde Peritis, & ex parte dictæ Lauræ in actis producto eorum relationis folio, in quo expensæ liquidantur ad lib. 400. & ex adverso oppositione facta de defalcatione facienda summæ, quæ ostenditur defuncto solutæ seu restitutæ, & replicatione subsecuta, quod solutio, & restitutio esset in aliam causam, antecedentium scilicet expensarum in iis, de quibus nunc agitur,

non

non comprehensarum, & facto de consensu partium decreto super præsentatione, & comparitione dd. peritorum ad effectum illos interrogandi, an in æstimatione, & relatione rationem habuerint dictarum omnium expensarum, vel aliquarum tantum Eminentissimus D. Legatus causam, seu causas in hujusmodi statu mihi commisit eadem ejus auctoritate.

Ego vero, instante Laura pro manutentione, & Balzano pro accessu ad locum, & Domum differentiæ cum iisdem Peritis ad effectum melioris liquidationis dd. expensarum, quas in rationem melioramentorum se reficere paratus erat, computatis solutis, pro celeriori expeditione causæ, ad quam tendit ipsa loci visitatio, ut legitur in ejus forma, penes *Saluss. Tiber. in formul. instrum. lib. 3. fol. mihi 336.* destinavi me pro accessu, & visitatione ad diem sequentem, & monui partes ad interessendum, & conducendum peritos, sine præjudicio judicii summarissimi manutentionis.

1 Ocularis enim inspectio, & Judicis accessus, ac loci visitatio, parte maxime instante, & suis sumptibus, ut hoc casu, nunquam negatur, & admittitur etiam via probationibus præclusa, & post didicita testificata, & conclusum in causa, & etiam si sit jam in judicatum, *Cost. remed. subsid.* 101. *num.* 1. 4. 7. 8. *&* 9. *& ego habui in tract. mand. de manuten. observ.* 101. *num.* 5. *et* 6.

2 prout permittitur Peritorum testimonium, ut etiam dixi *d. num.* 5. *ex Luc. Pet. in pract. lib. 2. cap.* 11. *num.* 2. *post princ.* & testium examen in ipso loco, *Cost. loc. cit. nu.* 7. 3
& signanter in liquidatione melioramentorum, *Cost. ibid. num.* 3. quorum æstimatio fieri potest etiam ex officio à Judice per rei evidentiam, *Mascard. de probat. concl.* 1040. *num.* 18.

In præsenti autem casu melior melioramentorum liquidatio requirebatur, Tum quia non bene constabat, an à Peritis æstimatæ essent meliorationes, seu expensæ universæ, à conductore factæ, & maxime cum coram me Balzanus aliud relationis folium ab eisdem peritis etiam subscriptum produxerit, in quo leguntur verba importantia universas expensas, universaque melioramenta. Tum quia Periti in neutro ex dictis duobus relationis foliis dicunt domum esse majoris valoris, quam esset ante prætensas expensas, nec quod tantum communiter valeat, & vendi possit, nec fuit per eos particulariter, & sigillatim, ac distincte æstimatus valor materiæ, cœmentorum, & aliorum omnium, ut opus erat, 4
Rot. post Merlin. de pign. decis. 127. *num.* 22. *vers. nec magis, & nu.* 23. nec distinguunt expensas à melioramentis, itaut intelligi possit, quid expensum, & quid melioratum, prout utrunque probandum est, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. 5
decis. 457. *num.* 7. *& par.* 7. *decis.* 48. *num.* 14. *&* 15. *decis.* 88. *num.* 28. *& decis.* 126. *num.* 25. *& post Merlin. de pignor. decis.* 81. *nu.* 21. *decis.* 137. *num.* 25. *&* 26. nec non status 6

antiquus, *d. decis.* 88. *num.* 28. *&* *par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 206. *num.* 1. & post *Merlin. de pignor. decis.* 137. *num.* 24. *Buratt. decis.* 834. *num.* 11.
7 ad effectum ut sequi possit condemnatio, & restitutio in eo, quod minus est, ut jus mandat, ad relata per me in *tract. mand. de manuten. observ.* 12. *nu.* 55. & tradit *Abb. licet loquatur de Ecclesia, in cap. quod quibusdam, nu.* 9. *de fidejuss. & Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 206. *sub num.* 2. *& tom.* 2. *decis.* 306. *nu.* 45. *&* 7. *& decis.* 547. *nu.* 6. *& par.* 6. *decis.* 116. *num.* 1. *& seqq.*
8 minimam, vel mediam summam in liquidatione capiendo, *Buratt.*
9 *decis.* 558. *num.* 6. nec sola impensa infert ad eundem valorem meliorамentorum, quia ex affectione, & mala negociatione pluris potuit solvi, *Rot. recent. d. par.* 4.
10 *tom.* 2. *decis.* 306. *num.* 6. nec repeti potest illud, quod fuit inutiliter erogatum, *Rot. recent. d. par.* 6.
11 *decis.* 116. *num.* 3. nec aliquando recuperatio fit per restitutionem, sed per abreptionem, unde propterea constare debet etiam de melioramentorum qualitate, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 206. *num.* 3. *Boer. decis.* 44. *num.* 6. *& seqq.*
12 quamvis, ubi doceretur de notabili melioratione, videretur re ipsa constare de aliquibus expen-
13 sis, *Greg. decis.* 475. *num.* 7. quæ etiam essent reficiendæ, quando essent factæ à possidente jure dominii in solo proprio, *Pen. decis.* 334. *num.* 13. *in fin.*

14 Neque obstat, quod, pendente causa super melioramentis, & eorum liquidatione, esset danda manutentio in Domo meliorata ipsi Lauræ conductoris hæredi, ut habui *in tract. mand. de manuten. obser.* 52. *num.* 18. & sit generalis conclusio, quod pro melio- 15
ramentis etiam illiquidis detur retentio, & manutentio, data dilatione ad liquidandum, quando liquide constat de melioramentorum substantia, *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 20. *Rot. post d. nostrum tract. de mand. de manuten. decis.* 487. *num.* 11. *&* 12. & post alterum nostrum *tract. de subhast. decis.* 69. *num.* 36. *& penes Zacch. de oblig. camer. decis.* 129. *num.* 3. *Duran. decis.* 385. *nu.* 4. *Buratt. decis.* 169. *num.* 11. *ubi Add. num.* 15. *& Rot. post Merlin. de pignor. decis.* 5. *num.* 20. *decis.* 86. *num.* 1. *&* 7. nec locus sit cau- 16
tioni de illis reficiendis, *Duran. & Buratt. ibid. & ibi Add.* Atque proinde dum constat de dictæ 17
Lauræ possessione, & de injustitia denegationis manutentionis ad illius favorem, & concessionis manutentionis ad favorem locatoris adversarii, deberetur Lauræ in hoc gradu etiam appellationis, vel recussus manutentio in dicto Domo meliorata tamquam in prima, ad relata per me in *tract. mand. de manut. observ.* 107. *num.* 47. *&* 48. *vers. sique Judex juxta novam impress.*

Quoniam respondetur primo objectum procedere, si constaret 18
de tali injustitia denegationis, & concessionis manutentionis respective, quæ esset notoria, & nullo velamine offuscari posset, ut etiam habui *d. observ.* 107. *num.* 50. quia succumbens non privatur 19
sua possessione, *d. observ.* 107. *num.*

num. 50. *& ibi Rot. decis.* 603. *nu.* 7. *et Buratt. decis.* 688. *in fin. Cavaler. decis.* 470. *num.* 4. ſed de tali injuſtitia hic non conſtat, ſed potius de juſtitia; Animadvertendo, quod conductio jam erat expirata, & terminata etiam de
20 partium conſenſu, & ſic ex hoc capite manutenendus erat in re locata contra conductorem ipſe locator, ad tradita per me *d. tract. observ.* 16. *num.* 49. *& observ.* 52.
21 *num.* 16. non autem conductor, ſeu illius hęres contra locatorem, *ut dict. observ.* 52. *nu.* 16. Ex capite vero competētis retentionis pro credito melioramentorum pronuncia D. Vincii primi Judicis ſuper manutentione locatoris nō cōtinet aliquam injuſtitiam, quia
22 melioramenta nō præſumuntur, *Duran. decis.* 88. *num.* 9. & coram eo nec in genere de illis fuit do-
23 ctum, & ſic de eis non erat habenda ratio, ut probavi *in d. tract. mand. de manuten. observ.* 12. *num.* 49. *& ibi Rot. decis.* 140. *num.* 11. *et decis.* 317. *num.* 11. *et in recent. par.* 3. *decis.* 322. *num.* 3. *et decis.* 738. *num.* 1. *et par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 322. *num.* 13. *et tom.* 2. *decis.* 117. *num.* 11. *et par.* 6. *decis.* 276. *num.* 3. *Duran. d. decis.* 88. *num.* 9. & in
24 terminis expenſarum, quod earum exceptio non impediat manutentionem, dixit *Rot. post dict. nostrum tract. de manuten. decis.* 476. *num.* 4. *et* 6. Coram vero D. Auditore Generali tertio Judice, qui pronunciam Vincii confirmavit melioramenta probata fuerunt in genere tan-
25 tum; Unde ſatis ab eo proviſum fuit, mediante cautione de reſtituendo, facta liquidatione, ſecundum ea, quæ compilavi *d. obser.* 12. *num.* 49. *& tradit Duran. dec.* 385. *sub num.* 8. *et Add. ad Buratt. d. dec.* 169. *sub nu.* 15. *Pen. dec.* 334. *num.* 8. *Rot. recent. par.* 3. *dec.* 695. *num.* 3. *et par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 322. *num.* 13. *et post d. nostrum tract. de manutent. dec.* 477. *num.* 12. cum 26
maxime Laura per tres inſtantias fuiſſet in culpa, & mora liquidandi, etiam termino, ſeu terminis ſibi præfixis, ut *d. observ.* 12. *num.* 54. *in fin. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 127. *num.* 8. *& dec.* 217. *num.* 1. *& seqq. Buratt. dec.* 441. *num.* 7. Atque cum prætenſa in- 27
juſtitia ſit ſaltim dubia, & non patens, dicitur manutentio, quam prætendit Laura, quæ ſuccubuit, pendere à negocio principali juſtitiæ, vel injuſtitiæ manutentionis adverſario conceſſæ per duas conformes, ut dixi *d. tract. de mand. de manuten. observ.* 43. *num.* 6. *& ibi Rot. dec.* 9. *num.* 31. *in fin.* quæ non debet expediri, 28
niſi cum ipſo negocio principali, *d. observ.* 42. *nu.* 1. *et d. decis.* 9. *nu.* 31 *in princ.* & ſic unica ſententia, quæ totam cauſam amplectatur per viam confirmationis, & revocationis, ſeu reformationis, cum mandatum de manutenendo obtentum, & executum ad favorem 29
Balzani ſit excluſivum mandati de manutenendo ad favorem Lauræ adverſariæ, eamque poſſeſſione privaverit, dum non docetur de notoria injuſtitia, quę nullo velamine poſſit offuſcari, *d. observ.* 107. *nu.* 50. & conferunt tradita *observ.* 12. *num.* 1. *& seqq. & observ.* 66. *num.* 1. *&* 3.

30 Respondetur secundo, etiam in judicio manutentionis requiri aliquam brevem causæ cognitionem, ut habui *d. obser.* 82. *num.* 2. & cognitionem, & dilationem unius diei pro visitatione destinatę fuisse breviſsimam, ut de se patet, & necessariam pro melioramentorum meliori liquidatione facienda, sive ex parte Laurę,
31 ad quam spectat eorum liquidatio, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 618. *num.* 5. *in fin.* & juxta supra allegata in objecto ei, quæ in iis suam fundat intentionem, & jus
32 retinendi, quod non competit, nisi cum possessione probetur etiam causa possidendi, *Rot. post d. nostrum tract. de manutent. dec.*
33 511. *num.* 17. & nisi creditum liquidetur, ut dixi *d. observ.* 65. *num.* 4. *in fin. & nu.* 5. sive ex parte Balzani excipientis de non legitima, & clara liquidatione, &
34 de summa excessiva, dum agitur de probatione facienda in continenti, & intra terminum probatorium, vel instantiæ, ut habui *d. observ.* 42. *num.* 37. *& ibi Rot. dec.* 195. *num.* 4. & jam de consensu partium admissa coram Eminentiſsimo D. Legato, quę propterea non est aliena à judicio etiam manutentionis, ut etiam dixi in *d. tract. observ.* 42. *num.* 141.

Ex quibus &c.



ALIMENTORUM, ET SUMPTUS LITIS.

ARGUMENTUM.

Obtenta per mulierem assignatione, & separatione dotis propter viri vergentiam ad inopiam, & lite ad instantiam viri pendente super illius fructuum participatione, an eidem debeantur interim alimenta, & sumptus litis.

SUMMARIA.

1 *Ex Dote Mulieri assignata, & separata propter viri vergentiam ad inopiam ali debet uterque conjux. Ampl. ut num.* 2.

2 *Ex Dotis fructibus ali debet uxor, & quod ex illis superest spectat ad virum, & possunt viri creditores super eo mandata exequi, & num.* 4.

3 *Dotis assignatio mulieri, & separatio propter viri vergentiam ad inopiam importat sequestrationem, & administrationem, non dominium.*

5 *Alimenta, et sumptus litis debentur pauperi litiganti, constito de illius bono jure per sententiam. Lim. ut num.* 14.

6 *Alimenta, et sumptus litis debentur pauperi litiganti, quando ille ex bonis, ad qua agit alendus est.*

7 *Alimenta, et sumptus litis petens per modum provisionis debet allegare, et probare pauper-*

pertatem in specie.

8 *Ampl. præsertim in viro illa petente ab uxore, quæ restitutionem dotis obtinuit propter illius vergentiam ad inopiam.*

9 *Dotis assecurationi quando sit locus, et num. 10. et 11.*

12 *Paupertas, in quam quis incidit profligando sua bona non suffragatur ad obtinendum ab adversario sumptus litis.*

13 *Litis sumptus in Advocato, et Procuratore non possunt à Paupere prætendi, ubi adest Pauperum Advocatos, et Procurator.*

15 *Dotis fructus regulariter non sufficiunt pro substentatione uxoris, & expensarum, quæ fiunt pro ipsius victu, decore, & ornatu.*

16 *Mulier non præsumitur habere nisi dotem, et ea circumscripta dicitur pauper, & aliunde non habere.*

17 *Mulier est in alimentis ex dote detrahendis, et in pari necessitatis causa præferenda viro, cum prima charitas incipiat à se ipso.*

18 *Mulier respectu consecutionis alimentorum ex dote agit de damno evitando.*

19 *Altare unum non est discooperiendum, ut alterum cooperiatur.*

20 *Subveniendum ita non est aliis, ut id eis sit alleviamentum, et nobis afflictio.*

21 *Alimentorum in materia semper deducenda prius sunt alimenta ejus, qui alium alere tenetur, nec ab alio conveniri potest ultra quam facere possit, & num. 22.*

23 *Posse quis non dicitur, quod commode facere non potest.*

24 *Victum quis arectare sibi non tenetur, ut alteri potest.*

25 *Alimenta ex dote maritus pro se deducere non potest, ubi uxor non habet aliunde, unde vivat.*

26 *Maritus æquius est, ut mendicet, quam mulier, quæ dotem babet, patiatur.*

27 *Mulier vivere debet ex dotis fructibus.*

28 *Mulieris alimenta regulanda sunt, ex dotis fructibus.*

29 *Mulier cogitur ex fructibus dotis, et parapbernalium maritum alere, si vergat ad inopiam, et sit in necessitate positus, et aliunde non babeat, et num. 30.*

31 *Mulier vivere, et tractari debet juxta ejus conditionem, qualitatem, et consuetudinem.*

32 *Alimentis majoribus indigent nobiles, quam ignobiles.*

33 *Alimentorum in ratione computatur etiam personæ industria.*

DECISIO LIV.



OBrentis per D. Margaritam Gaggiam contra D. Alexandrum Cavatiam virum duabus sententiis conformibus super dotis assecuratione, atque assignatione in quibusdam particularibus bonis stabilibus, attenta illius

illius vergentia ad inopiam, illisque executioni demandatis, Ac instituto deinde per ipsum virum contra uxorem judicio pro communicatione alimentorum
1 sub prætextu, quod ex dote sit assecurata, & separata ali debeat uterque conjux, *Cost. de remed. subsid. remed.* 1. *sub num.* 5. *Put. dec.* 262. *nu.* 4. *lib.* 3. *juxta veter. impress.*
2 & quod superest ex illius fructibus ultra uxoris alimenta ad virum pertineat, *Bart. in l. si constante, in princ. col. ult. vers. septimo quæro, ff. sol. matrim. Castr. cons.* 65. *sub num.* 3. *ante fin. lib.* 1. *Gratian. discept.* 857. *nu.* 24. & sentit idem *discept.* 700. *num* 55. stante maxime assignatione facta non per
3 maritum, sed per Judicem, quæ videtur importare sequestrationem, & administrationem, non dominium, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 613. *num.* 2. *et seqq.* & ideo
4 in illis valeant etiam viri creditores mandata exequi, *d. dec.* 613. *num.* 3. & lata pro eo prima sententia, & ab ipsa introducta appellatione in hoc nostro Rotæ Tribunali, mediante etiam Commissione Emin.mi Legati cum facutate subministrandi eidem Gavatio interim alimenta, & sumptus litis, si, & quatenus &c.

Dum sticte Gavatius instaret, in primis, & ante omnia sibi provideri de alimentis, & sumptibus litis, ex quo ob suam paupertatem non posset sine illis litem principalem super communicatione fructuum, seu alimentorum dotalium prosequi, & constare ad hunc effectum de illius bono jure ex dicta prima jam obtenta sententia, ac per 5
consequens esset illorum subministrationi locus, *Covar. pract. quæst. cap.* 6. *nu.* 5. *& seqq. Crescent. decis.* 8. *de judic. Greg. decis.* 189. *num.* 1. *& seqq. & ibi Beltram. nu.* 7. *Buratt. decis.* 707. *num.* 1. *ubi Add. num.* 6. *& decis.* 906. *num.* 5. 6. *&* 9. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 318. *num.* 4. cum alimenta debeantur 6
pauperi, lite pendente, quando agens alendus est ex bonis, quorum causa agit, *Lancell. de attent.* 2. *par. cap.* 4. *de attent. lit. pend. limit.* 11. *num.* 43.

Eram in Voto pro negativa, motus, quia ubi quis petit sibi 7
decerni per modum fiduciæ, seu provisionis alimenta, & sumptus litis non sufficit, ut probet paupertatem in genere, sed debet allegare, & probare paupertatem in specie, ostendendo aliunde non habere, unde litiget, & causam prosequi valeat, *l. fin. vers. itaut ex iisdem, C. de ord. cognit. ubi Petr. de Bellapert. in vers. ita tamen quod si non habeat, Salyc. num.* 2. *& Cujac. prope fin. Bar. in tract. de aliment. num.* 44. *Salyc. in l. unic. nu.* 11. *C. de probibit. sequestr. Nevizan. cons.* 44. *nu.* 14. *Curt. de sequestr. nu.* 10. *Pontan. de alim. cap.* 3. *nu.* 4. *& cap.* 13. *in princ. Surd. eod. tract. tit.* 1. *quæst.* 123. *nu.* 4. *& seq. Matt. Coler. de proc. execut. par.* 5. *cap.* 2. *num.* 127. *Matt. Coler. de alim. cap.* 14. *num.* 49. *Milan. decis.* 17. *num.* 43. *lib.* 1. *et decis.* 18. *num.* 1. *lib.* 5. *Valasc. consult.* 1. *num.* 1. *et consult. ult. num.* 6. *Guid. Pap. decis.* 561. *Mysinger. centur.* 6. *observ.* 25. *num.* 1. *Rebuff. tom.* 1. *const. de sent. provis.*

in

in præfat. nu. 22. Cephal. conſ. 354. num. 7. Coſt. remed. ſubſid. 100. nu. 3. Fontanell. de pact. nupt. par. 2. clauſ. 6. gl. 2. par. 4. num. 4. verſ. nam cauſa, Ricc. in collect. deciſ. collect. 3117. verſ. paupertas debet. probari, Creſcent. deciſ. 8. de judic. in princ. Caputaq. deciſ. 22. num. 5. et 6. par. 1. Seraph. deciſ. 426. num. 2. Beltram. ad Gregor. deciſ. 189. nu. 7. verſ. paupertas, Buratt. deciſ. 707. num. 4. verſ. quja ſi moniales, et ibi Add. num. 6. verſ. cauſa enim, Urſell. in verb. contrarium, concl. 90. num. 2. et 4. Rot. recent. par. 2. deciſ. 749. num. 5. et par. 3. deciſ. 499. num. 3. verſ. quja iterum, et par. 4. tom. 1. deciſ. 148. num. 2. et deciſ. 170. num. 2. & Rub. in adnott. ad eand. 4. par. recent. tom. 3. deciſ. 617. num. 33. 34. 105. & ſeqq. & 163. & ſeqq. & in terminis dotis ſequeſtratæ contra voluntatem
8 viri, quod ille ita demum ex ejus fructibus litis ſumptus conſequatur, ſi aliunde non habeat, unde eos ſumat, docet *Bero. in c. navigant. num. 45. de uſur.*

Paupertas autem hujuſmodi non poteſt dici probata ex ſuppoſita ipſius Cavatiæ vergentia ad inopiam, & ex obtenta à D. Margarita uxore ſub eo prætextu, & probatione, dotis aſſecu-
9 ratione, & reſtitutione, quja ei locus eſt non ſolum propter viri ſtatus mutationem ex juribus loquentibus de inopia, *Put. deciſ. 364. num. 2. lib. 3. juxta veter. im-*
10 *preſſ.* ſed etiam quando ille incipit male uti ſubſtantia ſua, licet ſit ditiſſimus, & habeat bona ſufficientia pro dote aſſecuranda, & alimentis, *§. illud, verſ. nos autem, Auth. de æqualit. dot. & donat. gl. 1. in l. ubi adhuc, C. de jur. dot. ubi Bart. num. 4. Bald. nu. 16. & ſeq. Alberic. num. 1. & 2. Ang. num. 1. poſt med. verſ. & conſidera, & nu. 2. & Salyc. num. 2. Bart. in l. ſi conſtante num. 1. in fin. verſ. mihi autem videtur, et num. 2. et 3. ff. ſol. matrim. & ibi Ang. in princ. Caſt. nu. 3. et 4. Alex. nu. 6. verſ. tamen, et Rip. nu. 8. et ſeq. Gayll. obſerv. 23. nu. 11. lib. 2. Coſt. remed. ſubſid. 1. ſub num. 4. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gl. 2. par. 3. nu. 22. et ſeqq. Grat. diſcept. 689. num. 33. Giurb. deciſ. 16. nu. 2. Muta deciſ. 23. num. 20. et ſeq. Put. deciſ. 265. nu. 1. et deciſ. 359. lib. 3. juxta veter. impreſſ.* quja in hac 11
materia conſiderãtur mali eventus, & quod evenire poteſt, *Put. ſuprad. deciſ. 359. lib. 3.*

Accedat, quod paupertas, in 12
quam quis incidit profligando ſua bona, ut dicitur de ipſo Cavatia, non meretur allegari ad obtinendas expenſas litis à ſuo adverſario, *Urſel. d. concl. 90. nu. 3. verſ. valent eodem modo, Buratt. deciſ. 485. in fin.* nec illi ſumptus 13
ſunt conſiderandi, qui poſſunt evitari per Advocatum, & Cauſidicum pauperum, *Jo: Bapt. Bott. conſ. 64. num. 10. & 11. Coſt. de rat. rat. quæſt. 59. num. 55. Cavaler. dec. 467. in fin.*

Præterea excludenda etiam 14
videtur alimentorum, & ſumptuum litis petitio, quando viget gravis ſuſpicio injuſtitiæ, aut nullitatis ſententiæ latæ pro actore, *Cavaler. dec. 170. num. 5.* & in præſenti caſu concurrit magna ſuſpicio injuſtitiæ, quja reditus 15
dotis regulariter non ſufficiunt

pro

pro sustentatione uxoris, & expensarum, quæ fiunt pro ipsius victu, decore, ac ornatu, *Gratian. discept.* 120. *num.* 7. & *dec.* 40. *in*
15 *addit. num.* 4. nec præsumitur mulier habere nisi dotem, & in consequens, ea circunscripta, seu dempta, dicitur pauper, & aliunde non habere, *Rot. recent. par.* 6.
17 *dec.* 231. *num.* 2. ac proinde est in alimentis ex dote detrahendis, & in pari necessitatis causa præferenda, quia prima charitas incipit à se ipso, *d. dec.* 231. *num.* 3.
18 & agit mulier de damno evitan-
19 do, *ead. dec.* 231. *num.* 5. nec est discooperiendum unum altare, ut alterum cooperiatur, *ut ibid. n.*
20 4. nec aliis ita subveniendum est, ut id eis sit leviamẽtum, & nobis afflictio, ut per *Div. Paul. in* 2. *ad Corint. cap.* 8. *vers.* 3. & juxta illud Matthei, ne forte non sufficiat
21 nobis, & vobis; Unde semper deducenda sunt prius alimẽta ejus, qui debet ali, *Ferentill. ad decis. Buratt.* 707. *nu.* 8. nec alimentorũ
22 debitor pro ipsis ab alio cõveniri potest, ultra quam facere possit, *l. in condemnatione; et ibi gloss. et DD.*
23 *ff. de reg. jur.* & non dicitur quis posse, quod comode facere non potest, *can. facit.* 22. *quæst.* 2. *l. nepos Proculo, ff. de verb. signific.* §.
24 *fin. Inst. de inutil. stipul.* nec tenetur quis arctare sibi victum, ut alteri prosit, *Surd. de alim. tit.* 8. *quæst.* 15. *num.* 20. *Barz. dec.* 3. *num.* 292.
25 neque maritus deducere potest ex dote pro se alimenta, ubi uxor non habet aliunde, unde vivat, *Alex. in l. maritum, num.* 1. *in fin.* qui de communi testatur, *ff. sol. matr. Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 78. *nu.* 34. & *seq. Coler. de alim. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 13. & æquius est, ut 26
mendicet maritus, quam mulier patiatur, quæ dotem habet, *Aret. in* §. *item si de dote n.* 4. *Instit. de action.* & vivere debet de illius fru- 27
ctibus, *l.* 3. §. *sed verum, ff. de minor. Lup. in c. per vestras nu.* 3. *fol. mihi* 305. *de donat. in c. vir.* & *uxor. Rot. recent. par.* 6. *dec.* 280. *num.* 11. *Gratian. discept.* 406. *n.* 21. *discept.* 455. *nu.* 10. & *discept.* 660. *nu.* 12. suntque illius alimenta regulan- 28
da iuxta dotis quantitatem, *Burat. dec.* 906. *num.* 8. & tunc tan- 29
tum cogitur ex dote, vel etiam ex bonis paraphernalibus virum etiam alere, si ille non solum vergat ad inopiam, sed positus sit etiam in necessitate, *Gratian. discept.* 952. *nu.* 2. & 3. & aliunde 30
non habeat, *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 72. *num.* 35.

Neque fructus bonorum assignatorum d. D. Margaritæ pro dote, seu eorum affictus annui scutorum Bononiensium 140. videntur excedere necessaria illius alimenta ad victum, vestitum, & expensas famuli, ac famulæ, & aliorum requisitorum pro ipsius substentatione juxta ejus civilem conditionem, & qualitatem, atque consuetudinem secundum 31
quam vivere, atque tractari debet, ad *Surd. de alim. tit.* 4. *q.* 18. *num.* 27. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 166. *nu.* 6. *dec.* 183. *nu.* 1. & 2. *dec.* 416. *nu.* 6. & 7. & satis patet, 32
nobiles majoribus indigere alimentis, quam ignobiles, *Pen. dec.* 541. *num.* 7.

Additur, quod ex processu constat d. D. Cavatiam nonnulla alia

alia bona stabilia possidere, ex
33 quibus juncta industria, quæ in ratione etiam alimentorum computatur, *Pen. d. decis.* 541. *num.* 5. se alere posse indubitatum videtur.

Ex quibus, &c.

EXCEPTIONIS NON ADIMPLEMENTI.

ARGUMENTUM.

Actor, qui non adimplevit ex parte sua, effectualiter tradendo bona cessa, non potest contra cessionarium agere ad id, quod ejus contemplatione promisit. Et tractatur de materia cessionis, & illius errore, & de differentia inter cessionem rei, & cessionem jurium.

SUMMARIA.

1 *Solvere quis non tenetur, quod promisit in recompensationem promissorum ab adversario, nisi hic adimpleverit ex parte sua.*

2 *Traditionis loco non sufficit consignatio facta in chyrograpbo, vel instrumento, nisi facta sit in conspectu rei.*

3 *Traditio actualis possessionis requiritur etiam stante cessione cum clausula constituti.*

4 *Correspectivis in contractibus actori non implenti ex parte sua non competit actio, ut adimpleat adversarius. Ampl. ut num.* 5.

6 *Juvari quis non potest ex contractu ultro, citroque obligatorio, quem non implevit ex parte sua. Ampl. ut num.* 7. *Lim. ut num.* 8.

9 *Molestari quis non debet in vim instrumenti, quod ipsi non fuit servatum.*

10 *Promissio quælibet correspectiva habet tacitam conditionem, si sibi observetur fides.*

11 *Fidem, pactum, vel contractum non servanti, non servatur.*

12 *Exceptio non adimplementi fundata est in interesse, & in fidei violatione.*

13 *Exceptio non adimplementi non tollit actionem, sed, facta oppositione, suspendit, donec adimpleatur.*

14 *Mandatum obtentum ab eo, qui non adimplevit ex parte sua, ut ex adverso fuit oppositum, est nullum, & spoliativum.*

15 *Exceptio non adimplementi non opposita per partem suppleri potest à Judice.*

16 *Promissione non adimpleta, licitum est à contractu recedere, & exceptionis ope illum rescindere, & num.* 17.

18 *Exceptio non adimplementi respectu unius in contractibus non correspectivis, sed separatis non operatur respectu alterius.*

19 *Error quando contineatur in instrumento celebrato in executionem antecedentis apocæ.*

20 *Cessio in juribus habetur pro traditione.*

21 *Cedere potest quis jura, etiam quod ea non possideat.*

22 *Cessio jurium intelligitur de iis, quæ cedens habet.*

23 *Evictionem non debet cedens jura*

jura talia, qualia.

24 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

25 *Referens continet omnia, quæ in relato continentur.*

26 *Jus præambulum convenire debet cum ſequenti.*

27 *Erroris multiplicitas non præſumitur.*

28 *Error donec non probetur, ſtandum eſt inſtrumento.*

29 *Hypothecæ reſervatio in aliqua re fieri non poteſt, niſi illius dominium in alium transferatur.*

30 *Obligatus ad conſequens cenſetur etiam obligatus ad omne neceſſarium antecedens ad effectum, ut conſequens valeat, & num. 31.*

32 *Privatio præſupponit habitum.*

33 *Evinci res dicitur, cum illius dominium evincitur, vel poſſeſſio.*

34 *De Juribus, & actionibus, quæ in bonis competunt idem judicatur, quod de ipſis bonis,*

35 *Locupletari quis non debet cum aliena jactura.*

36 *Evictio promiſſa debetur à cedente, etiamſi ceſſionarius ſciviſſet, rem eſſe litigioſam.*

37 *Evictionis promiſſio promittentem ligat, quamvis alias de ea non teneretur.*

38 *Cedens debitorem, vel jura talia, qualia debet illum, & illa facere verum, & vera.*

39 *Ceſſio non debet eſſe inutilis.*

ꝭꝭꝭꝭꝭꝭ

DECISIO LV.



BTENTIS per D. Equitem Horatium Victorium ſententiis, earumque executione, & poſſeſſione in bonis Minerbii, illa ceſſit D. Carolo Becatello, cum ipſius, & uxoris obligatione de evictione, & clauſula conſtituti, & precarii ad formam formularii Bononiæ, & verſavice D. Becatellus promiſit ſolverere eidem D. Equiti Victorio quandam pecuniarum ſummam in pluribus terminis, quorum primo maturato, egit, & obtinuit D. Eques contra D. Becatellum executionem pro illo relaxari, non obſtante oppoſita exceptione non adimplementi, & non effectivæ bonorum conſignationis.

Requiſitus de Voto ſuper validitate, & juſtitia hujus relaxatæ executionis, reſpondi pro nullitate, & injuſtitia, quoniam quis 1
non tenetur ſolvere, quod promiſit, veluti in recompenſationem, & intuitu præcedentis promiſſionis adverſarii, ut hoc caſu, de conſignando bona, niſi prius ſibi ipſis bonis conſignatis, & hujuſmodi ſibi promiſſione adimpleta, & præcedente, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. deciſ. 136. num. 13.*
nec ſufficit conſignatio facta in 2
Chirographo, ſeu inſtrumento, quando, ut hic contractus non eſt factus in conſpectu rei, *Duran. deciſ. 270. num. 12. & 13.* ſed,

3 sed, stante etiam cessione cum
clausula *constituti*, requiritur
traditio actualis possessionis,
Rot. recent. par. 7. decis. 242. num.
4 1. nec in hujusmodi contractibus
correspectivis actori non im-
plenti ex parte sua actio compe-
tit contra adversarium, ut adim-
pleat, *l. Julianus §. offerri ff. de act.*
empt. Rot. Januen. decis. 155. num.
7. Greg. decis. 261. num. 1. & 2. &
decis. 428. num. 3. Rot. recent. par.
4. tom. 2. decis. 121. num. 3. & 4.
et tom. 3. decis. 668. nu. 12. & qui-
5 dem etiam quod non adimple-
mentum actoris consistat in mi-
nimo, *Greg. d. decis. 261. num. 3.*
et d. decis. 121. n. 4. par. 4. et d. decis.
192. num. 13. par. 5. tom. 1. cum
6 non possit quis lucrari, seu juvari
ex contractu ultro citroque obli-
gatorio, nec illo inniti, quem
non adimplevit ex parte sua, *Rot.*
recent. d. par. 4. tom. 3. decis. 542. nu.
21. & par. 5. tom. 1. decis. 192. num.
12. & 13. Buratt. decis. 881. num.
1. Duran. decis. 9. num. 4. Pen. decis.
798. num. 1. vel adimplevisse non
docet, *Greg. decis. 261. num. 5.*
ubi Beltr. num. 7. Buratt. d. decis.
7 *881. num. 2.* per adimplementum
reale, non per solam oblationem
verbalem, *Duran. decis. 400. num.*
8 *4.* nisi pars implementum reale
prohibuisset, *Rot. recent. par. 5.*
tom. 1. dec. 136. num. 10. & 11.
9 nec debeat quis molestari vigore
instrumenti, quod ipsi non fuit
servatum, *Greg. decis. 261. num. 1.*
10 quia qualibet promisso correspe-
ctiva habet tacitam conventio-
nem, si sibi observetur fides, &
adimpleatur, *Jos. Ludovic. decis.*
Perus. 50. nu. 2. par. 1. Pen. d. decis.
798. nu. 3. sed non servanti fidem,
seu pactum, vel contractum,
non debet fides, vel pactum, aut
contractus servari, *Ruy. cons. 143.*
num. 8. lib. 4. Pen. d. decis. 798. nu.
7. estque exceptio non adimple- 12
menti fundata tum in interesse,
quam in defectu, seu violatione
fidei, *Pen. d. decis. 798. num. 6.*
Adeo ut, quamvis ea non tollat 13
actionem, suspendat tamen, par-
te opponente, illius exercitium,
donec non fuerit impletum, *Se-*
raph. decis. 124. num. 1. & 2. et Rot.
recent. par. 4. tom. 2. decis. 85. nu. 11.
et par. 5. tom. 1. d. decis. 136. nu. 12.
& mandatum interim obtentum 14
sit nullum, & spoliativum, ut ha-
bui in *tract. de subhast. insp. 61. n. 25.*
& tradit Rot. rec. par. 2. decis. 464.
in fin. & quatenus pars non op- 15
ponat, possit hanc exceptionem
supplere etiam Judex, ex officio,
Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. dec. 542.
nu. 30. & promissione non adim- 16
pleta, licitum est à contractu re-
cedere, *Rot. recent. par. 5. tom. 1.*
dec. 136. nu. 9. & exceptionis ope 17
illum rescindere, *Rot. recent. d.*
par. 5. tom. 1. dec. 192. nu. 14. Quid-
quid aliud esset in contractibus
separatis, & non correspectivis,
quoniam in iis exceptio non 18
adimplementi respectu unius
non operetur respectu alterius,
Rot. Januen. d. dec. 155. nu. 7.

Non obstat, quod in apoca,
in cujus executionem deventum
fuit ad instrumentum, & à qua
instrumentum, quo actum fuit,
dependet, non comprehendat
bona Minerbii, & ideo eorum 19
mentionem, & expressionem fa-
ctam in instrumento fuisse erro-

neam, & non attendendam ex
defectu consensus, *Greg. dec.* 179.
num. 5. *Pen. dec.* 71. *nu.* 4. *dec.* 93.
num. 8. Et præterea cessa fuisse
jura bonorum Minerbii, non
20 autem bona, & cessionem jurium
haberi pro traditione, *Natt. consf.*
122. *num.* 17. *lib.* 1. *Tiraq. de utroq.*
retract. lib. 1. *gl.* 7. *num.* 12. *Buratt.*
21 *dec.* 133. *nu.* 4. & posse quem ce-
dere jura, quamvis non possi-
22 deat, *Pen. dec.* 39. *num.* 5. & cessa
tantum intelligi jura, quæ cedens
habebat, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2.
dec. 81. *num.* 2. *Seraph. dec.* 723.
num. 1. *Pen. dec.* 1473. *num.* 1. ita
ut, quamvis deinde illi evicta
fuerit eorundem bonorum pos-
sessio à D. Benedicto Vittorio,
cum id non evenerit ex dato, &
facto ipsius cedentis, idem ad
23 aliud non teneatur, quasi cesserit
jura talia, qualia, & ideo de evi-
ctione non teneatur, *Buratt. dec.*
378. *nu.* 3. *&* *dec.* 380. *nu.* 5.

Etenim respondetur bona Mi-
nerbii in apoca etiam compre-
hendi, si non expressè, saltim ta-
cite, & virtualiter per relationem
ad processum, & sub generali
cessione omnium, quæ litigando
acquirerentur, seu recuperaren-
24 tur, cum relatum sit in referente
cum omnibus ejus qualitatibus,
Greg. dec. 522. *num.* 10. *Pen. dec.*
1253. *num.* 4. *&* *dec.* 1673. *num.* 9.
25 & omnia in relato contenta di-
cantur expressa in referente,
26 *Greg. d. dec.* 522. *nu.* 9. & jus præ-
ambulum conveniat cum se-
quenti, *Put. dec.* 268. *nu.* 5. *lib.* 1.
juxta veter. impress. & sic non so-
lum ex hoc non potest dici erro-
nea expressio bonorum Miner-
bii facta in instrumento, sed
etiam quia ea expressa in eodem
instrumento leguntur quinquies,
aut sexies, & hæc erroris multi- 27
plicitas non est præsumenda,
Buratt. dec. 419. *n.* 10. sed standum 28
est instrumento, donec exadver-
so concludentissime error probe-
tur, *Pen. dec.* 552. *n.* 6. Nec asseren-
dum videtur, fuisse cessa jura non
bona, Tum quia in præcedenti
apoca ceduntur acquirenda ex
lite, & fuerunt acquisita ipsa bo-
na, Tum quia in subsequenti in-
strumentali cessione D. Eques
reservavit sibi in certo casu super
ipsis bonis hypothecam, quod 29
fieri non potuisset, nisi superius
translatum fuisset dominium ip-
sorum bonorum, ad *Seraph. dec.*
933. *num.* 8. non autem hypothe-
cam reservavit super juribus, &
promisit de evictione bonorum,
non vero ad evictione jurium,
prout hypothecam in juribus
reservare debuisset, & de jurium
evictione promisisset, si tantum
jura cedere voluisset. Ex quo
sequitur, ut, cum D. Eques se 30
obligaverit de evictione bono-
norum Minerbii, & sic ad conse-
quens, censeatur etiam se obligas-
se ad tradendum ipsa bona, & sic
ad omne necessarium antece-
dens, *Gratian. discept.* 540. *num.*
48. *&* 71. *discept.* 594. *num.* 19. *&*
discept. 924. *num.* 17. *&* 46. *Rot.*
Januen. decis. 172. *nu.* 15. *et decis.*
275. *num.* 6. *Pen. decis.* 884. *sub*
num. 1. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2.
decis. 209. *num.* 24. *et par.* 6. *decis.*
51. *num.* 6. ad effectum ut conse- 31
quens valeat, *Pen. decis.* 85. *num.*
10. & facit, quia privatio præ- 32
sup-

supponit habitum, *Inst. de libert. in princ. Buratt. decis.* 245. *num.* 14.
33 & quod tunc dicitur res alicui evinci, si illi rei possessio, vel proprietas auferatur, *Gratian. discept.* 950. *num.* 18. Et quatenus etiam intelligerentur cessa jura,
34 non bona, idem judicaretur de juribus, & actionibus, quæ in bonis competunt, quod de ipsis bonis, super quibus competunt, *Seraph. decis.* 932. *num.* 4. & quatenus evictionis promissio esset restricta ad evenientem ex dato, & facto proprio tantum, illa etiam aliter secuta, non teneretur D. Becatellus pretium solve-
35 re, sed posset illud retinere, ne alias D. Eques locupletaretur cum aliena jactura, *Buratt. decis.* 507. *num.* 1. *et Rot. recent. par.* 7.
36 *decis.* 155. *num.* 7. 9. *&* 10. debereturque à D. Equite evictio promissa, etiamsi posset dici, D. Becatellum non ignoranter in cessionem recepisse rem litigiosam, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.*
37 337. *num.* 24. *& seqq.* quia evictio expresse promissa promittentem ligat, quamvis alias non teneretur, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 176.
38 *num.* 7. *et seqq.* & cedens quoque debitorem, seu jura talia, qualia, debet illam, & illa facere verum, & vera *Gratian. decis.* 13. *num.* 30. *Greg. decis.* 579. *num.* 3. & ibi *Add. num.* 5. *Duran. decis.* 404. *num.* 5.
39 *&* 6. ne cessio alias sit inutilis, *Gratian. d. decis.* 13. *num.* 29.

Et in hujusmodi sum Voto &c.

RENUNCIATIONIS APPELLATIONI.

Novembris 1651.

ARGUMENTUM.

Appellationi ab interlocutoria an renunciari possit invito appellato. Appellatio ad Sanctissimam, vel etiam, & ad Sedem Apostolicam devoluitur ad Curiam.

SUMMARIA.

1 *Appellans potest suæ appellationi ab interlocutoria renunciare invito appellato. Contrarium num. 2. & 4. Lim. ut num. 5.*

3 *Appellans potest pœnitere in sui præjudicium, sed non in præjudicium adversarii.*

4 *Appellatio ab interlocutoria an devolvat ad Judicem ad quem negocium principale, & num. 11.*

6 *Correspectivi dicuntur actus, quando unus fuit factus propter alium, seu unus ab alio pendet.*

7 *Actus quando dicatur connexi.*

8 *Actus plures quando pro uno reputentur.*

9 *Adhærentes dicuntur, qui sunt ejusdem voluntatis, cujus est principalis.*

10 *Appellationi renuncians non tollit adhæsionem.*

11 *Judex à quo dicitur appellanti suspectus.*

12 *Correspectivorum uno sublato, tollitur & aliud nisi de ipsa sublatione disputetur, & quatenus*

tenus in ea concurrat consensus utriusque partis, & num. 13.

14 *Appellatio effecta communis alteri parti ut tollatur, illius etiam consensus requiritur.*

15 *Impugnans actum eo juvari non potest.*

16 *Lim. secus impugnatione pendente.*

17 *Lim. secus impugnatione à parte non acceptata.*

18 *Lim. ut possit si in ea fundare Judex, & eo magis Princeps.*

19 *Appellationi renuncians jurisdictionem restituit Judici à quo, et ex hoc appellatus obtinet intentum suum, Lim. ut num. 20. et 21.*

22 *Appellationi si à Judice à quo respondetur, Non admisit, nisi si et in quantum, ea admissa intelligitur, si sit admittenda, et non admissa, si non sit admittenda, et sensus est, non debemus deferre de jure, sed propter reverentiam deferimus, et num. 23.*

24 *Appellatio etiam ab interlocutoria, atque etiam quod sit dubitabilis, admitti debet, ubi appellatur ad Papam, ob reverentiam.*

25 *Appellatio datur ab interlocutoria, per quam affertur praejudicium irreparabile.*

26 *Appellatio ad Sanctissimum, vel et etiam ad Sedem Apostolicam devoluit causam ad Urbem, et, si quid fiat in partibus, dicitur attentatum, et num. 27.*

DECISIO LVI.



EMINENTISSIME Domine. D. Michillus videtur habere conclusionem pro se, quod po- 1
tuerit suae appellationi ab interlocutoria D. D. Syndicatorum, *Salvis exceptis mandarunt accedi partecitata ad Cancellariam Eminentiss. Legati, & extrahi jura indicata*, renunciare invito Syndico Civitatis appellato, ex *Franc. in c. interposita §. illa denique num. 10. 11. & 15. de appellat. & ibid. Abb. n. 4. Dec. in c. accepta in fin. eod. tit. Ruginell. de appellat. §. 6. gl. 1. cap. 1. num. 21. & 22. Scacc. eod. tract. q. 17. limit. 2. num. 109. & seq. & limit. 9. num. 6. 7. nu. 100. in fin. Cost. de re integr. distinct. 58. nu. 10. & seq.* licet con- 2
trarium teneat *Bart. in l. si quis libellos 28. C. de appell. num. 1. & ibi Salyc. etiam num. 1.* ubi, quod, 3
qui appellat, potest poenitere in quantum appellatio facit pro se, secus in quantum facit pro parte adversa, seu illius intersit, *& num. 2. & 3.* quod facit pro adversario, & illi prodest, ubi est appellatum ab interlocutoria, quia tunc re- 4
quiritur, quod totum ad Judicem devoluatur ad quem est ap- 6
pellatum, nec potest appellans renunciare appellationi, & reverti ad Judicem primum invito appellato *ex c. 1. de appell. in 6.*

Fallit tamen d. conclusio, quando appellatio fuit approba- 5
ta

ca vel ab appellato, vel à Judice, ut ita procedere doctrinam *Bart. in d. l. si quis libellos declarat idem Franc. in d. c. interposita §. illa denique de appell. nu.* 11.

In præsenti casu videtur appellatio approbata tàm à parte, quàm à Judicibus.

A parte, quja & ipsa eodem tẽpore appellavit à responsione de apostolis à Judicibus data D. Michillo cum clausula, *Non admiserunt nisi si, & in quantum*, addita ratione, quia ex ea viderentur Judices abdicasse à se jurisdictionem, & quia coram Judice ad quem suas probationes, & alia, quæ usque adhuc variis de causis, suis loco, & tempore deducendis, deducere, & probare non valuit, probare, & deducere intendebat. Quæ appellatio est correspectiva ad appellationem D. Michilli, ut non negat ejus D. Advocatus in informatione in
6 scriptis data, & prout sunt actus quando unus fuit factus propter alium, *Duran. decis.* 11. *num.* 12. seu unus pendet ab alio, *Rot. re-*
7 *cent. par.* 1. *dec.* 428. *num.* 6. quo casu dicuntur duo actus connexi, *Gabr. de reg. jur. concl.* 1. *num.* 37.
8 *Greg. dec.* 223. *num.* 7. & pro uno reputantur, *Greg. ibid. num.* 8. Et ex hoc potest dici, quod Syndicus Civitatis, seu Cameræ adhæserit appellationi D. Michilli, prout ei licuit, etiam si posset dici, qujd sententiam approbasset,
9 *Rot. rec. par.* 3. *dec.* 680. *in fin.* cum adhærentes dicantur illi, qui sunt ejusdem voluntatis, cujus est principalis, *Lancell. de attent.* 2. *par. cap.* 12. *ampl.* 12. *num.* 18. & appellationi propriæ adhærere dicatur, qui ex virtute ipsius appellationis suæ intentionis effectum consequitur *Oldrad. cons.* 190. *nu.* 2. & fit cum appellante unus spiritus, *Oldrad. ibid.* & re- 10
nuncians appellationi non tollit adhæsionem, *Lancellot. ibid. num.* 12. & 13. *Gratian. dec.* 23. *num.* 4. Et ex his videtur sequi, ut non sit remittenda Civitas, & Camera, seu illius Syndicus ad Judices à quibus, tam ex mente *Bart. in d. l. si quis libellos, quam ex mente Franc. in d. c. interposita, §. illa denique* quja, cum & ipsa appellaverit, & sic consideretur uti appellans, ad ejus etiam favorem 11
introductum fuit, quod causa principalis veniat trattanda coram Judice ad quem, si apparebit bene appellatum, quja dicto casu Judices à quibus forent sibi suspecti.

Cui non videtur obstare primo, quod, sublato uno ex cor- 12
respectivis, & sic appellatione D. Michilli per illius renunciationem, tollatur & aliud, & sic appellatio Syndici, *Buratt. dec.* 469. *num.* 4. *Pen. dec.* 349. *nu.* 3. & *dec.* 1379. *num.* 1.

Quja pro responsione dici posse videtur, quod assumitur pro fundamento id, de quo disputatur, & quod illud procedere pos- 13
set in sublatione actus correspectivi, & in renunciatione, in qua concurreret consensus utriusque partis, prout semper requiritur, 14
quando appellatio effecta fuit communis, seu fuit ab appellato etiam approbata, *Soccin. sen. consil.* 45. *num.* 12. *lib.* 1. *Marescott.*

rescott. var. resolut. lib. 1. *cap.* 86. *num.* 44.

Nec videtur obstare secundo, quod Syndicus non possit uti ap-
15 pellatione D. Michilli, quia illam impugnaverit, *c. ex eo de reg. jur. Gab. eod. tit. concl.* 1. *Abb. in d. c. interposita.* §. *ille denique num.* 4. & *ibid. Franc. num.* 15. & *Cardin. Alexandrin. nu.* 7. *fallent.* 10. *Scacc. d. q.* 17. *limit.* 2. *nu.* 108. *Cost. d. distinct.* 58. *num.* 16. *Tusc. in verb. appellationi concl.* 386. *num.* 24. *Soccin. sen. d. cons.* 45. *num.* 12. *lib.* 1.

Quoniam respondetur Vel illum non impugnasse, sed approbasse, postquam & ipse appella-
16 vit, ut supra. Vel posse ea uti, impugnatione adhuc pendente, & non secuta declaratione, *Gratian. decis.* 37. *num.* 8. *Addent. ad Buratt. dec.* 46. *num.* 21. *Pen. dec.*
17 1183. *num.* 8. Vel procedere ubi impugnatio fuisset à parte adversa expresse acceptata, ut requiritur, *Grat. discept.* 279. *num.* 36. *discept.* 967. *num.* 29. & *Rot. rec. par.*
18 1. *dec.* 636. *num.* 8. Et ulterius posse se in ea fundare Judicem, *Gratian. d. discept.* 279. *num.* 42. & 43. & *d. discept.* 967. *num.* 29. & multo magis Emin. D. meum Legatum Principem.

Minus videtur obstare tertio, quod Syndicus, ex quo D. Michillus renunciavit appellationi, & rediit ad Judices à quibus, obtinuerit intentum suum, quia fuerit reintegrata eorum jurisdi-
19 ctio, unde videatur quærere, quod intus habet, *Abb. in d.* §. *ille denique*, *sub num.* 4. *Scac. d. quæst.* 17. *limit.* 6. *membr.* 6. *num.* 100. *in fin.*

Quia respondetur Syndicum post suam etiam appellationem declarasse, se velle adire Judicem ad quem, & coram eo deducere, & probare, quæ coram primis Judicibus deducere, & probare non valuit, & nota est conclusio, quòd coram Judice ap- 20
pellationis possunt non probata probari; & sic ex reditu ad primos Judices Syndicus non consequitur intentum, dum exadverso prætenditur, quod coram eis sit illi præclusa via aliud probandi.

Respondeturque ulterius, quòd renunciatio appellantis 21
non potest restituere jurisdictionem Judici à quo, qui appellationi detulit sed requiritur remissio Judicis ad quem *Scacc. de appell. d. quæst.* 17. *limit.* 2. *num.* 103. & concedit etiam Advocatus D. Michilli, in casu vero nostro Judices appellationi detulerunt, ut statim demonstrabo.

Videtur autem, quod ipsi Judices à quibus appellationem D. Michilli approbaverint, quia illi, prævia narratione, quod appellatio non poterat sustineri, quia non gravassent, addiderunt verba, *Attamen cum appellatum sit ad Sanctissimum*, & *ad Sanctam Sedem Apostolicam propter maximam erga dictum Sanctissimum, et Sanctam Sedem Apostolicam ipsorum reverentiam decreverunt supersedere, donec aliquid habeatur ab Urbe*, & deinde, subsecuta replicatione, & reiterata appellatione D. Michilli, Judices secundo loco responderunt, *Non admiserunt nisi si*, & *in quantum*,

tum, *& non alias*, *aliter*, *nec alio modo*, *& steterunt in decretis*, *omni*, *&c.* Unde in prima responsione videntur Judices appellationem approbasse explicitè ob reverentiam Sanctissimi, ad quem appellabatur; in secunda vero licet appellationem non admiserint nisi si, & in quantum,
22 quod importat admissionem, si appellatio admittenda est, & non admissionem, si non est admittenda, ut admittit D. Michillus, & ejus Advocatus, & tradit *Contard. de moment. poss. limit.* 13. *num.* 22. 23. *&* 24. *& Gratian. discept.* 960. *num.* 11. *& Scacc. de appellat. d. quæst.* 17. *limit.* 9. *membr.* 7. *num.* 100. qui loquitur in terminis appellationis
23 ab interlocutoria, attamen sensus est, non debemus deferre de jure, sed propter reverentiam deferimus *Contard. d. limit.* 13. *sub num.* 23. & maxime dum agi-
24 tur de provocatione ad Papam, quo casu Judex, etiam quod appelletur ab interlocutoria, & esset appellatio dubitabilis, tenetur ob reverentiam appellationi deferre, *Marches. de commiss. par.* 1. *de commiss. appell. ab interlocut.* §. 1. *num.* 32. *in fin. fol.* 1203. & sumus in interlocutoria, per quam affertur præjudicium irreparabile, cum mandet extrahi jura ad effectum ponendi in processu, quæ semper poterunt facere probationem contra D. Mi-
25 chillum, & ab hujusmodi interlocutoria datur appellatio, vulgatis juribus.
26 Quibus accedat, quod per appellationem hinc inde ad Sanctissimum causa fuit devoluta ad Curiam, & quidquid in partibus deinde agitur, dicitur attentatum, ut resolvit *Rot. in Bononien. Bonorum Emphiteuticorum super Attentatis prima Julii* 1647. *coram R. P. D. Meltio*, ubi declaratus fuit attentatus processus factus coram Auditore Eminentissimi tunc Falconerii Legati in vim illius commissionis, idque 27
procedit etiam in appellatione interposita ad Sanctissimum, & Sanctam Sedem Apostolicam, nam & tunc Causa ad Urbem devoluta dicitur, ut per *Marches. de commiss.*

Et ita sentio, obtemperando mandatis Eminentissimi Domini mei, salva semper Saniori Sententia.

Eminentiss. vero D. Card. Caraffa Legatus Causam appellationis commisit D. Rotæ Prætori cum voto DD. Beccii, & Picotti.

ALTARIS.

Martis 27. Februarii 1652.

ARGUMENTUM.

Ex Ecclesiæ demolitione, & nova reædificatione an possit præjudicari habenti in Ecclesia veteri Altare, atq; Sepulcrum.

SUMMARIA.

1 *Ecclesia, et opus primum demoliri potest, et nova, seu novum construi ad Civitatis ornatum,*

tum, et ad augendum cultum Divinum.

2 *Ecclesia refecta an dicatur eadem, vel nova, et nu.3. et 4.*

5 *Opus novum addens, vel detrabens dicitur facere. Lim. ut ibid.*

6 *Ecclesiæ reædificatio, vel renovatio, et ampliatio intelligi debet permissa, et facta sine alterius præjudicio, firmisque remanentibus qualitatibus, et aliorum prærogativis, et num. 7.*

8 *Ecclesiæ ultimum ædificium subrogatum censetur in locum antiqui cum onere assumendi omnes ejus qualitates. Ampl. ut num. 9. et 10.*

11 *Altare, seu Cappella privata existens in Ecclesia demolita renovari debet in noviter reædificata, et num. 20.*

12 *Ædificare in suo, vel reficere unicuique est licitum. Lim. ut num. 13.*

14 *Jus quæsitum alicui non potest tolli ex causa voluntaria.*

15 *Cappellæ, seu Oratorii forma mutari non potest invito Domino, vel Patrono, nec de consensu Episcopi, & multo minus auferri.*

16 *Familiæ insignia in Cappella affixa, vel depicta non sunt delenda, et quare, et num. 19.*

17 *Sepulcrorum jura non sunt tollenda, durante familia, et Progenie, cujus contemplatione acquisita fuerunt, & quare. & num. 18. & 19.*

20 *Cappella, seu Sepulcro demolito in Ecclesiæ renovatione, quæ actio competat illius Domino, et num. 21.*

22 *Jure alicui sublato ratione boni publici, debet illi in alia re, vel in pretio satisfieri.*

23 *Locupletari quis non debet cum aliena jactura, & eo minus Ecclesia, & num. 24.*

25 *Ecclesia non debet quid iniustum facere, nec cuiquam præjudicare, & num. 26.*

27 *Ecclesia præ ceteris justitiam profitetur, ac est illius cultrix, æquitatemq; summopere diligit, & prædicat.*

28 *Ecclesia quando dicatur locupletari.*

29 *Ædificium funditus destructum si reædificetur, dicitur novum, nec antiquum sustinet, Ampl. ut ibid. Decl. ut nu. 35. & 36.*

30 *Juspatronatus extinctum per Ecclesiæ destructionem non reviviscit per illius reædificationem. Ampl. ut num. 31. Lim. ut num. 32. Decl. ut nu. 35. & 36.*

33 *Juspatronatus quando acquiratur per Ecclesiæ dirutæ reædificationem.*

34 *Ecclesia refecta quando indigeat nova Consecratione.*

37 *Ecclesiam ubi unus construxit, & alius, illa diruta, reædificat eadem materia, fiunt ambo simul Patroni. Decl. ut num. 38.*

39 *Ecclesiæ, Altari, & Sanctorum Imagini relicta, vel donata Dei sunt, & Deo relicta, & donata intelliguntur, & sub illorum dispositione remanent. Decl. ut num. 40.*

41 *Altaris constructione in Ecclesia acquiritur jus super eo.*

42 *Altaris constructor non debet suo jure defraudari, & quare. & num.* 43.

44 *Sacris Ministeriis dedicata curandum est, ne temporum iniuria absolescant, & ex hominum memoria excidant.*

45 *Ecclesiis vetustate, vel alias collapsis, ita ut ob earum inopiam restaurari non possint, Beneficia simplicia, seu Jus patronatus ibidem existentia transferenda sunt in Matrices, seu alias Ecclesias viciniores cum eisdem emolumentis, & oneribus, vocatis iis, quorum interest.*

46 *Cappellæ repositio in Ecclesia reædificata cujus sumptibus sit facienda, & num.*48.

47 *Armorum insignia familiæ dignitatem ostendunt.*

49 *Ecclesiæ refectionis, & ampliationis onus spectat ad illum, qui fructus recipit.*

50 *Ad Ecclesiæ reædificatæ fabricam conferre quando quis non teneatur.*

DECISIO LVII.

1 

UAMVIS opus primum, & prima Ecclesia demoliri possit, & novum, seu nova construi, quando tendit ad Civitatis ornatum, & ad augendum cultum Divinum, ut tradit *D. Merend. contr. jur. vol. 2. lib. 9. cap. 36. num. 8. ex l. 3. in fin. ff. de oper. public.*, ut videtur factum per Admodum RR. PP. Canonicos S. Salvatoris.

2 Attamen, sive Ecclesia refecta possit dici eadem uti ad effectum reficiendi demolita, & refecta ex eisdem lapidibus, & cœmentis ad instar navis, ut sic Ecclesia figuratur, secundum *Bero. in c. quoniam num. 59. & seq. de jur. patr.* 3 sive sit nova ad instar domus, secundum *Hostien. in summ. de Eccles. ædific. vel repar. vel de nov. constr. num. 8. & Bart. in l. inter stipulantem* 8. *§. Sacram. num.* 11. *ubi etiam Alex. nu.* 13. *& Jas. num. 30. ff. de verb. oblig.* 4 Et maximè dum pristina facies mutata fuit, *l. 1. §. opus, ff. de nov. oper. nunciat. gl. in c. 2. in verb. nunciatum eod. tit. ubi Butr. num.* 9. quasi 5 novum opus addens, vel detrahens dicatur facere, *Alex. in l. 1. §. opus novum, ff. de oper. nov. nunciat.* quidquid aliud fuisset, si pristina forma, vel facies conservata esset absque dilatatione, vel productione, seu depressione, ut si refecti essent parietes, vel tectum, *Castr. cons. 377. num. 1. lib. 1.*

6 Ejus reædificatio, seu renovatio, & ampliatio intelligi debet permissa, & facta sine alterius præjudicio, *Giovagn. cons. 8. num. 26. lib. 2. Greg. XV. dec. 463. num.* 7 4. ac firmis remanentibus qualitatibus Ecclesiæ, & aliorum prærogativis, *ead. dec. 463. num. 1.*, 8 *Giovagn. loc. cit.* & Ecclesiæ ultimum ædificium subrogatum censetur in locum antiqui cum onere assumendi omnes ejus qualitates, *ut ibid. num. 3. & facit Grat. discept. 791. num. 15. & Pen. dec. 897. num. 1.* 9 & maxime ubi Ecclesia, ut hoc casu, est reædifica-

ta in eodem loco, *Beltram. ad*
10 *Greg. dec.* 405. *sub littera A.* seu intra eosdem limites vel districtum, seu pertinentias, vel parochiam, quamvis non fuisset reædificata in eodemmet loco, in quo erat antiqua demolita, *Pen. dec.* 117. *num.* 6. *& 7.*

11 Et per consequens in eadem Ecclesia est reponenda, construenda, & renovanda Cappella, vel Altare Dominorum de Dulphis cum eorum Armis, Insignibus, Marmoribus, Inscriptionibus, Icona, & Sepulcro, prout eadem reperiebantur in Ecclesia antiqua juxta testium depositiones, & probationes ex processu resultantes, ut in simili casu resolvit *Rot. coram Ludovis. d. dec.* 463. quam adducit, sequitur, & registrat *Ricc. in prax. rer. quotid. for. Eccles. resol.* 344. *num.* 1. *& seqq.*

12 Nam, quatenus unicuique liceat in suo de novo ædificare, vel reficere, *Grat. discept.* 432. *num.* 9. atque facere, quod sibi prodest,
13 id tamen non habet locum, quando faciendo quis nocet servituti alteri debitæ, idem *Grat. discept.*
14 755. *n.* 4. *&* 5. nec potest jus quæsitum alicui tolli ex causa voluntaria, *Duran. dec.* 129. *in fin.* quæ est etiam registrata in *par.* 5. *to.* 1. *rec. dec.* 138.

15 Et sicuti forma Cappellæ, seu Oratorii mutari non potest invito Domino, & Patrono, nec de consensu Episcopi, *Rot. divers. par.* 1. *decis.* 550. *num.* 1. ita, &
16 multo minus non est Cappella auferenda, nec sunt familiæ insigna in ea affixa, vel depicta delenda, *Bart. in l. qui liberalitate, ff. de oper. public. Cæpoll. de servit. urban. præd. cap.* 7. *num.* 19. *Anchar. cons.* 365. *in fin. Jo. de Anan. cons.* 86. *& ibi Bologn. in addit. Roman. singul.* 355. *Genuen. in prax. Cur. Archiepisc. Neapol. cap.* 109. *num.* 3. *Gratian. discept.* 210. *num.* 32. *&* 49. *Seraph. decis.* 652. *num.* 2. nec jura sepulcrorum tollenda, 17
Lambert. de jurepatr. par. 3. *quæst.* 5. *art.* 4. *Greg. XV. decis.* 383. *num.* 2. *Pen. decis.* 199. *nu.* 5. *& per tot.* durante Familia, & Progenie, 18
cujus contemplatione acquisita fuerunt, *Beltram. ad Greg. XV. decis.* 145. *num.* 6. cum id ad ipsius 19
familiæ conservationem directum sit, & ex eo alii ad similium operum constructionem alliciantur, *Duran. de condit. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 12.

Unde ex remotione Cappel- 20
læ cum supradictis aliis accessoriis videtur D. de Dulphis competere contra dictorum RR. PP. Canonicos actio ad opus in pristinum restituendum, & reficiendum in nova Ecclesia secundum formam, & statum antiquum, *l.* 2. *ubi gl. in verb. clam. ff. de sepulcr. viol.* vel actio in factum 21
ad interesse, *l. Prætor. ff. eod. Odofred. de libell. in tit. de act. in fact. ex edict. de sepulcr. viol.* Cum etiam, 22
ubi alicui jus suum aufertur ratione boni publici, debeat sibi in alia re, vel in pretio satisfieri, *Natt. cons.* 401. *num.* 39. *lib.* 3. nec 23
debeat quis locupletari cum aliena jactura, *l. jure naturæ*, 206. *ff. de reg. jur. cap. locupletari non debet* 48. *de reg. jur. in* 6. *Rub. in adnot. ad decis.* 44. *num.* 23. *par.* 4. *tom.* 2.

recent.

24 *recent.* quod multo magis locum habet in Ecclesia, *Rub. ibid. num.* 24. *Buratt. decis.* 814. *num.* 4. *ubi Add. littera A. Duran. decis.* 256.
25 *num.* 8. quæ non debet quid injustum facere, *Natt. cons.* 515. *num.* 12. *lib.* 3. *Rub. ubi supr. num.* 25.
26 nec cuiquam præjudicare, *Rub.*
27 *ibid. num.* 26. dum justitia præ cæteris profitetur, illiusque cultrix est, & summopere diligit, ac prædicat æquitatem, *Rub. d. num.* 26.
28 *&* 27. Diciturque Ecclesia locupletari, vel ubi res pervenit ad ejus manus, vel ubi ea in ejus utilitatem versa est, *Add. ad Buratt. d. decis.* 814. *num.* 5. *&* 6. *post Bero. in cap. gravis num.* 47. *prope fin. de restit. spoliat.* ut accidit in præsenti casu.
29 Non obstat, quod ædificium funditus destructum, vel alias materia penitus abolita, si reædificetur, dicatur novum, nec hæc refectio antiquam sustineat, *Ricc. in d. prax. rer. quotid. for. Eccles. resol.* 338. *nu.* 3. *Gratian. discept.* 84.
30 *num.* 17., & quod propterea domus, vel molendinum, super quo impositus fuerit census, destructum, & reædificatum dicatur aliud ab antiquo, & census super eo non sustineatur, *Serapb. dec.* 1418. *num.* 4. *& Rot. recent. par.* 7. *dec.* 235. *num.* 10. *& seq.* quod
31 eo magis procedere dicendum videtur, cum antiqua forma sit penitus mutata, *Grat. d. discept.*
32 84. *nu.* 19. Prout nec Juspatronatus extinctum per Ecclesiæ destructionem reviviscat per illius reædificationem *gl. in c.* 3. *in verb. fundatores in fin. de jurepatr. Rocch. in tract. de jurepatr. in verb. construxit. num.* 12. *&* 14. *Lambert. eod. tract. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 6. *art.* 3. *num.* 13. *Grat. discept.* 110. *num.* 13. *in fin. D. Merend. contr. jur. vol.* 2. *lib.* 9. *cap.* 36. *num.* 8. *Greg. decis.* 405. *ubi Beltram. & Rot. rec. par.* 2. *dec.* 621. *num.* 2. *in fin.* & signanter in jurepatronatu, quod acquisitum erat ex ædificatione, *Bero. in c. quoniam num.* 96. *&* 97. *in fin. &* 98. *de jurepatr. Pen. dec.* 199. *n.* 3. *&* 4. quidquid aliud sit in acquisito ratione dotis, *Bero. d. nu.* 96. 33
& 98. *& Vivian. de jurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 5.

Sed immo illud acquiratur reædificanti si Ecclesia erat funditus, seu totaliter diruta, vel saltim itaut ex reædificatione indigeat nova consecratione, aut ejus facies immutetur, *Lambert. ubi supr. num.* 16. *Vivian. eod. tract. de jurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 6. *& ibi Rot. dec.* 102. *num.* 14. *&* 15. *et in rec. par.* 1. *dec.* 58. *num.* 5. *et* 6. *et Seraph. dec.* 555. *num.* 1. ut factum prætenditur in proposito, cum nova consecratione Eccle- 34
siæ opus sit, quando pariter simul & semel corruerunt, & refectæ fuerunt, *Abb. in c. proposuisti nu.* 8. *de consecr. Eccl.*

Quoniam respondetur objectum procedere, quando pri- 35
mum ædificium, & prima Ecclesia fuisset diruta casu fortuito, ut ex ruina, vi ventorum, vetustate, terremotu, vel impetu, seu incursu hostium, & bello, & quando Ecclesia, vel non fuit amplius reædificata, vel reædificata fuit extra limites, & districtum antiquæ Ecclesiæ, & diversis cœmentis, ac materia, prout in his

in his terminis loquuntur, & intelligendæ sunt doctrinæ exadverso allegatæ, & tradit *Bero. in d. c. quoniam num.* 97. & 99. *in fin.*
36 *de jurepatr.* Secus autem dicendum est in demolitione voluntaria, & facta ad effectum reficiendi, & secuta in effectu reædificatione, & ex eadem materia, & in eodem loco, seu intra illius ambitum, limites, & districtum, atque Parochiam, ut hoc casu, ut traditur *in d. decis.* 463. *Greg.* & *in d. decis.* 117. *Pen. quam sequitur Beltram. ad decis.* 405. *Greg. sub littera A.* allegata exadverso, cum tunc duret eadem causa, *Bero. in d. cap. quoniam num.* 98. & 99. *in fin. Pen. d. decis.* 117. *num.* 4.
37 Et ubi unus Ecclesiam Construxit, & alius, illa diruta reædificat eadem materia, fiunt ambo simul patroni, *Vivian. de jurepatr.*
38 *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 9. sed quoad reficientem tunc ille fit compatronus, si reficiat Ecclesiam funditus destructam, *Jas. in l. jus civile, num.* 18. *ff. de just.* & *jur. Vivian. de jurepatr. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 54. *Rot. diversf. decis.* 598. *num.* 2. *par.* 1.

Non etiam obstat, quod
39 omnia, quæ Templo, Altari, aut Sanct.mæ imagini relinquuntur, seu donantur, Dei sint, & Deo relicta, & donata intelliguntur, *Mant. de conject. lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 16. & per consequens illa maneant sub dispositione Ecclesiæ, & illius Ministrorum, nec spectet ad relinquentium, & donantium hæredes, seu successores, & familiam eorum conservatio.

Respondetur enim, id procedere in simpliciter relictis, seu donatis, secus in relictis, vel donatis, ut hoc casu, ad certum effectum, & ad familiæ dignitatem ostendendam, & memoriam conservandam, ut in *d. decis.* 463. *Greg. num.* 5. nec est novum, ut per constructionem Altaris in Ecclesia jus acquiratur super eo, *Parif. conf.* 35. *num.* 2. *lib.* 4. in quo non debet constructor defraudari, *ad Bero. in d. cap. quoniam, sub num.* 82. cum sua intersit, ut sic honor suæ familiæ conservetur, & præbeatur posteris occasio Missas ibi celebrandi facere pro ipsius, & aliorum anima, *Gratian. discept.* 603. *num.* 12. *Atque ideo Concil. Trident. sess.* 23. *de reformat. cap.* 7. ne ea, quæ sacris ministeriis dedicata sunt, temporum injuria obsolescant, & ex hominum memoria excidant in casu, quod Ecclesiæ vetustate, vel alias collapsæ sint, nec possint ob earum inopiam instaurari, dat facultatem Episcopis, ut, vocatis iis, quorum interest, transferant ex eisdem Ecclesiis simplicia beneficia, seu etiam juspatronatus in Matrices, seu alias Ecclesias viciniores, in quibus erigant Altaria, vel Cappellas sub eisdem invocationibus, vel in jam erecta Altaria, vel Cappellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Ecclesiis impositis.

Nec quoque obstat, quod repositio in pristinum dictæ Cappellæ videatur facienda sumptibus DD. de Dulphis ex *d. decis.* 46

463.

463. *Greg. num.* 5. dum dicitur, quod præjudicaretur Familiæ de Murga, si non liceret in Cappella nova ponere Armorum insignia,
47 per quæ dignitas familiæ ostenditur, & memoria conservatur, & sic videtur excludi, quod ad hoc cogi possint dicti P. P. & includi, quod ijdem teneantur solummodò præstare patientiam.

Etenim responderi posse videtur, quod ibi agebatur de sola translatione, & affixione eorumdem scutorum Armorum, & Insignium ipsius familiæ, quæ adhuc extabant, & poterat translatio, & affixio fieri sine aliqua impensa, vel cum modica, quæ probabiliter nec controvertebatur, sed hic agitur de Altare, & aliis accessoriis, quæ ex demolitione Ecclesiæ perierunt, & quorum cœmentis, & materia dicti P.P. Canonici usi fuerunt in reædificatione, & de repositione Altaris in pristinum statum, ad quod requiritur notabilis impen-
49 sa, ad quam teneri videntur ijdem, prout ad eos spectat onus refectionis, & ampliationis Ecclesiæ, cujus fructus recipiunt, *cap.* 1. *& cap. de his de Eccles. ædific. Rip. respons.* 22. *num.* 1. *& seq. lib.* 2. *Surd. cons.* 62. *num.* 1. *& seqq.*

Ex quibus pro resolutione præsentis causæ pendentis coram R. P. D. Vicario Illustrissimi & Reverendiss. D. Archiepiscopi cum Voto Admodum R. P. D. Caroli Josephi Ruffeni Barnabitæ, ac mei unanimi consensu condemnavimus dict. R.R. P.P. S. Salvatoris ad reconstructionem, repositionem, & consignationem Altaris dictor. D. D. de Dulphis cum aliis accessoriis, inscriptionibus, & sepulcro, prout reperiebatur in Ecclesia veteri, & ex processu constat, salvo tamen jure dict. P. P. repetendi, & consequendi à D.D. Dulphis excedentem valorem, quatenus eisdem consignarent unum ex Altaribus jam constructis, quatenus, & prout de jure. Quod tamen jus stare videtur pro DD. de Dulphis, quia non tenetur 50
quis conferre ad voluntariam fabricam Ecclesiæ sive noviter constructæ in opportuniori loco, cùm vetus Ecclesia sufficeret, sive veteris refectionis, ubi per eam antiqua forma mutata fuit, *Natt. cons.* 215. *sub num.* 7. *lib.* 1. *Gratian. discept.* 84. *num.* 21.

Et ita utraque &c.

PRETII.

Lunæ 18. Martii 1652.

ARGUMENTUM.

Societas incidens, & impropria contracta dicitur in emptione communiter facta alicujus rei.

SUMMARIA.

1 *Actor tenetur ejus intentionem, & creditum concludenter probare.*
2 *Emptio nec per testes, nec per instrumentum probatur, nisi de certo pretio mentio facta fuerit.*
3 *Pretium certum ut sit conventum, in emptione requiritur.*

4 *Emp-*

4 *Emptio non probatur non probato pretio.*
5 *Emptio non perficitur solo consensu unius partis.*
6 *Bononiæ Mercatorum libris non creditur, nisi babeant requisita ab illius Statuto.*
7 *Libri proprii regulariter ad favorm scribentis, etiam Mercatoris non probant.*
8 *Ampl. & maxime si sint defectuosi, & contineant partitas inordinate, & præpostere scriptas, & num. 9.*
10 *Mercatores solent, & debent in libris data, & accepta scribere singulis diebus, & continuatim, ne veritas immutari possit.*
11 *Pretium liquidum, de emptione, & venditione constito, probatur ex Mercatoris libro.*
12 *Probationibus ponderosioribus regulariter standum est.*
13 *Probatio Actoris ubi non est plena, sed imperfecta, sufficit à Reo illa offuscari, ut infringatur. Ampl. ut num. 14.*
15 *Probatio, quæ à probatione contraria enervatur, conquassatur, & dissolvitur, non attenditur.*
16 *Societas contracta dicitur inter aliquos in re communiter empta, licet per momentum, incidenter, & improprie, non vere, & num. 17.*
18 *Res communiter emptæ communes inter ementes effectæ dicuntur citra etiam societatem.*
19 *Divisioni locus est in re communiter empta.*
20 *Vendentes carius ob datam dilationem ad solvendum pretium sunt usurarii.*
21 *Societas probatur leviori probatione, & sic etiam conjecturis, & præsumptionibus.*
22 *Societas contrabitur etiam tacite.*
23 *Societatis in materia sufficiunt testes etiam singulares, & de diversis actibus deponentes.*
24 *Sequentia declarant præcedentia, & econtra.*
25 *Contractus unus per alium declaratur.*
26 *Observantia subsecuta est optima interpres actuum, et contractuum præcedentium.*
27 *Illatio fit de similibus ad similia.*

DECISIO LVIII.



BARTHOLOMEUS Panitius mercator in Commune, seu Castro Crepalcorii egerat, & obtinuerat per binas sententias contra Thiberium Tognum etiam mercatorem in eodem loco pro summa libr. 333. 8. 1. pro residuo preti bladarum eidem traditarum, & consignatarum videlicet sub die 17. Maii 1658. modii unius fabarum, & modiorum quatuor frumentoni coloris flavi ad mensuram Civitatis Ferrariæ, & sub die 13. Junii ejusdem anni aliorum modiorum quatuor fabarum, & modiorum trium, & stariorum 17. cum dimidio dicti frumentoni ad eamdem mensuram, quorum totum pretium quoad

quoad primam partitam in suis libris constituerat ad pretium, & monetam Bononiensem in libr. 555. & 12. & quoad secundam partitam in libr. 916. 8. 1.

Cæterum, commissa mihi ab Emin.mo D. Legato appellationis causa in tertia instantia, & non negante Togno receptionem ipsarum bladarum in dicta quantitate, sed prætendente recepisse uti proprias, & ad se spectantes pro ejus portione ex emptis communi nomine, & pro communi commodo, & servitio in Civitate Ferrariæ, & pretium etiam solvisse integrum in manibus ejusdem Panitii, nec teneri ad dictum pretium per Panitium in dictis ejus libris constitutum, uti excessivum, & ex suo capite alteratum, deveneram in sententiam, ex noviter maxime ex parte Togni coram me probatis, præcedentes sententias reformare, & declarare Tognum teneri ad solvendum Panitio summam pretii, qua ipse Panitius communi nomine emit Ferrariæ, & omnes expensas illarum transportationis, & conductionis à dicta Civitate ad Castrum Crepalcorii, & domum, & apothecam dicti Togni, defalcato tamen, & bonificato, seu compensato, & excomputato ad favorem Togni omni, & toto eo, quod apparet, seu etiam apparebit, idem Tognum in hanc causam, seu causas jam Panitio solvisse, seu in solutum dedisse, & consignasse, vel de suo expendisse.

Movebar, quia Panitius actor non probavit concludenter ejus intentionem, & creditum prout tenebatur, *Buratt. decis.* 157. *num.* 1 1. *& decis.* 537. *num.* 2. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 270. *num.* 8. *& par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 93. *num.* 49. *decis.* 147. *num.* 5. *decis.* 209. *num.* 7. *& par.* 6. *decis.* 218. *num.* 8. *Pen. decis.* 1049. *num.* 5. nam, quamvis probaverit traditionem bladarum, tam per responsiones Togni ad positiones, quam per testem, qui de ejus ordine partitas summavit in ejus libris, non tamen ex illis concluditur venditio, nec pro quo pretio, prout fuisset necessarium, *Mantic. de tacit. lib.* 4. 2 *tit.* 19. *num.* 60. *&* 62. cum in emptione requiratur, quòd partes 3 convenerint de certo pretio, *§. etiam. Inst. de empt. & vend. Mantic. d. tract. lib.* 2. *tit.* 19. *num.* 15. *Buratt. decis.* 124. *num.* 4. alias ea 4 non dicatur probata, *Castr. cons.* 7. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 3. nec sit perfecta cum consensu unius tantùm partis, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. 5 *decis.* 37. *num.* 3.

Neque plenior probatio videtur posse desumi ex partitis à Panitio formatis in ejus libris.

Tum quia libri non habent requisita Statuti Bononiæ, quibus 6 cessantibus fidem non merentur, *Rot. recent. par.* 2. *decis.* 558. *num.* 2. *in fin.* nec regulariter pro merca- 7 tore scribente probant, *l. rationes, & l. exemplo C. de probat. l. fin. C. de convenien. fisc. debit. lib.* 10. *Bart. in l. quædam, §. nummularios num.* 2. & ibi *gl. & Doct. ff. de eden. Jas. in l. admonendi num.* 131. *ff. de jurejur. Tiraq. de pœn. tempor. vel remitt. caus.* 51. *num.* 138. *Gen. de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. num.* 4.

& seq. Bursatt. cons. 224. num. 1. Gregor. decis. 79. num. 1. Cavaler. decis. 484. num. 4. & decis. 650. nu. 9. Rot. recent. par. 6. dec. 1 num. 7. Pen.
8 *decis. 782. in fin.* & cum minori difficultate in præsenti casu, cum libri sint defectuosi, *Rot. recent. d.*
9 *decis. 1. num. 9. par. 6.* dum dictæ partitæ non sunt in eis ordinatè scriptæ suis locis, diebus, & mensibus, sed inordinatè, & postpositè, quæ ideò eò minùs fidem faciunt, *Rot. recent. par. 7. decis. 111. nu. 5.* & post nostrum *tract. mand.*
10 *de manut. decis. 314. num. 4.* cùm data, & accepta scribi soleant, & debeant singulis diebus continuatim, ità ut sit difficile veritatem temporis, & dierum, seu quantitatis mutare, *Gratian. di-*
11 *scept. 391. num. 3.* licet alias, de venditione, & traditione mercium constito, exiguis partitis adminiculatis pretii summa liquidaretur, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 246. num. 11. in fin. & 17.*

Tum quia concurrunt in contrarium probationes pro Togno, & presertim ab eodem coram me factæ, quæ superant, vel saltim enervant probationem Panitii ex
12 dictis partitis resultantem, & regulariter standum est probationibus ponderosioribus, *l. ob carmen, §. si testes, ff. de testib. Rot. rec. par. 1. decis. 495. num. 11. in fin.* &
13 quando Actoris probatio non est plena, sed imperfecta, ut hoc casu, sufficit à Reo illa offuscari, ut infringatur, *Buratt. decis. 410.*
14 *num. 12.* maximè dum exceptio Rei non tendit ad destruendam intentionem Actoris, sed ad demonstrandũ illius intentionem non esse fundatam, *Rot. recent. par. 6. decis. 229. num. 34.* neque 15
attenditur probatio, quæ à probatione contraria enervatur, conquassatur, & dissolvitur, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 443. num. 12. & par. 7. decis. 216. num. 6.*

Nam respectu secundæ partitæ, & bladarum transmissarum, & consignatarum per Panitium Togno die 13. Junii 1648. est in confessis Panitius, quod de dicto anno, & mense se Ferrariam contulit una cum Togno, ut in responsione ad positiones in proc. fol. 55. verso, & quod de illo tempore idem Panitius habuit à Togno in Civitate Ferrariæ diversas pecuniarum summas, ut in responsione ad positiones in proc. fol. 56. verso, & in partitis ejus libri, de quibus in actis, & quod etiam habuit ab eodem telas, quas dedit Ferrariæ Milesio Mercatori venditori ad computum pretii ipsarum bladarum, ut ex ejusdem Panitii confessione in responsione ad positiones in proc. fol. 57. & in ejusdem libri partitis, & quod redeuntes ad Commune Crepalcori cum mercibus Ferrariæ emptis, consistentibus in frumentone, faba, & farina in sex curribus, & in saccis, merces ipsas æqualiter inter se diviserunt, & quod unusquisque eorum habuit tres plenos currus absque alia mensuratione, ùt in aliis responsionibus ad positiones in proc. fol. 57. & 61. in quo etiam concordant testes Togni, nempe 1. 2. 3. & 5. & non dissentiunt Dominicus de Malagutis, & Bartholomeus de Pultrinis, 4.

&

& 5. testis Panitii. Atq; probatur quod Tognus respectu suæ portionis mercedem solvit non solum Gerulis, qui currus exoneraverant, sed etiam Bubulcis, qui currus duxerunt à Terra Centi, quibus etiam jentaculum subministravit, ut de primo deponit Dominicus de Gajatiis in facto proprio, & de secundo Joannes Maria Bertellus etiam in facto proprio, & de utroque Laurentius de Vaccariis 2. 3. & 5. testis Togni. Ex qua facti serie videtur satis probari, dd. bladas fuisse à prædictis simul communiter Ferrariæ emptas, & sic vel
16 contraxisse inter eos in ipsis rebus societatem per contractum momentaneum, *l. cum proponas, C. pro soc. l. 2. ff. comm. divid. Gratian. discept.* 320. *num.* 9. & 15. *Mantic. de tacit. lib. 6. tit.* 1. *nu.* 11. *Duran.*
17 *decis.* 416. *sub num.* 11. quamvis incidenter, & improprie, non autem vere, *Gratian. d. discept.* 320. *num.* 7. 16. & 17. *Pen. decis.*
18 1621. *num.* 3. vel ipsas res effectas fuisse communes citra etiam societatem, *l. ut sit pro socio actio*, 31. *ff. pro soc. Pen. d. decis.* 1621.
19 *num.* 3. & locum fuisse communi dividundo, *d. l.* 2. *ff. comm. divid.* Ita ut Panitius, qui negocium commune egit, non possit à Togno prætendere, nisi pretium Ferrariæ solutum, seu promissum, & alias, si quas de proprio fecerit expensas, respectu portionis ipsius Togni, non autem valeat consequi pretium ad rationem valoris Bononiæ, seu Crepalcorii, & multo minus majus pretium, uta fferit prætendere ob dilatam solutionem, seu venditionem sub credentia, tum quia fatetur in responsione ad positiones, se vendidisse in contanti, ut in proc. fol. 56. verso, tum quia id saperet usuram, 20
Gratian. discept. 911. *nu.* 14. *Natt. cons.* 417. *num.* 4. *lib.* 2. *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 63. *nu.* 70. & *est tex. in cap. naviganti, in fin. de usur. et tradit Bald. rubr. C. de usur. n.* 11.

Respectu verò primæ partitæ, & bladarum transmissarum, & consignatarum per Panitium Togno, & pro eo illius uxori die 17. Maii 1648. videtur inferendum, ut & eæ fuerint communiter emptæ, & uti tales divisæ, & consignatæ; Animadvertendo, quod & hæc partita est de faba, & frumentone ad mensuram Ferrariæ, & ejusdem contexturæ cum alia secunda supradicta partita. Item quòd ambæ partitæ leguntur à Panitio ad librum positæ, & formatæ sub die 2. Julii 1648. & post ortam inter eos discordiam in calculatione computorum respectu expensarum prætensarum à Panitio in accessu, & mora facta Ferrariæ occasione earum emptionis, & transmissionis, de quibus computis, & controversia non terminata deponit primus, & quintus testis Togni. Item quod idem Panitius de dicto mense Maii ante consignationem dd. bladarum, & in ipsa consignatione recepit à Togno varias pecuniarum summas, ut in partitis utriusq; cantantibus *per mandar Camillo Birani mio Agente à Ferrara, per mandar al Parone Pelegrino, per tanti spesi*

per nostro conto à Ferrara da Camillo Birani nostro Agente, contati à Camillo Birani mio Agente per servirsene à pagar denari di condotte di Formentone, e Fave. Item quod dictus primus testis Togni generaliter deponit de auditu, & de publica voce, & fama in Commune Crepalcorii, quod in hujusmodi negocio essent socii. Item quod quintus testis Togni videtur deponere de generali confessione extrajudiciali Pa-
21 nitii. Probatur autem societas leviori probatione, & sic etiam per conjecturas, & præsumptiones, *Gratian. discept.* 336. *n.* 1. *& seq. Duran. dec.* 90. *num.* 6. prout,
22 & tacite contrahitur *d. l. cum proponas, C. pro soc. Mascard. de probat. litt. S. concl.* 1310. *num.* 8. *& seqq. Mantic. de tacit. d. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 11. *Trobett. de societ. cap.* 3.
23 *nu.* 5. *Cyriac. contr.* 470. *n.* 24. Sufficiuntque in societatis materia, etiam testes singulares, & de diversis actibus deponentes, *Gratian. d. discept.* 336. *num.* 37. *Farinac. de testib. q.* 65. *n.* 293. *Rot. recent. par.* 7. *dec.* 28. *num.* 4. *Buratt. dec.* 255. *nu.* 8. Et sequens secundus actus emptionis communi nomine, de quo supra, videtur declarasse, istum etiam primum factum fuisse communi nomine
24 ex regula, quod sequentia declarant præcedentia, & econtra, *l. qui filiabus, in princ. & l. si servus plurium, §. fin. ff. de leg.* 1. ubi *Jas. nu.* 3. *& in l. legatum nu.* 8. *ff. eod. tit. Gratian. dec.* 71. *nu.* 12. *Seraph. dec.* 183. *nu.* 5. *Parif. conf.* 55. *n.* 41.
25 *et seq. lib.* 1. & quia unus contractus per alium declaratur, *Greg. dec.* 308. *n.* 6. & ibi *Beltr. n.* 10. & observantia subsecuta est optima 26
interpres actuum, & contractuum præcedentiũ, *Pen. dec.* 105. *nu.* 7. sicque illatio de similibus ad 27
similia, *Dec. in l.* 1. *ff. de reg. jur. et not. inc.* 1. *de confir. util. vel inutil.*

Ut tamen inter partes præsens lis terminaretur, easdem induxi ad concordiam, & prævia mea sententia à partibus acceptata, & executioni demandata, solvi mandavi ab hærede Togni, qui nunc erat in causa d. Panitio libr. 166. pro residuo ejus prætensi crediti, & hinc inde perpetuum silentium imposui, & mandavi ulterius non molestari.

Et ita, &c.

REPETITIONIS.

Jovis 2. Maii 1652.

ARGUMENTUM.

Hæredes plures an teneantur ad debita insolidum, vel pro virili, & quid erga cohæredem creditorem, non confecto inventario. Cessionarius an, & quando possit redire contra cedentem. De exceptione compensationis, præsumptæ satisfactionis, collationis, &, ne quis conveniatur ultra, quam facere possit, ab hærede apposita adversus obligationem cameralem, & quomodo quis repræsentare possit plures personas.

SUMMARIA.

1 *Hæres, quod habeat cohæredem, tenetur probare.*

2 Co-

2 *Cohæres, vel cohæredis hæres non potest actione personali conveniri, nec carcerari pro toto debito.*

3 *Hæres pro parte, & creditor non confundit creditum nisi pro ea parte, qua est hæres, sed pro alia parte agit contra cohæredem, & num. 4.*

5 *Hæres quilibet tenetur ad debita pro ea parte, in qua est hæres, & in reliquo reputatur extraneus, & num. 9.*

6 *Ampl. ut pro ea tantum parte servare debeat factum defuncti, & eundem repræsentet, & num. 7.*

8 *Hæres unus ex pluribus si totum solvat, partem repetit à cohærede.*

9 *Hæres quando patiatur Exequatur contra bona propria, & personam.*

10 *Hæres ob non confectionem inventarii tenetur ultra vires hæreditarias.*

11 *Hæres sine beneficio l. & inventarii præsumitur bona subtraxisse.*

12 *Hæredum se asserens cum beneficio l. & inventarii tenetur probare, & inventarium, ac rationum librum ab ipso conficiendum exhibere, & de inventariatis rationem reddere, & probare, hæreditatem non esse solvendo, alias tenetur de proprio, & num. 13. 14. 15. & 16.*

17 *Hæres hæredis dicitur hæres primi defuncti, et illius locum, & personam sustinet, & num. 18.*

19 *Hæres hæredis tenetur factum primi defuncti præstare, dum ab eorum neutro inventarium confectum fuit, & num. 20.*

21 *Lim. secus si inventarium confecerit eorum alter. & nu. 22. & 23.*

24 *Creditor, qui cessionem, & delegationem nominis debitoris à suo debitore consecutus fuit, non potest illum amplius pro debito molestare, & num. 26.*

25 *Solvisse dicitur, qui delegavit.*

27 *Delegatio nominis debitoris quæ requirat, & num. 28. 29. 30. & 31.*

32 *Delego, verbum quod quis sit usus, non sufficit pro delegatione.*

33 *Fidejussor potest solvere de substantia principalis debitoris.*

34 *Cessionarius quando dicatur habere simplex exercitium directarum actionum, & non utilium, ac constitutus simplex procurator ad exigendum.*

35 *Cedens quando non sit ante solutionem liberatus, et quando ejus sit periculum, et non cessionarii.*

36 *Cessio in dubio præsumitur simplex.*

37 *Novatio non fit per simplicem cessionem, & num. 45. et 46.*

38 *Creditor in dubio præsumitur potius recepisse cessionem loco cautionis, et pro faciliori exactione, quam in extinctionem, et solutionem crediti.*

39 *Cautela abundans prodesse solet, non nocere, & num. 91.*

40 *Inducta ad favorem non debeat in odium retorqueri, & nu. 91.*

41 *Fa-*

41 *Facta ad augumentum, unum finem, & effectum non debent diminutionem, seu contrarium operari, & num. 91.*

42 *Cessionarius simplex, qui non exegit, potest adhuc contra cedentem experiri primæva jura. Ampl. ut num. 43.*

44 *Cessio quando non habeatur loco solutionis.*

46 *Cessione recepta non obstante, quando dicatur reservatum omne aliud præcedens jus, & novus additus contractus cumulative, & ad majorem cautelam, & securitatem, non extinctive, & num. 47.*

48 *Cessio simplex dicitur, quæ est facta loco pignoris, & pro majori securitate.*

49 *Cessionarius ad effectum redeundi contra cedentem tenetur facere, & ostendere diligentias contra debitorem cessum, Decl. ut num. 50. et seqq.*

52 *Fidejussor non dicitur creditor, nisi solvat.*

53 *Cessio simplex facta fidejussori habet potius naturam mandati, seu pignoris, & specialis hypothecæ, & non arctat cessionarium ad aliquas diligentias ad effectum experiendi priora jura contra cedentem.*

54 *Cessionario simplici non nocet mora, nec negligentia in exigendo,*

55 *Negligens dicitur, qui facultatem habet diligentias faciendi.*

56 *Cessionario ad effectum agendi contra nomen cessum, necesse est, ut possit ostendere jus suum, & probare existentiam crediti.*

57 *Cessio non operatur, nisi jura cedentis plene justificentur.*

58 *Cedens debitoris nomen tenetur docere, & sic promisisse intelligitur, de existentia debiti per exhibitionem scripturarum, vel probationum pro exactione sufficientium, & per effectualem consignationem, alias dicitur in culpa, & cessio corruit, et num. 59. 60. 61. et 63.*

62 *Negligentia absorbet negligentiam.*

64 *Usufructuarium quem esse, non videtur probari posse nisi per scripturam.*

65 *Conductio requirit rem, consensum, et certam mercedem.*

66 *Locationes fieri non solent absque scriptura, et quare.*

67 *Diligentias inanes, et non profutura quis facere non tenetur.*

68 *Ampl. etiam si sit dubium.*

69 *Actionem quod quis non habeat ipso jure, vel quod ea per exceptionem infirmetur, vel infirmari possit, idem sunt.*

70 *Cedens quando possit debitum cessum exigere, vel cessionem revocare.*

71 *Juribus suis si quis usus non fuit, sibi imputare debet.*

72 *Cessionarius, si cessio non contineat dationem in solutum, nec transactionem, nec ex ea resultet aliqua contrarietas, non impeditur recta via experiri primæva jura, et actionem contra cedentem. Ampl. ut ibid.*

73 *Actus, seu contractus secundus accedens primo illum non alterat, nec ejus mutat naturam.*

74 Clau-

74 Clausula, Non alias in cessione apposita probibet cedenti acquisitionem alterius juris, quod alias sibi non competat ex præcedenti actu, & instrumento.

75 Et est resolutiva, ac tollit consensum ab actu, & operatur; ac si actus factus non fuisset.

76 Et est adeo præcisa, ut non recipiat interpretationem, seu modificationem, & reddit consensum individuum.

77 Clausulæ præservativæ tuentur ab omni præjudicio, & conservant jus omne illæsum, ac faciunt actum, & contractum, in quo opponuntur conditionalem, & nihil ponunt in esse.

78 Cessionarius redire potest ad primæva jura in subsidum, & factis diligentiis contra nomen cessum. Decl. ut nu. 79. 81. 85. 86. 87. 88. 89.

80 Cessio quando dicatur facta ad commodum cedentis.

81 Cessio loco solutionis facta importat ex tunc ipso jure liberationem, & transfert periculum in cessionarium, qui nominis cessione contentatur.

82 Novatio inducitur ex cessione facta loco solutionis.

83 Cessio loco solutionis quando facta dicatur.

84 Cessione juribus extinctis, ad effectum redeundi contra cedentem requiritur eorum reviviscentia.

90 Hypothecam specialem, & generalem habens, cum clausula, Ita quod specialitas generalitati non deroget, habet electionem agendi qua vult earum.

92 Actus non debent operari contra intentionem agentium.

93 Cessio ubi non est facta ad commodum cedentis, non videtur cessionarius admittendus ad agendum contra cedentem, nisi discussis cessis, & pro eo, quod consequi non potuit.

94 Cessio quando videatur facta ad commodum cessionarii.

95 Causa potissima, & finalis contractus colligitur ex illius proœmio. Ampl. ut nu. 96.

97 Causa finalis dispositionem totam restringit.

98 Et potius inspicienda est, quam verba.

99 Et est principalis, cui omnia tribuuntur.

100 Obligatus in uno absolutus censetur in aliis.

101 Principaliter quo agitur, semper attendi debet.

102 Favore alicujus inducta habent tacitam conditionem, si ei placuerit.

103 Cautela pro majori, quę fiunt, non inducunt novationem.

104 Verba, Dederunt, cesserunt, transtulerunt, important cessionem expressam, & effectivam, non solam obligationem, & pignus.

105 Clausula, Dans, est de natura, & forma mandati.

106 Clausula, Transferens, est de natura, & forma mandati, vel est dubia, & intelligitur secundum subiectam materiam, & n. 107. Ampl. ut ibid.

108 Clausulæ positæ in parte executiva non alterant, nec ampliant dispositionem.

109 Hy-

109 *Hypotheca specialis contracta videtur per assignationem factam debitoris, ut creditori assignantis solvat.*

110 *Nominis debitoris assignatione acquiritur in eo prælatio.*

111 *Clausula, Dedit, & assignavit, in cessione non sufficit ad transferendum dominium.*

112 *Exceptio excussionis, & omissarum diligentiarum contra nomen cessum non admittitur in obligatione camerali, sed datur cessionario electio.*

113 *Diligentias qui facere tenetur, liberatur propter impedimentum præstitum, & sub num.* 120.

114 *Sequestrum dicitur impedimentum proveniens ex facto deibtoris, & sub nu.* 120.

115 *Sequestri impedimentum suffragatur etiam absque protestatione, & diligentiis pro illius revocatione.*

116 *Sequestrum solvendi causa revocari non potest, nisi solutione.*

117 *Diligentiarum omissio opponi non potest ab hærede illius, ex cujus facto provenit impedimentum sequestri, & sub num.* 120.

118 *Impedimentum, quod facile tolli potest, non excusat.*

119 *Impeditus, & ignorans æquiparatur.*

120 *Fructuum perceptionis præsumptio non intrat in domibus, & apothecis de sui natura non fructiferis.*

121 *Exceptio cessionis, & omissionis diligentiarum contra nomen cessum est à judicio executionis obligationis cameralis aliena.*

122 *Credita, & obligationes tot sunt, quot termini.*

123 *Compensationi non est locus in judicio præsertim obligationis cameralis, non constito de credito compensando in substantia, vel illo non liquido.*

124 *Executio crediti liquidi non retardatur per illiquidum.*

125 *Compensationis ad effectum debet esse creditum privilegiatum, prout est illud actoris.*

126 *Liquidum perfecte dici non potest, quod per sententiam non fuit liquidatum.*

127 *Compensatio non admittitur de credito non dum in esse deducto, nec de eo, quod requirit altiorem indaginem, vel est per tres sententias canonizandum, & num.* 128. *&* 129.

130 *Exigere obligatus, ut teneatur de proprio, probandum est, ut exigendus sit debitor, & facilis exactionis.*

131 *Referenti quando sit potius standum, quam relato, & num.* 132.

133 *Verba, Ita tamen, habent vim taxationis.*

134 *Et sunt præcedentium adversativa in eodem genere, & eisdem terminis retentis.*

135 *Et eorumdem continuativa, repetitiva, restrictiva, limitativa, modificativa, & declaratoria, & nu.* 136. 137.

138 *Et conditionem important.*

139 *Ver-*

139 *Verba, cum hoc, conditionem inducunt.*

140 *Verba quantumvis ampla, & generalia limitantur, & restringuntur verbis adiectis.*

141 *Limitatio in fine totam orationem qualificat, & maxime quando est per modum conditionis & nu. 142.*

143 *Limitatur pronunciatio universalis à suo termino restrictivo.*

144 *Clausula, Ita tamen, determinat omnia precedentia, etiam si sint capitula separata, quando non adest, quod suadeat contrarium, & materia est continuativa.*

145 *Relatio intelligenda est exceptis iis expresse dispositis in referente.*

146 *Declaratio nihil dat, vel disponit, vel facit de novo, sed jam factum aperit, & ostendit & n. 147.*

148 *Et ad tempus dispositionis retrotrahitur illiquè ita inhaeret, ut facta etiam in diversa scriptura censeatur in eadem, & eodem tempore facta, & nu. 149.*

150 *Scriptura secunda deservit pro prioris declaratione.*

151 *Exceptio praesumptae satisfactionis non retardat executionem obligationis cameralis, dum non docetur, tot pecunias ad manus actoris administratoris pervenisse, ut sibi satisfieri potuerit.*

152 *Administrator non dicitur liquidus debitor, nisi quantitas per eum restituenda sit certa.*

153 *Rationis redditionem qui praetendit, quid probare debeat.*

154 *Administrator, qui asserit, se non administrasse vel non exegisse probare non tenetur, et num. 155.*

156 *Procurator non tenetur actione mandati, non consisto de interesse, seu quod aliquid perierit, ex quo non adimpleverit mandatum acceptatum. Ampl. ut num. 157.*

158 *Nominis debitoris assignatione, seu facultate data illud exigendi cedens non liberatur, quia facultas est in arbitrio, non in necessitate.*

159 *Negligentia imputari non potest ei, qui non exegit, quando nullus ei terminus praefixus est.*

160 *Negativa non exactionis quando probanda sit ab eo, qui exigere debebat, et nu. 161.*

162 *Exactio non probatur ex consensu à parte praestito consignationi.*

163 *Solutio facta per manus alicujus intelligitur ab eo facta tamquam ministro.*

164 *Collationi locus est etiam post divisam haereditatem. Lim. ut num. 167. et 169.*

165 *Ampl. etiam in haereditate matris.*

166 *Collationis jus transmittitur etiam ad haeredes.*

168 *Dotare potest mater aut de proprio, aut tamquam administratrix.*

169 *Collationis exceptio non retardat executionem obligationis cameralis, et crediti liquidi, et num. 170.*

171 *Hæres creditor sine inventario non potest pro credito obtinere Exequatur contra personam, & bona propria cohæredis pariter sine inventario, & quare. Declaut nu. 174. 175. 176. 178. & 179.*

172 *Cohæres cohæredi non tenetur.*

173 *Inventarium facere potest etiam unus ex pluribus hæredibus.*

175 *Hæres sine inventario pro dimidia non obligatur cohæredi pro alia dimidia, & quare.*

177 *Socius non petit ab altero redditionem rationis, nisi, et ipse antea reddiderit.*

180 *Personas plures unus potest repræsentare, et posse, quod possent plures.*

181 *Unus censeri potest duplicis, seu diversi juris ob plures, seu diversos respectus.*

182 *Jura plura in uno non confunduntur, sed unũ quodque de per se consideratur, tanquam si essent duæ personæ distinctæ, & pristinam naturam retinent, et num. 183.*

184 *Jura plura habens, seu personas plures repræsentans si eligat personam unius, ejusdem sustinet vicem, & pro eo habetur, nec tunc consideratur uti persona alterius.*

185 *Persona ex una non valet quis aliud intelligere, seu confiteri, aliud ex altera.*

186 *Cohæres sine inventario adstringi potest ad debitum hæreditarium insolidum respectu suæ ratæ.*

187 *Socrus, & Avia non tenentur, nisi in qantum facere possunt.*

188 *Hæres illius, qui non tenebatur, nisi in quantum facere poterat, si inventarium non fecerit, eodem gaudet privilegio, Lim. & decl. ut nu. 197. 198. & 199.*

189 *Carcerari non potest, qui non tenetur, nisi in quantum facere possit.*

190 *Hæres carcerari potest pro debito defuncti, prout potuisset defunctus.*

191 *Qui non tenetur, nisi in quantum facere potest, non potest ultra vires astringi, vel bonis omnibus spoliari, sed deducendum est ne egat, et nu. 192.*

193 *Privilegio, seu beneficio ne quis conveniatur, nisi in quantum facere possit, an intelligatur renunciatum per obligationem juratam in forma Cameræ, et num. 194. et 195.*

196 *Ad gaudendum dicto beneficio debet constare de paupertate.*

DECISIO LIX.



ADmodum Excel lent.mus Artium, & Medicinæ Doctor Franciscus Cæsius filius, & hæres qu. Bartholomei fidejussoris in censu de anno 1613. 6. Maii imposito per qu. Claudiam Cultellinam de Gabiolis, & vendito qu. D. Comiti Annibali Raynutio, judicium instituit contra D. Jacobum

bum Zanolinum uti hæredem Dialtæ Filiæ, & hæredis dictæ Claudiæ pro recuperatione libr. 3573. 18. ab ipso solutarum, ut docuit, domino dictus census pro illius fructibus decursis in vim publici instrumenti obligatione Camerali Vallati de illum indemnem relevando, & opposito per Zanolinum, se non esse hæredem nisi pro dimidia, & pro alia dimidia hæredem esse ipsum D. Cæsium, mediante Cecilia ejus matre, obtinuit primo loco à D. Auditore Generali relaxationem executionis pro medietate dicti crediti, salvo tamen beneficio inventari, quatenus de illo legitime constiterit, & secundo loco à D. Michillo Auditore, & Judice delegato cum clausula, *si quid exequendum &c.* executionem contra bona hæreditaria tantum dictæ Claudiæ, & etiam contra bona, & personam ipsius Zanolini, quatenus infra mensem non exhibuerit bona hæreditaria dictæ Claudiæ ad manus ipsius, seu dictæ Dialtę perventa, & de quibus in processu, vel de illis non reddiderit rationem, quam Procurator Zanolini expresse acceptavit gratias referendo.

Introducta postmodum appellatione in partibus præjudicialibus ex parte D. Cæsii à dicta Sententia, seu pronuncia D. Michilli in hac Rota, & causa hodie pro resolutione, & expeditione proposita, fui in voto pro executione sententiæ D. A.G. & reformatione sententiæ D. Michilli nempè pro relaxatione executionis pro medietate dicti crediti contra bona hæreditaria dictæ Claudiæ ad manus Dialtæ ejus filiæ, & hæredis, seu ad manus dicti D. Jacobi Zanolini dictæ Dialtæ hæredis perventa, & ad ipsam Dialtam, & Zanolinum respectivè, spectantia, & nisi infra quindecim dies docuerit dictam Dialtam adivisse hæreditatem Claudiæ cum beneficio legis, & inventarii, inventariumque confecisse, illudque exhibuerit, & de bonis inventariatis rationem reddiderit, pro mandato de exequendo etiam contra bona propria dictæ Dialtæ, nec non etiam contra bona propria, & personam dicti Zanolini hæredis dictæ Dialtæ, nisi infrà eosdem quindecim dies docuerit de aditione hæreditatis Dialtæ cum beneficio pariter legis, & inventarii, & alias ut supra.

Admisso enim, sine veri præjudicio, quod in effectu etiam D. Cæsius actor sit hęres Claudię debitricis matre mediante in dimidia, & sine beneficio legis, & inventari, quod esset ab adver- 1
sario probandum, *Pen. dec.* 1622. *num.* 3. *vers. et ex prædictis, et sub nu.* 5 *et decis.* 1640. *nu.* 1. & sic quod
Zanolinus cohęres, seu cohæredis 2
hæres non possit actione personali conveniri, nec carcerari pro toto debito, ut dicit *Bald. in l.* 3. *n.* 1. *C. de neg. gest.* quemadmodum tamen D. Cæsius non con- 3
fusit suum creditum, nisi pro illa dimidia, pro qua est hæres, secus autem pro alia dimidia, *l. si debitori* 51. *ff. de fidejuss. Thomas de invent. tract.* 7. *tit.* 15. *cap.* 4. *nu.* 69.

Rub. in adnot. ad Rot. recent. par. 4. *tom.* 3. *dec.* 636. *nu.* 70. & ipsa *Rot.*
4 *recent. par.* 2. *dec.* 528. *n.* 1. ità pro alia dimidia agere potest contra Zanolinum cohæredem, *Rub. ubi supra n.* 71. *Gratian. discept.* 150.
5 *n.* 12. Cum hæres quilibet teneatur pro rata, pro qua est hæres, ad solutionem debiti hæreditarii, & in reliquis ratis judicetur extraneus, *l. pro hæreditariis ff. de hæred. action. l.* 3. *ff. famil. ercisc. l.* 1. *ff. si cert. pet. Paris. cons.* 66. *n.* 21. & 23. *lib.* 2. ubi, quod conclusio est clarissima. *Greg. dec.* 442. *n.* 3. ubi *Beltram. n.* 5. *Coccin. dec.* 285. *n.* 3. *Duran. dec.* 58. *num.* 1. & *dec.* 454. *nu.* 2. *Pen. dec.* 1622. *n.* 5. *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 145. *nu.* 6. *et dec.* 146. *n.* 1. & penes *Merlin. de pign. dec.* 127. *n.* 3. 5. 11. 14. *et seqq.* at-
6 que debeat pro ea parte servare factum defuncti, *Thomas d. tit.* 15.
7 *cap.* 2. *n.* 150. prout pro ea parte illum repræsentat, *Gratian. dec.* 146. *n.* 3. *Pen. d. dec.* 1622. *num.* 5.
8 & quando unus totum solvit, habet ille jus partem à cohærede repetendi, *Paris. d. cons.* 66. *n.* 22. *lib.* 2. *Duran. d. dec.* 58. *n.* 2. *et* 3.
9 Quibus stantibus locus fuit, ac est relaxationi mandati, & executionis contra bona hæreditaria d. Claudiæ respectu ratæ in effectu tangentis Zanolinum hæredem hæredis, & contra bona Dialtæ illius primæ hæredis, ac contra bona propria, & personam ipsius Zanolini, quatenus ex assignato sibi d. termino dierum 15. fuerit morosus, ex contumax in docendo de aditione alicujus ex dictis hæreditatibus cum beneficio legis, & inventarii, ac de inventario, & in reddendo de bonis inventariatis rationem, juxta tradita per *Salust. Tiber. in pract. lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 14. 16. & 17. *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 2. *nu.* 4. & 5. & *dec.* 39. *nu.* 1. & *seqq.* & post nostrum *tract. de subhast. dec.* 87. *nu.* 10. cum hæres ob non confectionem inventarii teneatur ultra vires hæreditarias, *Salust. Tiber. loc. cit. n.* 12. & *seqq. Rot. recent. par.* 5 *tom.* 1. *decis.* 349. *nu.* 2. tamquam 10
præsumatur bona hæreditaria subtraxisse, *Salust. Tiber. loc. cit. n.* 15. *Greg. dec.* 511. *n.* 29. & asse- 11
rens se hæredem cum beneficio legis, & inventarii teneatur id probare, *Salust. ubi sup. num.* 17. *Barz. dec.* 49. *num.* 18. *Rot. apud Merlin. de pign. dec.* 33. *nu.* 27. & *dec.* 127. *nu.* 55. & sentit *Greg. dec.* 12
354. *sub nu.* 3. & arctetur ad exhibendum inventarium, *Mantic. de invent. cap.* 10. *num.* 161. ac li- 13
brum rationum, quod conficere debet, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 201. *num.* 28. & *par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 14
259. *n.* 34. & ut possit inventarii beneficio frui, & ne teneatur de proprio, debeat de bonis in inventario descriptis rationem reddere, *Gratian. discept.* 981. *nu.* 27. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 15. *nu.* 48. & ibi *Rot. dec.* 93. *n.* 7. & *in recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 201. *n.* 18. *Rot. in Romana census* 4. *Junii* 15
1646. *coram R. P. Celso*, & probare, hæreditatem non esse solvendo, *Barz. decis.* 35. *n.* 6. *Rot. penes Merlin. de pignor. d. dec.* 93. *n.* 8. & 16
quamvis Zanolinus sit hæres, hæredis, dicitur tamen hæres primi defuncti, *l. si quis filium §.* 1. *ubi glos. in verb. videtur, ff. de acq. poss.* 17

l. fin.

l. fin. C. de hæred. instit. Jas. in l. si
filius hæres ff. de lib. & posth. Man-
tic. de invent. cap. 1. nu. 182. Gra-
tian. discept. 104. n. 1. discept. 612.
n. 13. et discept. 743. n. 18. Rot. di-
vers. par. 2. dec. 47. nu. 5. Mantic.
dec. 79. n. 5. Greg. dec. 279. num. 1.
Cavaler. dec. 189. n. 2. Rot. recent.
par. 2. dec. 750. n. 3. et apud Mer-
18 lin. de legit. dec. 123. n. 2. & primi
hæredis locum, & personam su-
stinet, Gratian. d. discept. 743. nu.
19 18. & tenetur factum primi de-
functi præstare, Cavaler. d. dec.
20 189. nu. 3. Pen. dec. 974. n. 5. dum
ab eorum neutro inventarium
confectum fuit, Gratian. d. discept.
21 743. nu. 19. quidquid aliud esset,
si inventarium confecisset pri-
mus hæres, Mantic. ubi sup. quia
22 illud etiam sibi prodesset, Man-
tic. d. tract. de invent. cap. 6. nu. 59.
in fin. Roland. eod. tract. par. 3. §.
modo quæritur sub nu. 1. et 2. in fin.
23 vel si confecisset ipse secundus,
Roland. sub d. n. 1. in fin.

Neque obstat primo, quod
24 non competat D. Francisco Cæ-
sio actio pro relevatione, seu re-
stitutione fructuum census ab
ipso solutorum, quia ad istum ef-
fectum D. Claudia prima dic
post constitutum d. censum ces-
serit, & delegaverit D. Bartho-
lomeo Cæsio fidejussori (cujus
D. Franciscus est filius, & hæres)
jus exigendi affictus decurren-
dos apothecæ conductę à Joanne
Baptista de Martinis, & ad effe-
ctum censum extinguendi cesse-
rit etiam jus exigendi pensiones
decurrendas ex aliis duabus apo-
thecis, & in subsidium jus distra-
hendi fundum ipsius census, ad
Surd. cons. 22. num. 33. cum, qui 25
delegavit, solvisse dicatur, l. in-
ter eas §. abesse ff. mand. l. quam-
vis §. interdum ff. ad Vellejan. Ven-
turin. cons. 10. nu. 52. Gratian. dec.
164. nu. 13. & ego habui in tract.
mand. de manuten. observ. 35. n. 18.
& sic solverit debitum proprium,
vel in se accollatum, seu pro quo
habuerit assignamenta, & fuerit
facta novatio, & in consequens 26
non sit locus repetitioni, Rot. rec.
p. 6. dec. 77. num. 36. cum simil.

Resp. enim, quod d. cessio non
fuit vera delegatio, quia ad 27
eam constituendam quinque
concurrere debent, de quibus
per Gargear. patrocin. 96. num. 5.
lib. 2. quæ hic non concurrunt;
& præcipue nec delegans tunc
erat debitor, ut ad delegationem 28
requiritur, Put. decis. 126. num.
6. lib. 3. jux. veter. impress. nec
fuit inducta illius liberatio, quæ 29
etiam inter delegationis requisi-
ta numeratur, Gratian. discept.
64. num. 2. neque intervenerunt
debitores delegati, ut etiam opus 30
fuisset, Castr. cons. 181. num. 4.
lib. 1. Alex. cons. 60. num. 2. lib. 6.
et cons. 173. nu. 2. et 4. lib. 7. Gra-
tian. d. discept. 64. num. 16. & di-
scept. 968. num. 13. & 14. Greg. dec.
217. num. 3. Add. ad Buratt. dec.
486. num. 11. Duran. dec. 266. num.
22. Pen. dec. 782. num. 4. neque se-
cuta fuit inter eos, & Cæsium de-
legatarium stipulatio, ut etiam 31
oportuisset, Dec. cons. 421. nu. 17.
Duran. dec. 266. n. 22. cum non 32
stet vis in eo solo, quod contra-
hentes usi fuerint verbo, delego,
Duran. ibid. Nec Cæsius censum,
seu debitum in se assumpsit, vel
accollavit.

Sed

Sed ex tenore instrumenti apparet, quod fuerunt potius simpliciter mandatę actiones, ut posset Cæsius fidejussor satisfacere creditori census ex substantia
33 principalis debitoris, prout illi de jure permissum est, *Cost. remed. subsid. 30. num. 7.* vel sibi ipsi, quatenus antea de proprio solveret,
34 & sic in eum transiit simplex exercitium directarum actionũ, non autem utilium, & fuit simpliciter constitutus procurator ad exigendum, *ad l. si mandavero la 2. §. interdum ff. mand. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 32. nu. 24.* & ibi *Rot. dec. 146. nu. 6. Rot. rec. par. 1. dec. 443. n. 3. & par. 4. tom. 1. dec. 373. nu. 33. Duran. dec. 34. num. 34. dec. 207. la 2. nu. 1. decis. 247. num. 10. & dec. 266. n. 16. &*
35 *17.* Adeout Claudia cedens, nec fuerit ante solutionem liberata *Duran. dec. 99. nu. 2. dec. 266. n. 17 & decis. 387. num. 3. & Rot. in Bononien. litterarum cambii 8. Aprilis 1647. coram R. P. D. Verospio, & 27. Martii 1648. coram R. P. Royas,* & interim ejusdem esset periculum, non autem Cæsii cessionarii, *Surd. cons. 22. sub nu. 33. lib. 1. Duran. d. dec. 268. num. 17. & d. dec. 387. num. 3. Pen. dec. 1541. num. 3. in fin. & Rot. in d. Bononien. litterarum cambii,* &
36 semper in dubio cessio præsumitur simplex, *Duran. d. dec. 266. n.*
37 *18.* per quam non fit novatio, *Duran. ibid. num. 19.* & stat præsumptio etiam pro creditore,
38 quod potius recipiat cessionem loco cautionis, & pro faciliori exactione, quam in extinctionem, & solutionem crediti, *Rot. in Bononien. litterarum cambii 27. Novembris 1648. coram R. P. Celso §. & præsumptio.*

Fuitque hujusmodi cessio facta pro majori cautela ipsius D. Cæsii fidejussoris, ut legitur in principio instrumenti, ibi, *volentes magis, & quò possint meliori modo, cautum reddere Bartholomeum Cæsium,* &c. quæ 39
non solet nocere, sed prodesse, *l. 3. ff. de testam. milit. l. si testamentum C. de testam. Ruyn. cons. 149. num. 15. lib. 5. Gratian. discept. 719 num. 21. Greg. dec. 267. num. 3. Buratt. dec. 723. num. 3. in fin. Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 179. nu. 20. & dec. 337. num. 14. & tom. 3. dec. 715. num. 6. & par. 5. tom. 1. decis. 36. num. 56. & par. 6. dec. 212. nu. 12. & dec. 320. num. 47. & par. 7. dec. 116. num. 14.* & in similibus terminis, *Castr. cons. 106. sub nu. 3. ante fin. lib. 1.* ac in puncto dati fidejussoris, vel pignoris, ut videtur esse factum hoc casu, est *tex. in l. si ex conventione,* ubi *Bart. num. 2. Alex. num. 2. & Jas. nu. 4. ff. de re judic.* prout inducta ad fa- 40
vorem non debent in odium retorqueri, *Rol. cons. 36. num. 9. lib. 4 Natt. cons. 123. num. 11. lib. 1. Gratian. discept. 665. num. 20. Buratt. dec. 49. num. 8. & dec. 699. num. 5. & Rot. recent. par. 7. dec. 198. nu. 9.* nec facta ad augumentum, vel 41
unum finem, aut effectum debent diminutionem, seu contrarium operari, *l. legata inutiliter ff. de leg. 1. l. si mancipia ff. de fund. instr. l. quod favore, C. de legib. Dec. cons. 47. num. 5. cons. 597. nu. 8. & cons. 627. num. 13. Paris. cons. 78. num. 17. lib. 3. Roland. cons. 70. nu. 46.*

46. *lib.* 3. *& cons.* 23. *num.* 16. *& cons.* 36. *num.* 9. *lib.* 4. *Natt. cons.* 123. *num.* 12. *lib.* 1. *& cons.* 373. *n.* 22. *& cons.* 403. *num.* 6. *lib.* 2. *Gargear. patroc.* 22. *num.* 6. *par.* 1. *Gratian. discept.* 665. *nu.* 19. *& discept.* 1000. *num.* 28. *& dec.* 47. *num.* 31. *Duran. dec.* 387. *num.* 13. *& Rot. recent. par.* 6. *dec.* 174. *num.* 42. & in nostris terminis, *Bart. Alex. et Jas. in d. §. si ex conventione.*

42 Ex quibus sequitur, ut, cum non constet, aliquid in vim d. cessionis exactum à Cæsio fuisse, possit idem adhuc experiri priora jura, *d. §. ex conventione*, & ibi *Alex. num.* 3. *et Jas. num.* 4. Et id
43 cum minori difficultate, dum cessio legitur expresse facta, & recepta cum clausula, citra novationem, præjudicium, & derogationem, immo ad augmentum ejus priorum jurium quorumcumque, & non alias, nec
44 alio modo, quo casu ipsa cessio non habetur loco solutionis, *Duran. d. dec.* 34. *num.* 33. *&* 34. *dec.*
45 99. *num.* 2. *et dec.* 266. *num.* 17. & procul dubio non dicitur ex ea inducta novatio, *Gratian. discept.*
46 64. *num.* 26. *et discept.* 290. *nu.* 25. *et seq.* sed reservatum omne aliud præcedens jus, *Marchesan. de commiss. par.* 1. *de commiss. appell. ab oblig. Camer.* §. 1. *num.* 204. *fol.* 713. *Put. decis.* 197. *num.* 23. *lib.* 1. *jux. veter. impress. Greg. dec.* 347. *in fin. Pen. dec.* 732. *num.* 5. *et dec.* 738.
47 *num.* 3. & novus additus contractus cumulative, & ad majorem cautelam, & securitatem ipsius fidejussoris, non extinctive, *Gratian. discept.* 509. *num.* 11. *et* 12. & facit *Duran. d. dec.* 266. *nu.* 26.

Nec refragari videtur replicatio, quod cessionarius, & sic D. Cæsius habens etiam simplicem cessionem nominis debitoris, ut videtur esse ista, quæ est facta loco pignoris, & pro majori securitate recipientis, *Rot. post Merlin. de pignor. d. dec.* 146. *num.* 12. *in fin.* 48
teneretur facere, & factas ostendere diligentias contra debitorem, seu debitores cessos, antequam posset redire contra cedentem ex *Ruyn. cons.* 44. *num.* 7. *et* 8. *lib.* 1. *Scacc. de commerc. et camb.* §. 2. *gl.* 5. *num.* 250. *et seq. et Altograd. cons.* 37. *num.* 23. *et seqq. et Franc. Salgad. de credit. concurs. tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 27. *num.* 56. 49

Si quidem responderi posse videtur, replicationem procedere, 50
quando fuit cessionario tunc creditori pro credito certo facta consignatio, & traditio cædulæ, seu instrumenti crediti cessi, ut loquitur *Ruyn. d. cons.* 44. *nu.* 6. *et seqq. et per tot. et Altograd. d. cons.* 37. *nu.* 17. 22. *vers. moveor quia* 23. *vers. quando enim Cædula* 38. *vers. certum est* 39. *in fin. et* 40. cum tunc 51
per hujusmodi consignationem dicatur facta translatio, & cessio actionis, *Alex. in l. debitorum nu.* 3. *C. de pact.* Secus autem affirmandum videtur, quando cessionarius cessionis tempore non habebat aliquod præsens creditum tunc maturatum, vel in futurum maturandum, prout non habebat Cæsius fidejussor, nec habiturus erat, nisi solvisset, *l. si pro ea*, & 52
ibi *DD. C. mand. Rot. divers. par.* 4. *dec.* 144. *num.* 22. sed agitur hic de cessione pro credito, quod non extabat, & incerto etiam in futu-

futurum, hoc est de cessione juris exigendi pensiones maturandas facta fidejussori ad effectum, ut ille posset cum illis de anno in annum solvere fructus decurrendos census, in quo die præcedenti accesserat, ne cogeretur illos solvere de proprio, & sumus in casu, in quo neque cessionario à ce-
53 dente facta fuit consignatio, & traditio cædulæ, vel instrumenti crediti cessi, quo casu simplex sola cessio habet potius naturam mandati, seu pignoris, ac specialis hypothecæ, & non arctat cessionarium ad aliquas diligentias, *Altograd. d. cons. 37. num. 29. in fin. vers. secundo quia junctis num. 17. et seqq. et num. 31. et seqq. Rot. recent.*
54 *par. 1. dec. 303. sub nu. 14. Pen. dec. 1541. sub nu. 3.* nec mora, seu negligentia in exigendo nocet *Pen. d. dec. 1541. sub num. 3. Rot. in Bononien. litterarum Cambii 8. Aprilis 1647. §. ex his non videtur coram R. P. Verospio, & in eadem 27. Novembris 1648. coram R. P. Celso §. quibus stantibus*, quas nec fa-
55 cere erat in Cæsii facultate, quæ erat illi necessaria, ut posset redargui de negligentia, *gl. in c. si Clericus in verb. negligentia de præb. in 6.* quia carebat justifica-
56 tione crediti cessi, cum ad effectum agendi contra nomen cessum necesse sit, ut cessionarius possit ostendere jus suum, *Se-*
57 *raph. dec. 1477. num. 8.* & probare existentiam crediti cedentis, *Gratian. dec. 111. num. 11. in addit.* nec alias cessio operetur, nisi jura cedentis plene justificentur, *Gratian. discept. 730. num. 30. Rot. recent. par. 7. dec. 114. num. 14.* unde ipse cedens nomen debitoris tenetur docere de existentia debi- 58
ti per exhibitionem scripturarum, vel probationem pro exactione sufficientium, *Gratian. discept. 286. num. 17. & seqq. Greg. decis. 579. num. 3.* ubi *Beltram. num. 4.* & per effectua- 59
lem consignationem, *Pen. decis. 634. per tot. Comitul. decis....* pro- 60
ut sic promisisse intelligitur ex ipsa generali jurium, & actionum cessione, *Rot. recent. par. 2. decis. 671. sub nu. 1.* alias ipse dici- 61
tur in culpa, *Gratian. d. discept. 286. sub num. 1.* & sic negligentia 62
absorbet negligentiam, *Bald. in l. sciendum alias l. Prætor. ait §. si aliquando num. 2. ff. de nov. oper. nunciat.* & cessio corruit, *Rot. re-* 63
cent. par. 1. decis. 443. num. 9. quod hic factum non fuit, & tamen subministrari debebant probationes, quod ipsa Claudia cedens esset usufructuaria, ut se faciebat, 64
quod non videtur probari posse nisi per scripturam, *§. 1. Instit. de usufr.* & quod Apotheca, seu Apothecæ, de quarum pensionibus agitur essent sub ipso usufructu ad ipsam spectante, & quod essent ab ea locatæ Conductoribus in cessione nominatis, & pro illa quantitate pensionis; 65
cum in conductione requiratur res, consensus, & certa merces, *Rub. in adnot. ad Rot. recent. par. 4. tom. 2 decis. 420. num. 102. & 103.* 66
quæ locationes à communiter accidentibus, nec solent fieri sine scriptura prohabenda via executiva, & ut appareat pro quo tempore, & de præcisa quantitate solvenda, ut satis notum est. Nec tene-

67 tenetur quis facere diligentias inanes, & quæ non sunt profuturæ, *l. fin. §. pæn. ff. quis ord. in bon. poss. serv. Castr. cons.* 13. *num.* 53. *cons.* 20. *num.* 19. *&* *cons.* 50. *nu.* 7. *lib.* 3. *Ruin. cons.* 42. *num.* 8. *lib.* 4.
68 *Rot. recent. par. d. decis.* 567. *sub num.* 6. nec immo quæ sit dubium, an sint profuturæ, *Cravett. cons.*
69 83. *num.* 5. cum nihil intersit, ipso jure quis actionem non habeat, an ea per exceptionem infirmetur, seu infirmari possit, *l. nihil interest, ff. de regul. jur. Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 13. *nu.* 5.

His accedit, quod non obstante hujusmodi cessione, pote-
70 rat, & Claudia cedens debitum, & pensiones exigere, vel cessionem revocare, dum cessionarius, nec litem contestatus fuerat, nec aliquid ex debito acceperat, nec cessionem debitori, seu debitoribus denunciaverat, *l.* 3. *C. de novat. Castr. cons.* 98. *num.* 3. *lib.* 2. *Rot. recent. d. par.* 1. *decis.* 303. *sub num.* 14. *Duran. dec.* 266. *sub num.* 17. *&* 26. prout hanc facultatem in cessione etiam voluisse sibi reservare videtur, dum post arbitrium collatum in Cæsium extinguendi cum pensionibus aliarum Apothecarum, & retractu fundi censiti respectiue censum convenit, quod casu, quo census ab ipsamet extingueretur, teneretur Cæsius, pensiones, si quas exactas in manibus ad dictum ef-
71 fectum haberet, illi restituere, unde sibi imputare debet Claudia, seu illius hæres, si suis juribus usa non fuit.

Quæ facilius procedere videntur, dum cessio apparet facta, & recepta vt supra, etiam dictum fuit, ad magis cautum reddendum Cæsium, qui erat illius census Fidejussor, & citra novationem, præjudicium, vel derogationem, & ad augumentum, & cum reservatione priorum jurium quorum- 72
cumque, quo casu, cum non sit aliquid insolutum datum, nec simus in transactione, nec resultet aliqua contrarietas, non impeditur cessionarius recta via experiri primæva jura, atque actionem contra cedentem, *Paris. cons.* 102. *num.* 2. *lib.* 3. *Gratian. discept.* 290. *num.* 25. *&* *seqq.* *&* *nu.* 33. tamquam secundus actus ut accedens primo non debeat 73
illum alterare, nec illius naturam mutare, *Gratian. decis.* 130. *nu.* 6. *in addit.* Et eo magis, quia fuit addita etiam clausula, *& non alias, nec alio modo, Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 509. *sub num.* 2. 74
qua prohibetur cedenti acquisitio alterius juris, quod aliàs sibi non competat ex præcedenti actu, & instrumento, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 136. *num.* 12. estque resolutiva, tollitque con- 75
sensum ab actu, & operatur, perinde ac si actum nihil fuisset, *Mart. claus.* 286. *num.* 3. *par.* 1. *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 115. *num.* 6. *vers. stante præsertim*, *&* *par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 290. *num.* 13. *&* *par.* 6. *decis.* 104. *num.* 34. *&* *Pen. decis.* 1220. *num.* 3. atque est adeò præcisa, ut 76
non recipiat interpretationem, seu modificationem, *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 619. *sub nu.* 2. *&* *par.* 6. *decis.* 100. *num.* 7. & reddat consensum indivium, *Rot. recent.*

par. 4. tom. 3. decis. 536. num. 8.

77 Cum istæ clausulæ præservativæ tueantur ab omni præjudicio, & conservent jus omne illæsum, ac faciant actum, & contractum, in quo apponuntur, Conditionalem, itaut nihil ponant in esse, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis. 460. num. 16. & par. 6. decis. 110. num. 14. & decis. 203. num. 23.*

Neque videtur intrare aliæ re-
78 plicatio, quod reditus ad primæva jura competat insubsidium, hoc est, factis diligentiis contra nomen cessum, ex *Ruyn. cons. 45. num. 4. lib. 5. & Cost. in addit. ad Mart. d. clau. 286.*

Quoniam responderi posse vi-
79 detur, *Ruyn. Cost.* & similes loqui, & intelligendos esse, vel in casu, quo ita inter partes actum fuerit, ut in his terminis loquitur præsertim *Ruyn. d. cons. 45. & Surd. cons. 145. nu. 20. vers. quin-*
80 *to loco lib. 1.* quo casu cessio etiam facta dicitur ad commodum cedentis, *Franc. Salgad. de credit. convers. tom. 1. par. 1. cap. 27. num.*
81 55. vel in cessione, quæ est loco solutionis, & quæ importat ipso jure, & ex tunc liberationem cedentis, & periculum transfert in cessionarium, dum is nominis cessione contentatur, *Becc. cons. 195. num. 18. & seqq. & 25. in fin. lib. 1. Surd. d. cons. 22. sub num. 33. lib. 1. & ibid. cons. 45. nu. 21. Duran. d. decis. 99. nu. 4. & 6. & d. dec. 266. num. 14. 15. et 17. vers. alia*
82 *vero cessio*, & inducitur ex ea novatio, *Duran. dict. decis. 266.*
83 *num. 19. in fin.* eaque fit per nominis venditionem, vel delegationem, vel in solutum dationem, de qua per *Duran. d. dec. 99. nu. 3. & d. dec. 266. num. 17. vers. alia vero cessio, & num. 20.* quo casu 84
cum agatur de juribus jam extinctis, opus est, ut doceatur de eorum reviviscentia per resolutionem ipsius cessionis, ad tradita per me *in tract. de subbast. insp. 65. & Rot. recent. par. 4. tom. 1. dec. 509. nu. 3. & seqq.* vel procedit repli- 85
catio quando creditum cessum consistit in scriptura privata, quæ à cedente fuerit tradita cessionario, atque ideo illius exactio totaliter penderet à voluntate cessionarii, non cedentis, qui scriptura carebat, ut est casus *Ruyni*, *& Altogradi*, vel quando agitur 86
de deterioratione, seu inexigibilitate nominis cessi, & ad quem spectat illius periculum, ut in his terminis communiter Doctores quæstionem ponunt, & præsertim *Scaccia loc. cit. & Franciscus Salgad. de creditor. concurs. tom. 1. par. 1. cap. 27. num. 56. & seq. & Rot. in Bononien. litterarum Cambii 27. Martii 1648. coram R. P. Royas*, vel in cessione, quæ sit fa- 87
cta non fidejussori adhuc non creditori pro majori illius cautela, & securitate, & ad augumentum priorum obligationum, & cum dictis clausulis præservativis, sed fidejussori jam creditori, & uti talis, secus vero videtur di- 88
cendum in terminis cessionis, de qua agitur, quæ sonat in accessionem, & continet dictas clausulas præservativas, quia tunc cessio- 89
narius videtur habere electionem agendi, tam ex prioribus juribus, quam ex ipsa cessione, *juxta d. l. si se non obtulit, 4. §. si ex con-*

ventione, & ibi *Alex. nu. 3. & Jas.*
90 *num. 4. ff. de re judic.* ut dicitur de habente specialem, & generalem hypothecam cum clausula, Ita quod specialitas generalitati non deroget, *Paris. d. cons. 103. nu. 3. & 4. lib. 3. Rolan. cons. 36. n. 8. & 9. lib. 4.* Alias, si ex hujusmodi cessione cum dictis clausulis cessionarius cogeretur præmittere diligentias contra nomen ces-
91 sum, inducta ad majorem cautelam, & securitatem, ad augumentum, ad unum finem, & ad favorem operarentur contrarium contra supradictas vulgatas juris regulas, & cessionarius per acceptationem hujusmodi cessionis sibi præjudicasset, & suscepisset in se onus exigendi, & diligentias faciendi contra nomen cessum, quod non videtur dicen-
92 dum, ne actus operetur contra intentionem agentium, maximè quia hæc cessio non videtur facta
93 ad commodum cedentis, quo casu actor non videtur admittendus ad agendum contra cedentem, nisi prius discussis iis, contra quos cessionem, & mandatum simplex habuit, quia non potest agere, nisi in eo, quod minus consequi potuerit, *Becc. cons. 105. n. 25. post med. lib. 1* sed videtur facta ad solum cōmodum cessio-
94 narii, saltim principaliter, ut denotant supradicta verba, illius prœmii, ibi, volentes magis, & quo possint meliori modo cautum reddere Bartholomeum Cæsium &c. *Castr. d. cons. 106. n.*
95 *3. prope fin. lib. 1.* ex quo probatur potissima, & finalis causa contractus, *l. fin. ff. ad S. C. Macedon. l. fin. ubi Bart. ff. de hæred. instit. Rot. rec. par. 5. tom. p. dec. 299. nu. 1. Duran. dec. 18. num. 3. dec. 224. num. 9. et dec. 286. num. 72.* dum maximè 96
discertis verbis exprimitur, *Rot. rec. par. 5. tom. 1. dec. 251. num. 4.* quæ totam dispositionem restrin- 97
git, *Duran. d. dec. 286. num. 27.* & potius est inspicienda, quam ver- 98
ba, *Becc. cons. 197. num. 2. lib. 2.* tamquam sit causa principalis, cui omnia tribuuntur, *Pen.* 99
dec. 229. nu. 2. & 8. Atque, quod cessio respiciat solum commodum cessionarii, deducitur etiam quia apparet facta ad ipsius instantiam pro sua conservatione; & ipse in ea ad aliquid non obligatur, nec aliquid promittit, nisi exactum, si quod haberet in manibus restituere, si contingeret, censum per cedentem extingui, & obligatus in uno absolutus 100
censetur in aliis, *Paris. cons. 6. nu. 4. lib. 4.* & semper attendi debet 101
id, quod principaliter agitur, & non quod incidenter, & secundario, *l. si quis nec causā, ff. si cert. pet. Gratian. discept. 242. num. 23. Rot. recent. par. 2. dec. 422. num. 3. Pen. dec. 469. num. 1.* Quæ autem 102
in favorem alicujus inducuntur, habent tacitam conditionem, si ei placuerit, *Rolan. cons. 49. num. 10. lib. 4.* & quæ fiunt ad majorem 103
cautelam non important novationem, *Maur. de fidejuss. par. 2. cap. 4. num. 38.* prout in facultate etiam d. Cæsii cessionarii videtur remissa exactio ex ipso cessionis contextu.

Nec videntur obstare verba, seu clausulæ, de quibus in cessione, ibi, dederunt, cesserunt, tran-

104 transulterunt, quæ important cessionem expressam, & effectivam, non solam obligationem, & pignus, *Altograd. d. cons. 37. sub num. 39.*

Responderi enim posse videtur, quod clausula, Dans, est de
105 natura, & forma mandati, ut legitur in formulario universale
106 instrumentorum, prout, & clausula Transferens, ut per *Rot. post nostrum tract. mand. de manuten.*
107 *dec. 352. num. 7.* vel est dubia, & intelligitur secundum subiectam materiam, *Mart. clauf. 186. nu. 2. & 4. par. 1.* & sic hoc casu secundum naturam mandati, & pignoris, ac in obligationem, cum maximè subsequantur verba, & mandarunt, & videantur dictæ clausulæ positæ in parte executi-
108 va, quæ ideo non alterant, nec ampliant dispositionem, *Greg. dec. 311. num. 5. Buratt. dec. 150. num. 4. Rot. recent. par. 1. decis. 708. num. 2. & par. 2. dec. 739. num. 5.* nam, postquam Claudia una cum viro, & filiis pro eorum jure, & interesse assignarunt Cæsio dictos conductores, ut illi sol-
109 verent, ut supra, per qnod videtur contracta hypotheca specialis, *Castr. d. cons. 106. num. 3. vers. bis tamen ibi, constat autem &c. lib. 1. Natt. cons. 340. sub num. 6. lib. 2. Gratian. discept. 256. nu. 53.*
110 & acquisita in nominibus debitorum prælatio, *Paris. cons. 17. num. 109. lib. 1.* sub jungitur, & ad affectus prædictos, & ut omnia, & singula prædicta prædictum sortiantur effectum &c. dederunt, cesserunt, transtulerunt, & mandarunt eidem Bartholomeo omnia, & quæcunque jura &c. & de clausula dedit, & as- 111
signavit in cessione posita quod perse sola non sufficiat ad translationem dominii, dixit *Rot. in Bononien. litterar. Cambii 17. Martii 1648. coram R. P. D. Royas &c.*

Secundo principaliter responderi posse videtùr, quod excus- 112
sionis, & omissarum diligentiarum exceptio non videtur admittenda in obligatione Camerali, in qua sumus, & quæ continetur tam in primo, quam in secundo instrumento, & dat creditori electionem *Paris. cons. 103. num. 3. lib. 3. Gratian. discept. 593. num. 5. Julian. vivian. in prax. jurispatr. par. 2. lib. 13. cap. 8. num. 194. Rot. recent. par. 1. dec. 674. nu. 5. Burat. dec. 441. num. 8. ubi Add. litt. B.*

Tertio principaliter, quatenus re vera D. Cæsius debuisset præmittere diligentias contra nomen, seu nomina cessa responderi posse videtur, quod ab illis fuit 113
liberatus propter præstitum sibi impedimentum, *Ruyn. d. cons. 44. num. 6. in fin. lib. 1. et cons. 42. num. 8. in fin. lib. 4. et Rot. rec. par. 6. dec. 209. sub num. 6.* mediante sequestro ex parte Doctoris Paciani anterioris creditoris emanato, & executo contra dd. conductores de anno 1616. 7. Julii, quod dici- 114
tur impedimentum proveniens ex facto Claudiæ, quæ sequestro causam dedit, & excusat, *Seraph. dec. 912. num. 1. et seqq. Pen. dec. 26. num. 3. 4. et 6. et dec. 37. nu. 5. et seqq. et concordat Rot. rec. par. 5. tom. 1. dec. 308. in fin. et par. 7. dec. 19. num. 10. Greg. dec. 341. n. 2.*

Bu-

Burat. dec. 896. *num.* 3. ac resultat
115 ex hoc, quod Cæsius nec tenebatur protestari, nec diligentiam facere pro illo removendo, *Pen. d. dec.* 37. *num.* 11. cum maxime esset sequestrum factum solvendi
116 di causa, quod revocari non poterat nisi solutione, *Burat. dec.* 166. *num.* 1. *dec.* 515. *num.* 9. *et dec.* 653. *num.* 1. & de eo notitiam habuit claudia cedens, illique consensit, dum, illo firmo remanente, obtinuit à Judice sibi quandam summam consignari pro ipsius, & familiæ necessitatibus subveniendis, unde frustra hodie à
117 Zanolino illius hærede opponitur omissio diligentiarum, cujus autrix causam dedit, *l. cum mandato ff. de neg. gest. l. mulier. in fin. ff. de ventr. inspic. Pen. d. dec.* 26. *num.* 5.

Neque relevii esse videtur, quod Paciano de inde fuerit de parte crediti satisfactum ex retractu fundi censiti subhastati, ita ut, sic diminuto illius credito facile potuerit illi de residuo satisfieri super dictis pensionibus sequestratis, & in super, facto earum calculo usque ad mortem Claudiæ, remanserit summa æquivalens credito D. Cæsii, de quo agitur, quo stante sibi imputari debet, si earumdem ex actionem non curavit, satisfacto sequestro, seu summa illi proportionata relicta, cum impedimen-
118 tum, quod facile tolli potest, non excuset, *Riminald. jun. conf.* 659. *num.* 19. *lib.* 6. *Mastrill. decis.* 201. *num.* 12.

Nam responderi posse videtur néc constare D. Cæsium notitiam aliquam habuisse de diminutione crediti sequestrantis ex retractu dicti fundi, nisi per productionem instrumenti in præsenti instantia, quæ non suffragatur, & ignorantem, ac impeditum æquiparari, *Rot. recent.* 119
par. 2. *decis.* 662. *in fine*, nec probari, ad quam summam se extenderint pensiones, cum non appareat, quod Conductores continuaverint in conductionibus usque ad mortem Claudiæ, nec pro quo tempore essent illis Apothecæ locatæ, seu quod semper fuerint locatæ, & pro qua pensione, & tamen experientia docet, quod quandoq; Apothecæ non habent conductores, & quod pensionis quantitas varia- 120
tur, nec in domibus, & Apothecis sua natura non fructiferis intrat præsumptio perceptionis fructuum, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 201. *num.* 26. Et semper nihilominus obstare videtur, quod Cæsius non tenebatur diligentiam adhibere super revocatione sequestri, quod ex facto, & consensu Claudiæ provenerat, *Pen. d. dec.* 37. *num.* 11. sed illius revocationem curare debebat ipsa Claudia.

Præterea animadvertendum 121
videtur, quod exceptio cessionis, & omissionis diligentiarum contra nomina cessa videtur à præsenti judicio executionis obligationis in forma Cameræ aliena.

Quia respectu assignationis in d. cessione factæ Cæsio juris exigendi annuam pensionem ad cedentis vitam tantum duraturam libr. 240. debendam per Joannem

annem Baptistam de Martinis
ad effectum, ut idem Cæsius posset cum ea de anno in annum solvere d. annuum censum similis summæ, ista asignata pensio fuit absorta ab ipsis census fructibus decursis, usque ad mortem Claudiæ cedentis, & asignantis, quæ evenit de anno 1630. die 6. Decembris, de quibus nunc non agitur, sed agi de fructibus census decursis post illius mortem, & sic de credito, ad quod d. asignatio non extenditur, atque di-
122 verso, cum tot sint obligationes,
& credita, quot termini, *Greg. dec.* 345. *num.* 3. *Duran. dec.* 388. *num.* 7. *&* 8. unde

Aut ex hoc Zanolinus pretendit deducere exceptionem com-
123 pensationis, Et Respondetur primo, quod ei non videtur esse locus, ad impediendam præsertim executionem obligationis in forma Cameræ, dum non constat, quod Cæsius aliquid exegerit, ad *Paris. cons.* 117. *nu.* 109. *lib.* 1. seu quod aliquid debeat, & sic de credito compensando, vel non constat in substantia, vel illud non est liquidum, prout requiritur, *Scacc. de Commerc. & camb.* §. 2. *gl.* 5. *num.* 45. *Marescott. var. lib.* 2. *cap.* 121. *num.* 87. *Gratian. discept.* 490. *num.* 4. *& discept.* 515 *num.* 42. *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 629. *num.* 5. *& par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 117. *num.* 19. *& par.* 6. *dec.* 10. *num.* 17. *& dec.* 170. *num.* 23. *Buratt. dec.* 443. *num.* 1. *dec.* 618. *num.* 5. *dec.* 717. *num.* 2. *dec.* 880. *num.* 5. *Pen. dec.* 553. *num.* 7. prout est illud D. Cæsii, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.*
124 305. *num.* 4. *&* 5. cum executio
crediti liquidi non sit retardanda per illiquidum, *Pen. dec.* 250. *nu.*
2. & ad effectum compensationis 125
debeat esse creditum privilegiatum, & habens vjam executivam, prout est illud actoris, *Zacch. ad Galles de oblig. Camer.*
q. 18. *num.* 15. nec posit dici per- 126
fectè liquidum, quod per sententiam non fuit liquidatum, *Marescott. ubi sup. num.* 88. nec admit- 127
titur compensatio de credito nondum in esse deducto, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 2. *dec.* 507. *num.* 7.
nec de eo, quod requirit altio- 128
rem indaginem, *l. fin. C. de compensat. Rolan. cons.* 17. *num.* 18. *vers. ultimo dato, lib.* 1. *Rot. recent. par.*
2. *dec.* 540. *sub num.* 10. & per tres 129
conformes repetendum est, *Buratt. dec.* 277. *num.* 11. ut est prætensum creditum Zanolini. Præ-
terquam quod ad effectum, ut 130
obligatus exigere teneatur de proprio, necesse est probare non solum, debitorem exigendum fuisse debitorem, sed etiam fuisse facilis exactionis, alioquin non potest considerari negligentia in exigendo ad hoc, ut debitum haberi debeat pro exacto, *Rot. in Romana Cambii* 22. *Junii* 1650. *coram R. P. Celso in fin.* Respondetur secundo, quod videtur à dicta cesione in hac parte, vel deinde recessum fuisse ex Instrumento inter d. Claudiam, & filios de Gabielis ex una, & d. Bartholomeum Cæsium ex alia celebrato sub die 29. Octobris 1620. manu Antonii de Castellanis ex parte Zanolini ultimo loco producto, vel saltim ex eo clarius declaratum esse, quod ex ipsa ces-

ceſſione penſiones non fuerunt
in Cæſium translatæ, ſed ſolummodo in ſpecie obligatæ, dum in
eo, prævia ratificatione obligationis in alio præcedenti instrumento, factæ per Cæſium nomine ipſius Claudiæ, & filiorum,
quod ex penſionibus dd. Apothecarum ſibi in d. ceſſione aſsignatis ſolverentur Paciano ſequestranti libr. 2000. videlicet
annoquolibet libr. 400. cum declaratione, quod non intelligeretur præjudicatum juribus
Cæſii in aliis bonis Claudiæ
in vim d. ceſſionis, à cujus instrumento partes nullomodo recedere velle declararunt, ſed illud,
& omnia in eo contenta ſuum
plenarium effectum conſequi
debere voluerunt, prout ſic conſenſerunt, & promiſerunt, ſubjungitur immediate clauſula, Ita
tamen, & cum hoc, quod, ſatiſfacto d. Paciano de dd. libr. 400.
annuis, & ſatisfacto D. Comite
Annibale Ranutio de annuis
lib. 240. pro cenſibus, id totum,
quod remanebit de dd. penſionibus ſpectet ad dictos de Ga-
131 biolis, cui instrumento referenti
videtur potius ſtandum, quam
ceſſioni relatæ, dum ex eo certe,
ac expreſſe apparet, ſic contrahentes voluiſſe, & intellixiſſe diſponere, *Beltram. ad Gregor. dec.*
439. *num.* 13. *Add. ad Buratt. dec.*
132 52. *num.* 13. & magis præciſe, atque diſtincte, *Rot. recent. par.* 6.
dec. 310. *num.* 54., Ponderando
133 verba, Ita tamen, quæ habent
vim taxationis, *Ruyn. conſ.* 74. *nu.*
134 17. *lib.* 2. & ſunt præcedentium
adverſativa in eodem genere,

& retentis eiſdem terminis, *Rot.
recent. par.* 2. *dec.* 75. *nu.* 4. *& dec.*
294. *num.* 6. nec non eorumdem 135
continuativa, & repetitiva, *Pariſ. conſ.* 17. *num.* 19. *& conſ.* 106.
num. 9. *lib.* 1. ac reſtrictiva, limi- 136
tativa, & modificativa, *Pariſ.
ibid. & Rot. d. dec.* 294. *nu.* 6. *par.*
2. *recent.* atque declaratoria, *Pa-* 137
riſ. d. conſ. 106. *num.* 9. *lib.* 1. & 138
conditionem important, *Pariſ.
d. conſ.* 17. *ſub num.* 19. *& Buratt.
dec.* 14. *num.* 3. *ubi Add. num.* 51.
prout, & conditionem inducunt 139
alia ſubſequentia verba, & cum
hoc, *l. qui promiſit*, *ubi Jaſ. num.*
1. *ff. de cond. & demonſtr. Pariſ. d.
conſ.* 117. *num.* 25. *lib.* 1. *Port. conſ.*
5. *num.* 23. *& Rot. recent. par.* 5.
tom. 2. *dec.* 427. *num.* 60. Nec eſt
novum, quod verba quantumvis 140
ampla, & generalia limitentur,
& reſtringantur à verbis, quæ
adiiciuntur, ut in præſenti caſu,
Greg. dec. 90. *num.* 14. *& dec.* 114.
num. 5. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.*
194. *num.* 94. Adeout præcedentia verba non poſſint conſiderari, niſi cum limitatione, quæ to- 141
tam orationem qualificat, *d. dec.*
194. *num.* 95. & maxime cum li- 142
mitatio ſit, ut hic, per viam conditionis, ut in eadem *dec.* 194. *d.
nu.* 95. limitaturque ſemper uni- 143
verſalis pronunciatio à ſuo termino reſtrictivo, *Greg. d. dec.* 114.
num. 5. determinatque clauſula, 144
Ita tamen, omnia præcedentia,
etiam ſi eſſent Capitula ſeparata,
quando, prout in præſenti caſu,
congrua ratio aſſignari non poteſt, quare magis ad unum, quam
ad aliud referenda ſit, & materia
eſt continuativa, *Burat. dec.* 161.
num.

145 *num.* 2. 3. 10. *&* 14. Atque est relatio semper intelligenda, exceptis iis expresse dispositis in referente, *Parif. conf.* 38. *n.* 18. *lib.* 1. quod maxime videtur procedere hoc casu, cum dispositio sonet, & interpretanda videatur
146 in declarationem, quæ nihil dat, aut disponit, vel facit de novo, *Gratian. discept.* 698. *num.* 12. *&* *discept.* 753. *nu.* 27. *Dec. conf.* 489. *num.* 10. *conf.* 497. *num.* 3. *&* *conf.* 538. *num.* 7. *Rot. recent. par.* 2. *dec.* 453. *num.* 2. *&* *decis.* 502. *num.* 15.
147 sed jam factum aperit, ac ostendit, *Gratian. d. discept.* 698. *nu.* 12. *Rot. recent. d. decis.* 502. *num.* 15.
148 *par.* 2. & ad tempus dispositionis retrotrahitur, *ead. decis.* 502. *d.*
149 *num.* 15. illique adeo inhæret, ut, facta etiam in diversa scriptura, censeatur perinde, ac si in eadem scriptura, eodemque tem-
150 pore ab initio emanasset, *Rot. rec. par.* 6. *dec.* 100. *n.* 3. cum ipsa secunda scriptura deserviat pro prioris declaratione, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 228. *num.* 5. Ex quibus sequitur etiam, ut non applicetur motivum evitandæ repugnantiæ, atque absurdi, quod partes voluerint se in continenti corrigere.

Aut prætendit Zanolinus inferre ad exceptionem prætensæ satisfactionis ob non redditam rationem; Et respondetur quod
151 pariter ea non videtur intrare, dum non docetur, tot pecunias ad Cæsii manus pervenisse, quibus potuerit sibi satisfieri, *Zacch. ad Gallef. de oblig. Camer. quæst.* 17. *num.* 37. *&* 38. *&* *ibi Rot. dec.* 26. *num.* 1. 4. *&* 6. *quæ est. Seraph.* *decis.* 1455. neque administrator 152
potest dici liquidus debitor, quando quantitas per ipsum solvenda non est certa, & determinata, *Buratt. dec.* 123. *num.* 11. cum, qui prætendit redditionem rationis, debeat probare res, & 153
quantitatem administratam, & ad ejus manus pervenisse, *Greg. decis.* 220. *num.* 2. *&* 3. nec admi- 154
nistrator, qui asserit, se non administrasse probare teneatur, *Rot. post* 2. *vol. conf. Farin. decis.* 115. *num.* 5. sed habeat intentio- 155
nem fundatam in negatione, quod non exegerit, ut in terminis cessionis, quæ non sit facta prosolutione, *Duran. decis.* 387. *num.* 1. *&* *seqq.* Prout nec compe- 156
tit contra Procuratorem mandati actio, non constito de interesse, seu quod aliquid petierit, ex quo non impleverit mandatum acceptatum, *l. si procuratorem* 8. *§. mandati actio, ff. mand. Rofred. de libell. par.* 4. *in rubr. de act. mand. sub num.* 3. *Anton. Usill. ex Caylar. in §. rei persequendæ nu.* 49. *instit. de action.* quod eo magis procedit 157
in mandato, quod est gratia mandatarii, ut videtur esse mandatum, de quo agitur, saltem principaliter, *l. si remunerandi* 6. *§. si tibi, ff. d. tit. mand.* Neque per 158
assignationem, seu facultatem datam exigendi nomen debitoris propria auctoritate liberatur debitor cedens cum facultas posita sit in arbitrio, non in necessitate, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 209. *num.* 5. nec negligentia potest impu- 159
tari ei, qui non exegit, quando nullus ei terminus præfixus fuit, *Gratian. discept.* 630. *num.* 3. Neque

que etiam videtur D. Cæsius teneri ad probandum negativam
160 non exactionis, quia id posset procedere, si illius actio, & hæc Zanolini exceptio nasceretur ab eodem instrumento, quo agit Cæsius, *Rot. recent. par. 6. dec. 170. num. 13. & seq. & d. dec. 209. num.*
161 *1. & seqq.* vel si ob illius negligentiam in exigendo debitores non exacti minus idonei reperirentur, *Rot. in Mediolanen. Bonorum 19. Januarii 1650. &c. §. tamen Dominis* coram Arguelles, qui non sunt casus nostri, vel si se præcisè obligasset ad exigendum, vel exigere coactus esset ratione officii, *Pen. dec. 75. num. 2. post Dec. & Corn. quos alleg.*

Cui non officit, quod in d. instrumento ratificationis inter d. Claudiam, & filios, ac D. Bartholomæum Cæsium de anno 1620. enuncietur consensus præstitus per Pacianum sequestrantem relaxationi pensionum debitarum per Jo. Baptistam de Martinis, & pecuniarum depositarum penes Franciscum de Boatis ad favorem ipsius Cæsii, stante d. cessione sibi facta per Claudium 7. Maii 1613.

162 Quia respondetur ex tali consensu non constare de subsecuta effectuali exactione, & potuisse supervenisse impedimenta in exigendo, vel debitores sequestratos effectos fuisse inexigibiles, & quod, quatenus præsumenda sit exactio, resultat etiam alia præsumptio in consequentiam, ut pecuniæ versæ sint in solutionem fructuum census, usque tunc decursorum, seu decursorum ab illa die usque ad annum 1630. mortis d. Claudiæ de quibus nunc non agitur, & id maxime quia extrajudicialiter exhibitæ fuerunt solutiones cantantes, fuisse factas per manus Cæsii, & 163
sic ab eo tamquam à ministro ipsius Claudiæ, *Gratian. discept. 113 num. 58. & discept. 950. nu. 44.*

Non obstat secundo principaliter exceptio mutuæ petitionis, seu reconventionis ad collationem, & contributionem medietatis dotis, quam, seu majorem prætendit Zanolinus habuisse Ceciliam matrem d. Cæsii, & sororem d. Dialtæ à Claudia communi matre, cui utraque ab intestato successit, ad servandam inter ipsas æqualitatem ex forma statuti mandantis, sorores æqualiter dotari, & de qua collatione 164
potest agi etiam post divisam hæreditatem, *l. si soror C. de collat.* eique locus est etiam in hæredi- 165
tate matris, *l. ut liberis C. d. tit. de collat.* illius quę jus transmittitur, 166
& ad hæredes, *l. si maritus C. eod.*

Quoniam, ultra quod non sumus in casu statuti, & negocium 167
requirit altiorem indaginem, & est discutiendum via ordinaria per tres conformes, & non potest de collatione dotis post divisionem hæreditatis agi, nisi in casu illius omissionis per errorem, vel deceptionem, *d. l. si soror*, & non constat, quod mater dotaverit de proprio, cum potuerit dotasse tam- 168
quam administratrix, juxta *gl. in l. fin. §. fin. C. de dot. promiss. & Put. dec. 182. num. 1. & 2. lib. 1.*

169 *juxta veter. impreſſ.* Reſpondetur
hujuſmodi exceptionem, & præ-
tenſionem non retardare came-
ralem obligationem, *Galles de*
oblig. camer. q. ..... *Marian. de*
mut. petit. in 6. art. princip. fall. 10.
170 *Caſſad. eod. tit. dec. unic.* & execu-
tionem crediti liquidi, *Rot. rec.*
par. 6. dec. 209. nu. 11.
171 Non obſtat tertio, quod non
ſit locus executioni contra bona
propria, & perſonam ex omiſ-
ſione inventarii contra cohære-
dem, ex quo uterque ſit in culpa,
172 & alter alteri invicem non tenea-
tur, *Montic. de invent. cap.* 1. *num.*
132. *cap.* 10. *num.* 590. *& cap.* 12.
num. 178.
Etenim, omiſſo, quod, quate-
nus conſtet, D. Cæſium, matre
mediante, eſſe cohæredem, non
tamen conſtat, quod inventa-
173 rium non confecerit, prout ipſe
ſolus facere voluiſſet, *Montic. d.*
tract. cap. 10. *num.* 462. *& cap.* 12.
nu. 178. *& ſentit Duran. dec.* 387.
174 *num.* 37. atque quod obiectum
poſſet applicari, ſi Cæſius eſſet
hæres ſine inventario, & Zanoli-
nus cum inventario, *Ruyn. in l. ſi*
ex toto §. ſi ita ſcriptum nu. 9. verſ.
& idem forte ff. de leg. 1. Reſpon-
175 detur obiectum ſibi locum vin-
dicare poſſe, ubi D. Cęſius
ageret uti cohæres contra
cohæredem ad dividendam,
ſeu conſequendam ejus por-
tionem hæreditariam, cum
cohæres adeundo ſine inventario
pro ſua dimidia, non obligetur
cohæredi pro altera dimidia,
quia illam cohæres habet, & ca-
pit à ſe ipſo, non à cohærede, &
neuter eorum alteri obligatur ad
portionem cujuslibet, ut tradit
Caſtr. quem allegat Montic. conſ.
120. *nu.* 3. *ſub verſ. tertio facit lib.*
2. *& ante eum Bald. in l. ſed & ſi*
conditioni. 6. *§. ſed ſi ſit in fin. ff. de*
hæred. inſtit. vel ubi uterque eſſet 176
& hæres, & creditor, ut in ſimili
etiam dicitur in duobus ſociis,
quorum uterque adminiſtravit,
quod non poteſt unus petere red- 177
ditionem rationis ab altero, illa
ab ipſo petente prius non red-
dita, & quód, dum ambo fuerunt
negligentes in exigendo rationis
redditionem, cenſentur, ſe ad
invicem liberaſse, & dicitur inter
eos inducta mutua compenſatio,
Rot. in Senogalien. Societatis 13.
Januarii 1645. *coram R. P. D.*
Royas. Sed ſecus eſt, quando, ut 178
hic, cohæres agit adverſus cohæ-
redem non creditorem non uti
cohæres, ſed uti creditor, & pro
rata cohæredem tangente, ad 179
quam adeundo ſine inventario ſe
dicitur obligaſſe, ut ſentit *Caſtr.*
loc. cit. & potuiſſet cogi à princi-
pali creditore cenſus. Nam, ſicu-
ti unus, & idem propter diverſa 180
jura, quæ habet, poteſt plures
perſonas diverſas repræſentare,
Gratian. diſcept. 718. *num.* 19. *&*
diſcept. 940. *nu.* 30. *Greg. dec.* 366.
num. 1. *& dec.* 531. *num.* 7. *Rot. rec.*
par. 1. *dec.* 293. *num.* 19. *& par.* 6.
dec. 235. *nu.* 4. *& poſt noſtrum tra-*
ctatum de mand. de manuten. dec.
500. *num.* 10. ac ſolus poteſt, quod
illi plures poſſunt, *l. ſi mibi, & tibi*
ff. de legat. 1. & cenſeri poteſt du- 181
plicis, ſeu diverſi juris ob plures,
ſeu diverſos reſpectus, *Gratian.*
diſcept. 293. *num.* 26. *Rot. rec. par.*
4. *tom.* 2. *dec.* 247. *num.* 6. ita illa 182
jura

jura non confunduntur, sed unumquodque consideratur de perse, tamquam si essent duæ personæ distinctæ, *Gratian. d. discept.* 718. *num.* 20. *Greg. dec.* 252.
183 *num.* 8. & retinent pristinam naturam, *Gratian. d. discept.* 298.
184 *num.* 46. & quando illa habens eligit personam unius, ejusdem sustinet vicem, & pro eo habetur, nec tunc consideratur uti persona alterius, *Gratian. ibid.*

Quod non tollitur replicatione, quod, sicuti D. Cæsius uti cohæres non potest asserere hæreditatem Claudiæ esse solvendo, ita id non possit asserere uti cre-
185 ditor, quia non valeat quis aliud intelligere, seu confiteri ex una persona, & aliud intelligere, seu confessionem impugnare ex alia persona, *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 78. *nu.* 4. *& par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 293. *num.* 10.

Namque respondetur objectum non applicari, quià D. Cæsius nihil asseruit, nec asserit, nec aliquid diversimode intelligit, sed instat, ut ad effectum, ut ipse consequi possit medietatem sui crediti in medietate hæreditatis suæ debitricis, seu debitricum adversarium tangente, doceatur de aditione cum inventario, inventariumque exhibeatur, & de bonis inventariatis ratio reddatur, alias mandetur exequi etiam contra bona propria, & personam, quod non est intelligere aliud ex una persona, aliud ex
186 altera, sed astringere eum respectu medietatis dicti sui crediti insolidum uti hæredem absque inuentario, juxtà *l. fin. §. si vero* *postquam C. de jur. delib. et tradita per Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. 9. 15. *nu.* 56.

Non obstat quarto, quod, cum agatur de debito Sacri respectu Bartolomei fidejussoris, & Aviæ respectu D. Doctoris Francisci, & sic de persona, quę 187
si viveret, non teneretur, nisi in quantum facere posset, ut in sacro est *tex. in l. rei judicatæ* 16. *§. fin. cum duabus ll. seqq. ff. sol. matr. et in l. sicut.* 21. *et in l. sed hoc ita* 22. *ff. de re judic. et in Avia tradit Montic. de invent. cap.* 6. *nu.* 24. eodem 188
privilegio gaudere debeat etiam illius hæres, qui inventarium non confecerit, ut ex Ang. & Imol. videtur sentire, *Montic. loc. cit. num.* 18. *et* 28. *vers. inhæredibus Porcell. eod. tract. cap.* 4. *col. fin. in princ. Rom. de acq. hæred. nu.* 5. *vers.* 3. *Vitalin. de claus. in verb. nil nov. invent. confect. pend. num.* 58. *Thomas de invent. tract.* 7. *tit.* 15. *n.* 84. cujus effectus est, ne possit illud 189
habens carcerari, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 594. *num.* 2. *& dec.* 742. *num.* 38. (quamvis alias hæres 190
debitoris carcerari possit pro eodem debito, pro quo carcerari poterat ipse debitor, *Ruyn. cons.* 143. *num.* 15. *lib.* 5. *Gratian. discept.* 150. *num.* 8.) nec ultra vires ad- 191
stringi, vel omnibus bonis spoliari, *Montic. ubi sup. num.* 18. *&* 19. sed sit deducendum, ne 192
egeat, *Add. ad Buratt. dec.* 20. *num.* 9.

Quoniam, quid quid sit, an 193
hujusmodi privilegio renunciatum dici possit ex obligatione jurata in forma Cameræ, pro cujus affirmativa videtur sentire,

Rot. recent. par. 2. dec. 485. *num.* 1. *& Buratt. d. dec.* 20. *num.* 1. *&*
194 *seqq.* cui eo magis videtur posse locum esse, quia non sumus in obligatione pro dote, nec de dote agitur, prout in dote loquuntur textus, & doctrinæ, quæ exadverso allegantur, & sumus in matrimonio, & affinitate solutis,
195 ex quo dictum beneficium cessat, *d. l. sed hoc ita*, ubi *glos. in verb. succurrendum*, & pro negativa videtur, *Rot. recent. par. 4. tom. 3. dec.* 594. *num.* 1. *& seqq. ubi tamen nu.* 6. *& seqq.* distinctionem affert, & *Buratt. dec.* 281. *num.* 2. ubi *ad*
196 *d. num.* 20. Respondetur, quod ad gaudendum d. beneficio debet constare de paupertate, *Rot. recent. par.* 6. de qua hic non apparet, & Zanolinum esse hære-
197 dem extraneum, ad quem d. privilegium non transmittitur, *Montic. loc. sup. cit. num.* 29. *vers. quoad hæredem mariti, et num.* 30. *vers. quoad hæredem parentis, Thomas de invent. d. tract.* 7. *tit.* 15. *nu.* 86. *et est tex. in l. sciendum* 25. *ff. de*
198 *re judic.* licet, aliud sit in filio, *l. etiam* 14. *in princ. ff. sol. matrim. et*
199 *Montic.* ubi proxime, & in quocunque hærede, qui inventarium confecit, *Galles de oblig. Camer.* . . . . . *Canar. de execut. instrum. q.* 28. *num.* 62.

Et ita pro majori parte D.D. resolutum fuit utraque parte informante, &c. & quoad reconventionem Dñi omnes Cæsium absolverunt ab observatione Judicii, &c.

PRÆSCRIPTIONIS, SEU PRÆSUMPTÆ SOLUTIONIS.

Mercurii 22. Maii 1652.

ARGUMENTUM.

Juramentum à debitore in vim Statuti super solutione præstandum an præstari possit per hæredem.

SUMMARIA.

1 *Debitoris appellatione venit etiam hæres.*
2 *Defuncti jus non mutatur ex persona hæredis.*
3 *Excipiendi jus personale transit etiam ad successorem.*
4 *Jurandi facultas data per statutum, vel legem super quantitate damni transit etiam ad successorem.*
5 *Ampl. generaliter in juramento legale.*
6 *Personale jus, & concessio cum ipsa persona extinguitur, & non transmittitur ad hæredes.*
7 *Industriæ personæ quæ competunt, ad hædes non trasmittuntur.*
8 *Juramentum hæredis discrepat à juramento defuncti.*
9 *Scienia unius, seu filii non est scientia alterius, seu patris, sed ab illa discrepat.*
10 *Fidei alicujus facta commissio non transit ad alium.*
11 *Juramentum præstandi facultas non transit ad hæredem, nisi appareat de illius plena notitia ejus, super quo jurandum*

dum est, Ampl. ut ibid.

12 *Perjurii periculo non debet se committere anceps propter animæ detrimentum.*

13 *Hæres non jurat in facto, & solutione defuncti, sed in facto tantum, & solutione propria.*

14 *Statutum est stricte intelligendum.*

15 *Præscripio est sui natura odiosa.*

16 *Hæres extraneus non præsumitur de gestis à defuncto informatus.*

DECISIO LX.



GENTE D. Joanne Baptista de Gottis contra Malatestam Zanettum pro executione Apocæ in summa libr. 219. pro residuo majoris summæ coram D. A. G. excepit idem de solutione, satisfactione, & compensatione.

Malatesta deinde, lite pendente, mortuo, & reassumpta, & prosecuta causa contra D. Nicolaum Zanettum ejus hæredem opposuit Nicolaus exceptionem præscriptionis annalis, seu præsumptæ solutionis ex lapsu unius anni, & ultra, juxta formam Statuti fori Mercatorum, addens, medio juramento, se credere, debitum fuisse solutum, & satisfactum; prætendens hoc modo locum esse D. Statuto, quod ultra cursum anni requirit debitoris juramentum in facto proprio; ex quo reportavit sententiam absolutoriam.

A qua interposita appellatione, illaque introducta, & commissa Excellentissimo D. meo Marcello Prætori cum Voto meo, unitim fuimus pro revocatione & d. sententiam in effectu revocavimus.

Nam, tamen & si appellatione 1
debitoris, ad cujus juramentum se remittit Statutum, veniat etiam illius hæres, cum ab eo invito debitum exigi possit, *l. debitor. ff. de verb. signific.* & jus defun- 2
cti non mutetur ex persona hæredis, sed sit omnino idem, *Rot. rec. par. 2. dec. 419. sub num. 3.* ac jus excipiendi personale transeat 3
etiam ad successorem, *Grat. discept. 265. num. 4.* adeout facultas 4
jurandi data per Statutum, seu legem super quantitate damni dati in hæredem etiam transmittatur, *Grat. discept. 772. num. 27.* prout & generaliter juramentum 5
legale, ad alleg. in *Rot. Bonon. divers. super Statut. dec. 81. nu. 4.*

Attamen est generalis regula, quod jus, & concessio persona- 6
lis, ut videtur facultas ista jurandi Statutaria, cum ipsa persona extinguitur, & non transmittitur ad hæredem, *Rot. rec. par. 5. tom. 2. dec. 503. num. 10. 11. 14. & 15. par. 6. dec. 19. num. 6.* quemadmodum ad eum non transeunt 7
industrialia, seu quæ competunt alicui uti industriæ personę, *Bald. in l. quisquis. 16. nu. 2. ubi Add. C. de Episcop. & Cleric. Grat. discept. 481. nu. 55. & Rot. rec. par. 6. dec. 38. num. 60.* cum juramentum 8
hæredi discrepet à juramento testatoris, seu defuncti, *Gulielm. de Bened. in c. Raynutius par. 2. in*

verb.

verb. mortuo itaque testatore sub nu.
9 32. *post med. de testam.* nec scientia, vel conscientia unius, seu etiam filiis sit scientia, vel conscentia alterius, seu etiam patris, sed immo ab hac diversa, *Gulielm.*
10 *de Bened. d. num.* 32. nec alicujus fidei facta commissio transit ad
11 alium, *Gulielm. de Bened. ibid.* & in specie, quod facultas præstandi juramentum non perveniat ad hæredem, nisi saltem appareat, illum habere plenam notitiam ejus, super quo jusiurandum defertur, &, quod hoc procedat in quocunque juramento, tam delato à lege, Statuto, ac Judice, quam de voluntate partium, tradit *Gratian. discept.* 151. *num.* 32. *& discept.* 537. *num.* 8. *&* 9. *& Plot. de inlit. jur. §.* 34. *nu.* 4. cum
12 anceps non debeat se committere periculo perjurii propter animæ detrimentum, *Gratian. d. discept.* 151. *num.* 33. & in puncto
13 hujus Statuti, quod hæres non admittatur ad jurandum in facto defuncti, & sic super solutione à defuncto facta, ut prætenditur, hoc casu, sed solummodo, ubi agitur de facto proprio, & solutione ipsius hæredis, fuit alias in hac *Rota resolutum coram bo. me. Ascanio Raynaldo Concive meo, ut inter decis. Bononien. divers. sup. Statut. d. dec.* 81. *num.* 9. *& seqq.*
14 *ubi Add. in princ.* eo quia sumus in Statuto stricte intelligendo, & disponente de juramento dando
15 in, & super facto proprio, & in materia præscriptionis sui natura odiosa, *ut in d. dec.* 81. *præfactis*
16 *num.* 9. *et seqq.* & hæres est etiam extraneus, & sic verisimiliter non informatus, *ead. dec.* 81. *num.* 18. & ideo etiam juravit de credulitate, non de veritate, super qua nec ipse defunctus ausus fuit jurare, ac uti d. facultate Statutaria, prout verisimiliter jurasset, & usus fuisset, si salva conscentia, valuisset.

Ex quibus non obstant contraria, ut de se patet.

Et ita utraque &c.

POSSESSORII LUNÆ 27.
MAII 1652.

ARGUMENTUM.

An, & quæ actio competat primo emptori, seu illius heredi contra secundum, qui est in possessione.

SUMMARIA.

1 *Sententia diffinitiva super inepto, & invalido libello ferri non potest.*
2 *Sententia absolutoria ab observatione judicii ferenda est super inepto, & invalido libello.*
3 *Ampl. etiam quando remedium intentatum non competit.*
4 *Ampl. etiam in gradu appellationis.*
5 *Immissionem qui petit, dicitur intentare remedium adipiscendæ.*
6 *Immissio fideicommissario competit, & in vim l. fin. & in vim Salviani.*
7 *Decl. probata tamen possessione testatoris de tempore obitus.*
8 *Sub decl. ut non sufficiat acquisitio,*

sitio, & emptio in vita, non constito etiam de possessione.

9 *Emptori primo, seu illius hæredi non datur immissio contra secundum. Ampl. ut nu. 10.*

11 *Fideicommissario immissio non datur in bonis alterius, quam fideicommittentis.*

12 *Associatio ex clausula constituti datur etiam contra singularem successorem, & tertium possessorem.*

13 *Decl. probata tamen possessione constituentis de tempore constituti.*

14 *Fides quando non faciat fidem.*

15 *Æstimi liber non probat contra tertium. Ampl. ut n. 16.*

17 *Hypothecaria, & Salviani libellus quid continere debeat.*

18 *Hæres ad obtinendum in spolio ex persona propria probare debet possessionis adeptionem.*

19 *Emptori primo ex clausula constituti competit contra secundum etiam constitutarium, & in effectu possidentem remedium recuperandæ.*

20 *Spoliatus si fuerit defunctus, excluditur hæres à remedio recuperandæ, nisi agat intra annum.*

21 *Recuperandæ remedium, & aliud possessorium cessat, ubi quis vendendo à possessione culpa, & facto proprio cecidit, & n. 25. et 26.*

22 *Vendens Prædium si nihil sibi reservet, & det se pro confine, totum vendere dicitur, & nu. 23. Ampl. ut nu. 24.*

27 *Spoliatus à possessione dicitur cecidisse, & à spolii remedio excluditur ex negligentia decem annorum.*

28 *Rei vendicationis actio judicium dicitur petitorium.*

29 *Petitorium dicitur judicium, quando petitur rem restitui, seu est quæstio de proprietate, vel in rem est actio, & n. 30.*

31 *Rei vendicationis in judicio quid continere debeat libellus, & num. 32.*

33 *Rei vendicationis actio præsupponit dominium.*

34 *Libelli conclusio actionem intentatam demonstrat.*

35 *Libelli conclusio attendi debet, non narratio, quæsit diversa. Decl. ut n. 36.*

37 *Cumulari in eodem libello potest, & possessorium, & petitorium.*

38 *Et actio rei vendicationis, et possessorium recuperandæ.*

39 *Cumulatum si sit petitorium, et possessorium, pronunciari potest, vel debet in eo, quod fuerit probatum.*

40 *Clausula, Deducens omne jus, &c. in fine libelli quid operetur.*

41 *Clausulæ salutares libelli quid operentur.*

42 *Libellus in causa appellationis mutari non potest.*

43 *Emptori primo non competit contra secundum, cui res est tradita, actio rei vendicationis.*

44 *Vendens rem duobus potest, tradendo secundo, præjudicare primo.*

45 *Emptor primus non efficitur dominus ante factam sibi tradi-*

ditionem.

46 *Venditor non tenetur præcisè ad transferendum dominium, sed tantum ad interesse.*

47 *Venditione facta duobus, præfertur, cui prius est facta traditio.*

48 *Rei vendicationis in judicio, quæ sint probanda.*

49 *Petitorium quæ habeat extrema.*

50 *Venditio perfecta transfert dominium. Ampl. ut num. 51. & 52.*

53 *Venditio consumitur traditione, licet illius substantia perficiatur partium consensu.*

54 *Venditor si continuet in possessione, facit præsumere venditionem effectum non habuisse, vel fuisse simulatam, & num. 55.*

56 *Dominum esse quando quis dicatur ex suo facto, & voluntate desiisse.*

57 *Dominium ex solo emptionis instrumento cum clausula constituti non probatur, non probato, quod tunc venditor dominus esset, seu possessor, et num. 58.*

DECISIO LXI.



Ominus Julius Cæsar Beltramus egit uti hæres fideicõmissarius q. R. D. Joannis Putei contra D. Joannem Mariam de Sartis ad tres terræ tornaturas, sitas in Communi S. Martini in Casula in loco dicto, li Prati di Consortino, juxta flumen della Pedice, Hæredes Sfortiæ Bertolelli, Hæredes Marii Casali, & alias tornaturas tres per dicti olim Puteum venditas eidem Joanni Mariæ, & aliis de Sartis, prætendens, has omnes sex tornaturas eundem Puteum emisse à q. Joanne Mattheo de Mignanis ex instrumento rogato de anno 1610. die 7. Januarii, & earum tres tantum ipsum Puteum postea de anno 1624. 17. Decembris vendidisse dicto de Sartis, & tamen eundem Sartum de præsenti detinere, & occupare omnes sex tornaturas, ac ideo, prævia solita in his partibus adeptione Tenutæ, illiusque reproductione, per infrascripta verba formalia libellum, & petitionem formavit, videlicet, Petiit tam ex constituto, & precario in d. instrumento emptionis contentis, quam ex quocunque alio remedio eidem magis utili, & proficuo, quod intentare vult, & intendit, ac intentat omni meliori modo &c. sibi dari unum ex Mazzeriis, qui eum immittat ad apprehendendam, seu verius continvandam tenutam, realemque, & corporalem possessionem, & eum sic immissum manuteneri, & defendi &c. & pro præmissis quodcunque mandatum de immittendo, & associando, ac respective de expellendo, & aliud desuper necessarium, & opportunum decerni, tradi, & exequi mandari, & sibi &c. omni &c. super quibus &c. salvis aliis

&c.

&c. intentans &c. deducens &c. & non solum modo prædicto, sed & omni &c.

Exadverso autem dictus de Sarti comparens opposuit, se possidere titulo emptionis, prout docuit per duo instrumenta, rogata ab eodem Boltramo Notario Actore sub una, eademque die, hoc est 17. Decembris 1624 quorum unum continet emptionem factam de tribus tornaturis à Joanne Mattheo Mignano, in quo datur pro confine d. Puteus, & alterum emptionem factam à Puteo, cantantem de Petio terræ prativæ tornaturarum trium, vel circa, & sint quanticunque numeri tornaturarum totæ veniant, & comprehendantur, & venditio sit facta ad corpus, non ad mensuram, in quo datur pro confine d. Mignanus.

In quo Judicio D. A. G. Tenutam confirmavit, &, quatenus opus esset, de novo dedit, præcepta in forma relaxando.

At ego Judex appellationis primo extractus, & deinde solus, ac extra Rotam Delegatus primam cassando sententiã, absolvi Sartum ab observatione præsentis judicii, salvo sibi jure aptius agendi.

1 Motus fui, quia super inepto, & invalido libello non potest diffinitiva ferri sententia, quæ sit valida *Ruyn. conf.* 151. *sub num.* 3.
2 *lib.* 3. sed absolvi debet reus ab observatione judicii, *Ruyn. ibid.*
3 & eodem modo procedendum est, ubi actio, seu remedium intentatum non competit, *Marant. de ord. judic. par.* 5. *num.* 50. *Borell, in summ. decis. tit.* 29. *nu.* 44. *Rubr. in ad or. ad decis.* 420. *nu.* 104. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & idem fieri debet 4
in causa appellationis, quando Judex ad quem videt, Judicem, à quo sententiam tulisse super processu nullo, & invalido, quoniam ille tunc cassat primam sententiam, & absolvit reum ab observatione judicii, reservato ei jure melius agendi, *Marant. loc. cit. num.* 51. *Gaballin. ad Constitut. Marcb. lib.* 6. *cap.* 1. *in glos. appellantibus*, *sub num.* 10.

In proposito vero actor intentavit remedium possessorium 5
adipiscendæ, dum petiit mandatum de immittendo, quod ei non competebat, nec in vim *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll.* nec in vim salviani, ad quod utrumque 6
remedium concedi solet, *Rot. rec. par.* 7. *decis.* 61. *num.* 1. *et* 2. *cum simil.* quia non probaverat, nec probavit defuncti possessionem de tempore ipsius mortis, ut te- 7
nebatur, *d. l. fin. Rot. recent. par.* 1. *dec.* 237. *num.* 1. *et par.* 3. *dec.* 637. *num.* 4. *vers. et addebatur Corcin. dec.* 167. *num.* 3. *Mantic. dec.* 33. *n.* 9. ita ut ad immissionem non suf- 8
ficeret, quod testator dictas terræ tornaturas acquisivisset, & emisset, non constito etiam de illius possessione, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 184. *sub num.* 2. & cum appareret de possessione ti- 9
tulo emptionis d. Joannis Mariæ de Sartis, non erat contra ipsum danda immissio, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 336. *num.* 7. *et par.* 7. *dec.* 127. *num.* 3. *et* 4. non probata 10
maxime possessione, vel detentione defuncti de mortis tempore,

re, *Personal. de adipisc. n.*171.*Pen. dec.*503.*num.* 10.*&* *dec.*1015.*nu.*
11 10. cum non competat fideicommissario immissio in bonis alterius, quam fideicommittentis, *d. l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll. Greg. dec.* 206. *num.* 1. *Buratt. dec.* 918. *num.* 1. *Rot. recent. par. 6. dec.* 67. *num.* 25. *& seqq. et in Terracinen. fideicommissi* 17. *Februarii* 1645. *coram Eminentiss. D. Cardinali Ottbobono sub vers. verum quia.*

Neque etiam ei competebat, nec competit mandatum de associando ex clausula constituti, & precarii in emptionis instrumento contenta, quod etiam fuit in-
12 tentatum, & datur ex d. clausula etiam contra singularem successorem, *Duran. dec.* 49. *num.* 7. & tertium possessorem, *Gratian. discept.* 523. *num.* 15. *discept.* 730. *nu.* 1. *et discept.* 946. *num.* 4. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 136. *nu.* 1. & ego habui *in tract. mand. de manuten. observ.* 20. *num.*17. & tradit *Barz. dec.* 14. *num.* 13. *et Rot. Bonon. super Statut. dec.* 40. *nu.* 3. quia non fuit doctum de possessione constituentis de tempore constituti,
13 prout opus fuisset, ut habui *d. tract. præfat. obser.* 20. *num.* 32. *et* 33. *et observ.* 11. *num.* 11. & dixit *Rot. coram Pen. dec.* 1395. *nu.* 5. *& dec.* 1450. *num.* 2. nec illam probat fides æstimi coram me producta,
14 tum quia fides non facit fidem, & fuit facta, seu extracta lite pendente, parte non citata, & absque Judicis decreto, ad relata per me *in d. tract. mand. de manuten. obser.*
15 99. *num.* 3. *& seqq.* tum quia liber æstimi non probat contra tertium, *Menoch. de arbitr. cas.* 91. *in fin. et de retin. remed.* 3. *num.* 170. *vers. declaratur primo. Scapuccin. de Salvian. lib.* 1. *q.* 29. *num.* 1. & maxime cum ipse tertius posside- 16
re reperiatur, *Menoch. d. vers. declaratur primo.*

Prout non competebat, nec competit ex actione intentata hypotecaria, seu salvianum ad interesse valoris bonorum, quia non fuit in libello conclusum, ut daretur immissio ad effectum retinendi, donec ex fructibus sibi satisfactum esset de interesse valoris, ut fuisset necessarium, 17
Gabr. de empt. et vend. concl. 2. *num.* 29. *Scapuccin. de salv. lib.* 1. *q.* 20. *num.* 4. *Rot. recent. par.* 7. *dec.* 179. *num.* 13.

Quemadmodum nec competebat, nec competit Beltramo remedium recuperandæ possessionis (quatenus, & illud ex clausulis generalibus libelli intentatum dici posset) neque ex persona propria, quia ipse non fuit spolia- 18
tus, cum non probaverit, se bonorum, de quibus agitur, post defuncti mortem possessionem adeptum fuisse, ad relata per me *in tract. de subhast. insp.* 58. *nu.* 88. neque ex persona Putei defuncti ipsius auctoris, cui uti primo 19
emptori constitutario contra Sartum secundum emptorem constitutarium, cui res tradita fuit, & quam possidet, competiisset ipsum recuperandæ remedium, *Menoch. de recuper. remed.* 14 *q.* 9. *num.* 40. *et* 41. Quia, ubi 20
testator vivens spoliatus fuit, non competit ejus hæredi remedium hujusmodi, nisi intra annum

num

num agat, intra quod non egit
Beltramus, quia cessat tunc pos-
sessionis continuatio, & per con-
sequens spoliatio in hæredis per-
sona, *Menoch. de recuper. remed.* 1.
num. 409. *et seqq.* Et, quod plus
21 est cessare videtur remedium re-
cuperandæ, quia ipse Puteus fa-
cto, & culpa propria à possessio-
ne cecidit mediante venditione
ab eo facta d. Sarto, in qua, licet
profiteatur, se vendere Petiam
terræ tornaturarum trium, vel
circa, addit tamen, Et sint quan-
ticumque numeri tornaturarum
totæ veniant, & comprehendan-
tur, & venditio sit facta ad cor-
pus, & non ad mensuram, & sic
22 nihil sibi reservavit, cum non det
se pro confine, *Paris. cons.* 65. *nu.*
23 60. *ad* 65. *inclusive lib.* 1. & censea-
tur venditus fundus talis, qualis
reperiebatur, sive esset plurium,
sive pauciatum tornaturarum, &
mensura staret demonstrative,
Gratian. discept. 256. *num.* 47. &
48. & *discept.* 566. *num.* 4. 5. 7. &
24 8. sed dat pro confine Joannem
Matthæum Mignanum, qui
alias tres tornaturas possidebat,
& eadem die eidem Sarto vendi-
dit, & sic videtur sibi præjudicas-
se, *ad Duran. decis.* 338. *num.* 14.
25 ei autem, qui sic facto, & culpa
propria cecidit à possessione non
datur recuperandæ remedium,
ad alleg. per Rolan. cons. 41. *nu.* 11.
lib. 3. *Gabr. de restit. spoliat. concl.*
5. *num.* 21. *et* 26. *Rot. post nostrum*
tract. mand. de manuten. decis. 576.
26 *in fin. Pen. decis.* 771. *num.* 9. neque
aliud remedium possessorium,
Rot post d. nostrum tract. dec. 215.
27 *num.* 27. Et ulterius cecidisse à
possessione videtur, & sibi præ-
judicasse Puteus ad effectum d.
remedii propter negligentiam
non solum decem, sed novem, &
viginti annorum à die d. vendi-
tionis ad diem moti judicii, *Gab.*
d. concl. 5. *num.* 22.

Actio vero rei vendicationis,
ad quam coram me se restringe-
bat Beltramus, non poterat, nec
potest dici intentata, quia, ubi 28
ea agitur, petitorum dicitur ju-
dicium, *Marant. de ord. judic. par.*
4. *distinct.* 7. *num.* 1. prout & quan- 29
do petitur, rem restitui, *Menoch.*
de recuper. in prælud. num. 11. 14.
& 15. ac quando de proprietate 30
est quæstio, vel in rem est actio,
Menoch. ibid. num. 7. *et* 8. in quo 31
rei vendicationis judicio libellus
continere debet, ut Judex decla-
ret, bona spectasse, & spectare ad
actorem, *Pract. Papien. in form.*
libell. pro turb. poss. in gl. pleno jure
num. 2. & *in form. act. real. Me-*
noch. in prælud. recuper. nu. 13. *Pa-*
ris. cons. 125. *num.* 3. & 4. *lib.* 1.
Rolan. cons. 90. *num.* 3. *lib.* 2. vel 32
declaret eum dominum, *Natt.*
cons. 20. *num.* 2. *lib.* 1. *Papien.* &
Menoch. loc. cit. cum actio rei ven- 33
dicationis præsupponat domi-
nium, *Duran. dec.* 185. *num.* 11.
At de his nullum quidem ver-
bum legitur in libello, sed ille li- 34
mitatus apparet ad possessorium,
ut ex illius conclusione cognosci-
tur, *Menoch. in dd. prælud. recuper.*
num. 10. quæ semper attenditur, 35
& non narratio, si esset diversa,
quæ non est hoc casu, *Castr. cons.*
308. *num.* 2. & 3. *lib.* 2. *Paris. cons.*
125. *num.* 3. *lib.* 1. *Ruyn. cons.* 127.
num. 4. *lib.* 5. *Rolan. cons.* 48. *nu.* 15.

& conf. 79. num. 54. lib. 1. & conf. 90. num. 1. lib. 2. & conf. 9. num. 3. lib. 3. Natt. conf. 20. num. 1. & conf. 120. num. 3. lib. 3. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 75. num. 46. quamvis,
36 si facta esset narratio, quæ petitorium, & possessorium respiceret, & conclusio concluderet in solo possessorio cum clausula, Jus, & justitiam, &c. ipsum petitorium motum etiam diceretur, *Menoch. in dd. prælud. recuper. nu. 16. & 17. Rolan. conf. 41. num. 29. lib. 3. Gabr. de clausf. concl. 4. nu. 16.* cum hujusmodi clausula adaptetur ad omne remedium, quod ex facto narrato elici potest, *Castr. conf. 306. num. 3. in fin. lib. 2. Rolan. d. conf. 41. num. 26. lib. 3. Gabr. d. concl. 4. num. 9. & 18.* licet non ad novam actionem, vel materiam, *Castr. loc. cit.* nec sit novum, quod
37 in eodem libello proponi, & cumulari possit remedium possessorium, & petitorium, *Pract. Papien. in form. lib. pro turb. poss. in gl. pleno jure num. 1., & in gl. ad cessandum sub*
38 *num. 7. & seqq.* & actio rei vindicationis, & possessorium recuperandæ, *Paris. d. conf. 125. num. 5.*
39 &, stante cumulatione, possit, vel etiam debeat Judex pronunciare super eo, quod fuerit probatum, *Papien. in d. gl. ad cessandum num. 11. & 12.* Nec quoque
40 clausula in fine libelli, deducens omne jus &c. conclusionem ampliat ad ea, quæ non sunt de materia illius verborum, sed intelligitur in his, quæ includi possunt sub conclusione, *Castr. d.*
41 *conf. 206. sub nu. 3. lib. 2.* Et, quatenus clausulæ salutares libelli operarentur, ut actor obtinere deberet alia via, quam intentata, id esset intelligendum, quatenus actio, & alia via fuisset ad speciem deducta, *Rot. rec. par. 4. to. 2. dec. 384. num. 12. & 13.* quod 42
hoc casu con contigit. Minusque libellus in causa appellationis mutari potuisset, *Castr. d. conf. 306. nu. 3. in fin. lib. 2.*

Cæterum dato etiam, quod posset censeri actum actione etiam rei vendicationis, nec 43
etiam illa competiisset ad instantiam primi emptoris contra secundum, cui res tradita fuit, quia secundus est dominus, *Ruyn. conf. 157. num. 6. lib. 4. Gabr. de empt. et vend. concl. 2. num. 2.* cum vendens rem duobus possit, tra- 44
dendo secundo, præjudicare primo, quia venditor adhuc est dominus, *Ruyn. conf. 160. nu. 7. lib. 4.* nec primus emptor evasit do- 45
minus rei emptæ ante sibi factam traditionem, *Natt. conf. 234. nu. 3. in fin. lib. 2. & conf. 531. num. 7. lib. 3.* nec venditor tenetur præ- 46
cisè ad transferendum dominium in emptorem, sed obligatus remanet ad interesse, *Gabr. d. concl. 2. num. 2. Gratian. discept. 122. nu. 13. Rot. divers. par. 4. dec. 336. num. 4.* Adeo ut in venditione facta duobus, ut in præsenti casu, ille sit præferendus, cui pri- 47
mo facta est traditio, *l. quoties. C. de rei vendic. Gabr. de empt. & vend. d. concl. 2. num. 1. & seqq. Greg. dec. 567. num. 8. & ibi Add. num. 10. Buratt. dec. 772. num. 7. Rot. rec. par. 4. tom. 2. dec. 426. nu. 1.* In judicio autem rei vindica- 48
tionis duo probanda sunt extrema,

ma, dominium scilicet, vel quasi ex parte Agentis, & possessio, vel quasi ex parte Rei, *Natt.*
49 *conf.* 20. *nu.* 3. *lib.* 1. cum ista duo extrema petitorium habeat, *Menoch. in dd. prælud. recuper.* At in
50 proposito, licet dominium videatur in Actorem primum emptorem translatum, ex quo venditio ei facta videatur perfecta, *Rot. rec. par.* 2. *dec.* 97. *num.* 1. *Pen.*
51 *dec.* 1643. *nu.* 1. & maxime, stante clausula constituti, *Gabr. de empt. et vend. concl.* 2. *num.* 18. *Tiraq. de jur. constit. par.* 1. *num.* 21. *Post. conf.* 171. *num.* 17. & *seqq.*
52 *Duran. dec.* 84. *num.* 16. *et* 18. & solutione pretii, *Rot. rec. par.* 2. *dec.* 677. *num.* 1. Attamen cum
53 contractus consumetur traditione, quamvis illius substantia perficiatur solo partium consensu,
54 *Rot. rec. par.* 7. *dec.* 86. *num.* 5. ex continuatione in possessione venditoris arguitur, venditionem effectum non habuisse, *Rot.*
55 *rec. par.* 7. *dec.* 223. *num.* 11. vel simulatam fuisse, etiam quod apposita fuerit clausula constituti, dum Puteus fuit non solum negligens in adipiscenda possessione reali per tot annos, *Castr. conf.* 465. *num.* 1. *lib.* 2. sed approbavit Sartum venditorem pro domino, & possessore, dum in sua revenditione aliarum trium tornaturarum illum dedit pro confine,
56 ut supra fuit ostensum, per quod videtur desiisse dominum esse ex suo facto, & voluntate, ad *Rot. rec. par.* 2. *dec.* 97. *sub nu.* 2. & insuper Putei, & nunc Beltrami
57 illius successoris dominium ex solo instrumento emptionis etiam cum clausula constituti ad effectum rei vendicationis contra tertium non probetur, dum ex Actoris parte etiam non probatur, quod tunc venditor esset dominus, *Buratt. dec.* 424. *nu.* 4. *et ibi Add. num.* 14. *et* 15. seu saltim possessor, *Jas. in d. l. quoties* 58
num. 16. *C. de rei vendic. Post. d. conf.* 171. *num.* 24. 25. *et* 26. *Barz. dec.* 66. *num.* 39. *in fin.*

Et ita utraque &c.

SEQUESTRI MERCURII
29. Maii 1652.

ARGUMENTUM.

Agitur de executione sententiæ in vim Constitutionis ob non productam in tempore appellationem. Et de hypotheca super locis Montium. Et an avus teneatur ad restitutionem dotis receptæ per filium.

SUMMARIA.

1 *Appellatione infra decem non producta ex Constitutione Bononiæ, executioni sententiæ locus est.*
2 *Sequestrum ex Statuto, & Constitutione Bononiæ non datur contra possidentem stabilia.*
3 *Loca Montium non vacabilia reputantur stabilia, et eorum appellatione veniunt, et num.* 4.
5 *Census imponi possunt super locis Montium non vacabilium.*
6 *Census super censu imponi potest.*

7 Hy-

7 *Hypotheca an, & quando locum habeat in locis Montium, & num.* 8. 9. 10. 11. 12. & 13.

14 *Pater consentiens filii matrimonio an obligetur ad dotis restitutionem, & num.* 15.

16 *Actio, quæ datur in subsidium, quando exerceri possit.*

17 *Appellanti, disputatione pendente super appellationis admissione, non infertur præjudicium. Lim. ut num.* 18. & 19.

DECISIO LXII.



Equestrum factum ex parte Illustrissimi D. Jo. Baptistæ de Imperialibus Januensis, uti creditoris hypothecarii occasione dotis maternæ super locis Montis Pii Bononiæ spectan. ad Illustriss. D. Franciscum Mariam etiam de Imperialibus ejus fratrem D. A. G. qui illud concesserat, revocavit, & à revocatione appellationis causa introducta fuit in hac nostra Rota, in qua, quia nec infra decem, nec infra centum viginti dies jam elapsos pars appellans appellationem produxit, institit appellatus pro executione d. pronunciæ juxta formam Constitutionis Rotalis *sub num.*
1 395. & 396. mandantis, ut, non producta infra decem appellatione, ad executionem sententiæ procedatur, perinde ac si appellatum non fuisset, salva tamen illius appellationis prosecutione, & sententiæ retractatione infra alia Statuta tempora.

Circa quam instantiam Rota resolvit pro executione, prout illam relaxavit, & id eo libentius, quia decretum revocationis sequestri visum fuit justum, Tum quia sequestrum non datur con- 2
tra possidentem bona stabilia, ut mandat *Statutum Bononiæ sub rubr. de sequestr.* §. *si autem lib.* & *Constitutio Justiniana sub ead. rubr. num.* 5. & ipsa loca Montium 3
non vacabilia, ut sunt ista, reputantur stabilia, *Grat. discept.* 943. *num.* 20. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 177. *num.* 38. & *dec.* 355. *nu.* 28. *Buratt. dec.* 535. *num.* 1. & *dec.* 913. *num.* 10. & eorum appella- 4
tione veniunt, *Buratt. dec.* 474. *num.* 1. & *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 83. *num.* 15. adeout super illis, ut su- 5
per stabilibus census imponi possit, *Buratt. d. dec.* 913. *num.* 10. non secus ac census super censu, *Bu-* 6
ratt. ibid. num. 11.

Tum quia vel loca d. Montis 7
sunt ab hypotheca immunia in vim Bullæ Pontificiæ illius erectionis sic disponentis, vel quatenus eorum fructus, aut etiam proprietas cadant sub hypotheca, & obligatione Camerali (quæ tamen hic deficit) ut procedit in 8
locis Montium Urbis secundum *Rot. in Amerina Bonorum* 18. *Maii* 1643. *et* 26. *Februarii* 1644. *coram R. P. Royas*, & in eorum fructi- 9
bus, & pretio est, *dec. Seraph.* 1294 *num.* 7. & ego habui in *tract. de subhast. insp.* 18. *num.* 250. & ideo 10
in

in illis sit locus etiam salviano, *Gratian. discept.* 943. *num.* 22. *&* 24. *Add. ad Buratt. d. dec.* 535. *nu.*
11 3. quidquid aliud sit, dum loca Montium deinde libere resignantur, cum tunc absque aliquo onere hypothecæ in resignatarium, & emptorem transferantur, ita regulariter disponentibus Constitutionibus Apostolicis, in eorum erectionibus, ne publicum, & liberum eorum commercium impediatur, *Gratian. discept.* 730. *num.* 48. *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 77. *num.* 19. quæ est
12 *Merlin. dec.* 543. *par.* 1. nisi à Principe speciali hypotheca vinculentur pro evictione rei venditæ, *d. dec.* 77. *in princ. vers. interimque*, *&* *num.* 21. *&* 34. seu subrogen-
13 tur in locum aliorum bonorum vinculatorum, *Gratian. d. discept.* 943. *num.* 24. Cum tamen simus in sequestro emanato super locis Montium hæreditariisque Joannis Jacobi communis Avi pro credito dotis maternæ, quam Avus non recepit, nec pro illius restitutione se expresse obligavit, sed solum consensit matrimonioque Joannis Vincentii filii, & patris respective cum qu.
14 D. Catharina Grimalda, quo casu ipse Avus tacite solum, & uti fidejussor in subsidium pro restitutione dotis obligatus intelligitur, non autem uti principalis, *Marent. dec.* 52. *num.* 7.
15 14. *&* *per tot.* non potuit contra eum, seu illius bona agi, nisi præcedentibus, & exhibitis diligentiis contra filium, ac virum, & recipientem respective, quæ hic non concurrunt, cum subsidiaria actio de- 16
tur ex quadam necessitate, non extantibus aliis bonis obligatis, in quibus fieri possit executio, *Duran. dec.* 241. *num.* 22. *&* 23.

Neque obstat, quod d. tempus decem dierum non cucurrerit, quia pars appellata, illo durante, citaverit coram Illustriss. D. V. Legato pro obtinenda executione non obstante appellatione, & ipse mandaverit informari, ac ideo, hujusmodi disputatione pen- 17
dente, non videatur factum præjudicium aliquod appellanti, ad tradita per *Lancell. de attent.* 2. *par. cap.* 12. *ampl.* 19. *&* *limit.* 15. *num.* 6. *&* *seqq.*

Quoniam respondetur d. re- 18
cursum non habuisse effectum, nec per eum fuisse appellantem mediante aliqua supersessoria, seu inhibitione impeditum, quin infra terminum d. Constitutionis Rosalis appellationem in Rota produxerit, &, cum 19
hoc penderet ab ejus facto, sibi debet imputare, si factum non adimplevit, *Roland. cons.* 63. *num.* 48. *et seqq. lib.* 4. *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 30. *privil.* 10. *num.* 117.

Et ita utraque, &c.



EMPHYTEUSIS
Veneris 21. Junii 1652.

ARGUMENTUM.

An in successione in Emphyteusi attendatur proximitas primi acquirentis, vel ultimi defuncti. Quando Emphyteusis dicatur hereditaria, vel ex pacto, & providentia, vel mixta. Et an, & quando investitura possit in aliorum prejudicium alterari.

SUMMARIA.

1 *Immissio debita in bonis emphyteuticis est privilegiata ut vim l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.*

2 *Proximitas ne primi acquirentis, vel ultimi defuncti in successione in emphyteusi sit attendeda sunt hinc inde decisiones.*

3 *Æqualitas servanda videtur inter descendentes ab emphyteusim acquirente, & fideicommittente.*

4 *Descendentium fœminarum appellatione veniunt tam filiæ, quam neptes.*

5 *Ipsius genitivus, pronomen, seu relativum denotat causam proximam, & immediatam, immedietatemque quandam significat, & nu. 6.*

7 *Immediatum est, quidquid continuative ab altero procedit.*

8 *Causa immediata, & proxima est in successionibus attendenda.*

9 *Descendentes immediati, & proximiores vocati præsumuntur, non mediati, Lim. ut nu. 10.*

11 *Emphyteusim acquirentis affectio præsumitur eadem erga omnes ejus descendentes, & ut servanda sit inter eos æquitas, & nu. 12.*

12 *Ipsius, dictio stare potest demonstrative, & taxative.*

13 *Descendentes ex linea recta præferri debent descendentibus ex linea transversali.*

14 *Filia ultimi possessoris est in emphyteusi præferenda, & n. 15. et 16.*

17 *Ordo succedendi in hæreditate dat ordinem succedendi in emphyteusi.*

18 *Proximitas gravati, non gravantis attenditur in successione fideicommissi. Ampl. ut nu. 19. 20. et 21.*

22 *Fideicommissariis in successionibus attenditur in dubio ordo succedendi ab intestato ultimo defuncto.*

23 *Successioni prima causa ab intestato est filius, seu filia.*

24 *Proximitas ultimi defuncti ut attendatur in successione est regula generalis in fideicommissis, primogenis, & feudis.*

25 *Argumentum valet à feudis ad emphyteusim, ubi eadem est ratio.*

26 *In Emphiteusi procedit, quod dicitur de feudis.*

27 *Proximitas ne primi investiti, seu testatoris, vel ultimi possessoris, aut gravati sit attendenda, in dubium revocatur, ubi ultimus possessor, seu gravatus*

vatus decesserit absque descendentibus, non si cum descendentibus.

28 *Proximitas gravati, & ultimi possessoris tunc signanter inspicitur, cum quis venit successionem continuando ex persona sui ascendentis.*

29 *Descendens ultimi gravati ubi superest, qui sit talis, qui sit vocatus, & illi succedere possit, is admitti ad fideicommissum debet, neutra inspecta proximitate.*

30 *Linea durante, ad quam bona pervenerunt, ad aliam non fit transitus. Ampl. ut num. 38.*

31 *Successio ad quam, & quomodo spectet, cognoscitur, inspiciendo personam, quæ bona immediate retinebat.*

32 *Possessores, et dominos antiquos quærere, & reperire est res difficilis negocii, & maximæ revolutionis, & num. 33*

34 *Fœminis generaliter vocatis in defectu masculorum, intrat præsumptio, quod filia ultimi gravati sit præferenda aliis fœminis transuersalibus etiam proximioribus testatoris, & num. 35.*

36 *Ordo juris, & naturæ non est turbandus.*

37 *Patrem si prætulit testator, præferre voluisse præsumitur etiam filiam.*

39 *Fœmina à masculo semel exclusa semper durat exclusa.*

40 *Pro possessore in dubio est judicandum.*

41 *Proximitas ultimi possessoris, seu gravati non est in successione attendenda, ubi acquirens, seu testator retulit verba ad se ipsum, seu suos agnatos, vel illos de sua familia, aut ad sibi proximiores.*

42 *Rot. recent. par. 7. dec. 121. declaratur.*

43 *Proximitas gravati, & non gravantis, quod sit inspicienda in fideicommissis, procedit in dubio, non ubi testator contrarium disposuit.*

44 *Proximitas testatoris inspicienda est in transitu à masculis ad fœminas, ubi testatorem sic voluisse colligitur, vel etiam in dubio, maxime in ascendente, & num. 45. & 46.*

47 *Proximitas ultimi defuncti, nec in feudis non hæreditariis attenditur.*

48 *Emphyteusis dicitur mixta, si sit acquisita pro hæredibus, quę intelligitur pro hęredibus simul sanguinis, & bonorum, & ut qualitas gentilitia, et hæreditaria concurrere debeat in volente succedere, et nu. 49. Ampl ut num. 50. Decl. ut nu. 51.*

52 *Emphyteusis mixtæ naturam secundus acquirens mutare non potest, nec successoribus præjudicare, et num. 64. et 65.*

53 *Ampl. ut nec illam alterare valeat Dominus directus. Ampl. etiam ut num. 67. et 68*

54 *Lim. secus in primo acquirente, et præsertim ex causa onerosa, et num. 55. 56. 57. 58. 59. et 60. ubi extenditur.*

61 *Sublim. in primo acquirente ex causa liberali, vel titulo lucrativo, et num. 62.*

63 *Vocatus inter descendentes venire dicitur ad successionem*

ex persona propria.
65 Hæredi quando non noceat factū, et culpa defuncti, & n.66.
68 Emphyteusi devoluta ob non solutionem canonis, rei deteriorationem, vel abusum, & pacta non servata, excluduntur ab ea filii, & descendentes, & in contractu comprehensi.
69 Emphyteusis ob delictum renovata censetur nova concessio, non renovatio, & cessat ex ea devolutio, & num. 70.
71 Mora incipit à die, qua agi potest.
72 Emphyteuta ex Statuto, & Bulla Bononiæ non cadit ob canonis non solutionem, sed tenetur ad duplum, etiam in Ecclesiasticis, & contractibus juratis, & num. 73.
74 Bulla Bononiæ circa emphyteusim præsumitur moribus utentium approbata, nec potest illi renunciari.
76 Emphyteusis devolutio, dolo cessante, solet sēper excludi ex aliquo justo impedimento, et ex causa etiam levi, & maxime in hærede, et num. 77. & 78.
79 Hæres ignorare præsumitur emphyteusim, ejusque pacta, & devolutionem.
80 Canonis ob non solutionem lex contractum rescindit, sed moræ purgationem admittit.
81 Caducitas ob canonis non solutionem evitatur per oblationem, & depositum parte citata
82 Empbiteuta quas arbores incidere possit, et n.83.84. & 85.
86 Incisio ad effectū devolutionis debet esse notabilis, & facta dolo, seu lata culpa, & circa rei substantiam, & de arboribus existentibus locationis tempore, & num. 87.
88 Transactio super emphyteusi non potest agnatis nocere.
89 Transactio ex erronea, et falsa causa, seu causis nō sustinetur, sed corruit, & tollitur, nec attenditur, neq; officit transigentibus, nec habentibus ab eis causam, nec prejudicat veritati ob consensus defectum, & n. 90. 91. 92. et 93. Ampl. ut d. n. 93. 94. 96. 97. et 100.
95 Ratificatio contractus nulli ex errore, vel falsitate nō subsistit, non constito de certa scientia.
97 Absolutio à juramento non requiritur ad impugnandā transactionem erroneam, & ex falsa causa, & quare, & n.98.
99 Ampl. eo magis in hærede, qui defuncti juramento nō ligatur.
101 Læsio enormissima excludit ab actu consensum, & inducit dolum re ipsa.
102 Dolus re ipsa æquiparatur dolo ex proposito, & facit actum etiam juratum corruere, & num. 103.
104 Juramentum tres comites habere debet, veritatem, justitiam, et judicium.
105 Emphyteusis Ecclesiasticę natura est, ut in extraneos non transeat, et quod in ea nomen hæredum intelligatur de hæredibus sanguinis, et num. 106.
107 Emphyteusis sequens investitura regulatur, et declaratur ab ultima immediate præcedente.
108 Et illius dicitur renovatio, non nova

si concessa sit pro se, & descendentibus, non facta mentione hæredum.

175 *Emphyteusis hæreditaria potest inter vivos in totum alienari.*

176 *Proximior ultimo defuncto non præfertur in emphyteusi hæreditaria.*

178 *Transactio super devolutione emphyteusis jam acceptata præsumitur facta matura deliberatione, nec potest allegari facta per errorem, vel ignorantiam. Ampl. ut num. 179.*

180 *Error regulariter allegari non potest, ubi adest transactio.*

181 *Transactio difficilius rescinditur, stante illius observantia.*

182 *Transactionem rescindere qui prætendit sub prætextu erroris, vel falsæ causæ, quid probare teneatur.*

183 *Tempus computandum ad caducitatem ob non solutionem canonis incipit ab investitura, non à die destinatæ solutionis.*

184 *Canonis augumento quando sit locus.*

185 *Emphyteusis Ecclesiastica devolvitur ex incisione arborum frugiferarum.*

186 *Causæ plures si sint copulative narratæ, sufficit, ut una subsistat ad obligationis validitatem.*

187 *Causa finalis est, quæ movet principaliter ad disponendum, et impulsiva, quæ prebet occasionem.*

188 *Hæres transigentis defuncti factum impugnare non potest.*

199 *Transactionis pro substentatione videtur sufficere, ut in ea narrata vera sint, prout narrantur.*

DECISIO LXIII.



D. de Aldrovandis retinentes in emphyteusim perpetuam, & ad extraneos etiam transitoriam bona quædam in Communi Calcariæ sub proprietate, & directo dominio Monasterii S. Dominici, eorum jura, & melioramenta vendiderunt, reservato consensu ipsius Monasterii, Antonio Bertolotto. Cui sub die 10. Junii 1503. ac Vincentio, & Philippo ejus filiis præsentibus, & pro se ipsis, & eorum hæredibus, ac vice, & nomine Joannis Baptistæ, ac Priami aliorum filiorum, nec non aliorum filiorum masculorum ejusdem Antonii nasciturorum, & suorum hæredum, & communiter, & pro indiviso, & pro æquis portionibus, & videlicet pro his ratis, & portionibus, quibus ipse Antonius, & ejus filii masculi prædicti fuerunt hæredes per Phylippum Antonii patrem in suo testamento scripti, Syndicus d. Monasterii, sequens formam aliarum locationum, & renunciationis, & de bonis d. Monasterii similiter locari consuetis, præfata bona dedit, concessit, & locavit in emphyteusim perpetuam cum pacto renovandi de 29. in 29. annos, & clausula, Ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, & naturaliter possidendum,

dum, & quidquid dd. conductoribus dictis modis, & nominibus, & eorum filis, & hæredibus prædictis deinceps placuerit perpetuo faciendum, & alias prout in instrumento investituræ, in quo per quatuor vices deinde repetuntur verba, Heredum, & discendentium prædictorum, & per aliam vicem verba, Hæredes, & descendentes, absque adjuncto, Prædicti, & demum datur facultas eadem bona permutandi cum verbis, Heredibus, & successoribus prædictis. Et sub eadem forma, ac verbis leguntur aliæ duæ subsecutæ renovationes.

Cæterum de anno 1587. mota per Monasterium lite contra Vincentium filium d. Antonii tunc emphyteutam, & possessorem super recuperatione bonorum sub prætextu incursæ caducitatis ob non solutionem canonum per bienium, & ob notabilē arborum incisionem, fuit lis per concordiam terminata, in qua RR. PP. S. Dominici, aucto canone à lib. 18. ad 100. sequendo respective locationes antiquas, præterquam quoad infrascripta, Monasterii prædicti conditionem meliorando, ut infra, titulo, & ex causa præsentis instrumenti transactionis, atque omni meliori modo, quo supra, dederunt, concesserunt, & locaverunt supradicto Vincentio præsenti, stipulanti, & conducenti pro se ipso, suisque filiis, & descendentibus masculis &c. &, ipsis deficientibus quandocunque, pro ipsius Vincentii descendentibus fœminis, tam natis, seu supervivientibus, legitimis tamen, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, seu nascituris, ut supra, & tunc superextantibus, & durante solummodo dictarum descendentium fœminarum vita naturali, & non ultra.

Anno vero 1617. dicti PP. S. Dominici, sequendo formam d. ultimæ, investituræ, præfata bona concesserunt Antonio Bertolotto juniori filio d. Vincentii tunc defuncti, stipulanti pro se, filiis, & descendentibus masculis, & in eorum defectu pro fœminis, eidemque eodem modo, & forma renovarunt de anno 1645.

Defuncto nuper d. Antonio juniore relicta post se Julia Maria filia hodie nupta ..... de Ceriolis, & super extantibus Silveria, & Camilla sororibus, ortaque inter eas lite super admissione ad dicta bona emphyteutica, R. P. Vicarius Eminentissimi tunc D. Cardinalis Archiepiscopi Judex aditus immissionem decrevit dd. Silveriæ, & Camillæ, 1
quæ est ita privilegiata, ut est illa in vim *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll. Rot. recent. par. 5. tom. 2. dec. 585. nu. 22. & seqq.*

Sed appellationis causa in hac Rota per Breve Sanctissimi commissa, cum ageretur inter proximiores Vincentii primi acquirentis ex pacto, & providentia, ut erant dd. Silveria, & Ca- 2
milla quæ habent pro se *Rotæ dec. 121. par. 7. rec. & Cavaler. decis. 172. & 620.* & inter proximiorem Antonio jnniori ultimo pos-

possessori defuncto, nempe Juliam Mariam filiam, pro qua *est Rotæ decis.* 741.*nu.* 11.*& seqq. par.* 4.*tom.* 3. *recent. & Mart. de success. leg. par.* 1. *quæst.* 12. *art.* 1. *sub num.* 9.*&* 10. placuit Dominis, sententiam D. Judicis à quo reformare, & immissionem dd. sororibus datam restringere ad duas ex tribus partibus, & aliam tertiam partem relinquere d. Juliæ Mariæ, eo quia omnes istæ mulieres sunt descendentes Vincentii primi acquirentis, & sic servatur inter eas æqualitas, ut
3 fieri solet in terminis fideicommissi, ut per *Fusar. de fideicomm. quæst.* 484. *num.* 35. *& seqq.* & videtur concurrere intentio ipsius Vincentii primi acquirentis, dum stipulatus fuit pro ipsius de-
4 scendentibus fœminis, quarum appellatione veniunt tam filiæ, quam neptes, *Surd. consf.* 370. *nu.* 22. *lib.* 3. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 737. *num.* 11.*& par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 371. *num.* 3.

5 Neque obstat primo, quod genetivus, & pro nomen, seu relativum, Ipsius, denotet causam proximam, & immediatam, *Fusar. d. tract. quæst.* 251. *num.* 28.
6 seu immediatem quandam significet, idem *Fusar. quæst.* 345. *nu.* 8. *Menoch. consf.* 276. *nu.* 13. *Barbos. de diction. usu freq. dict.* 177. *num.* 2. *Rot. recent. par.* 2. *decis.* 507. *num.* 9.
7 & immediatum sit, quidquid continvative ab altero procedit,
8 *Duran. decis.* 111. *num.* 19. & causa immediata, & proxima sit in successionibus attendenda, *Duran. d. decis.* 111. *num.* 8. itaut; ubi adsunt descendentes mediati, & immediati, censeantur vocati 9
immediati, & proximiores, *Fusar. quæst.* 327. *num.* 25.

Quia respondetur obiectum, non procedere, quando eadem 10
est ratio tam in immediatis, quam in mediatis, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 194. *num.* 97. ut ea- 11
dem esse videtur in proposito ex eadem acquirentis verisimili affectione erga omnes ejus descendentes, *d. decis.* 194. *num.* 69. &
ad æqualitatem inter omnes ser- 12
vandam, & dictio illa relativa, Ipsius, videtur stare demonstrative, non taxative ad filias primi gradus, seu descendentes proximiores *ead. decis.* 194. *num.* 70. nec 13
suggerit æquitas, ut venientes ex linea transversa potiores sint illi, quæ recto jure descendit, §. *item vetustas, Inst. de hared. qua ab intest. defer.*

Nec quoque obstat secundo, quod præferenda videretur Julia 14
Maria filia ultimi possessoris, non solum ex *Mart. de success. leg. d. par.* 1. *quæst.* 12. *art.* 1. *sub num.* 9.*&* 10. *& Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 741. *num.* 11. *& seqq.* ubi de receptiori, prout præfe- 15
renda esset, si ageretur de bonis emphyteuticis, de quibus libere potuisset disponi ex receptiori sententia, *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 741. *num.* 12. seu emphi- 16
teusis esset hæreditaria, *Cald. de emphyt. lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 31. *Valasc. q.* 50. *nu.* 5. *Michael. de Aguer. de success. Reg. Portug. par.* 1. *Apol. nu.* 6. *Add. ad Buratt. dec.* 838. *num.* 16. *Rot. in Romana de Roviliis* 22. *Maii* 1628. *coram Pirovano*, cum ordo succedendi in hæreditate 17

det

det ordinem succedendi in emphyteusi, *c. 1. de eo, qui sibi. Corn. cons.* 190. *nu.* 3. *vers. nam maxima succedit æquitas, lib.* 3. *Bero. cons.* 93. *nu.* 21. *& seqq. lib.* 1. *Gabr. cons.* 86. *num.* 12. *vers. tamen in emphyteusi, & cons.* 50. *num.* 23. *& cons.* 85. *num.* 14. *et seqq. lib.* 2. *Honded. cons.* 36. *nu.* 10. *et cons.* 54. *num.* 18. *et seqq. lib.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 18. *num.* 36. *et* 38. *Giurb. de feud.* §. 2. *glos.* 8. *num.* 39. *vers. et ex his, et glos.* 13. *num.* 37. *Fulgin. de emphyt. tit. de success. quæst.* 2. *nu.*
18 18. sed etiam quia ex magis communi, & recepta, præsertim nostris temporibus, & ex mente Rotæ etiam in fideicommissis attenditur proximitas gravati, non autem fideicommittentis, *Surd. cons.* 370. *num.* 10. *&* 11. *in fin. lib.* 3. *Mart. loc. cit. num.* 12. *& seqq.* &
19 præsertim quando uterque ex prætendentibus descendit à testatore, *Surd. d. cons.* 370. *nu.* 15. *Hodierna ad Surd. decis.* 210. *num.*
20 4. *in fin.* & etiam si fiat transitus de linea masculina ad fœmininam, *Fusar. d. quæst.* 484. *num.* 29. *& seqq. Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 109. *nu.* 13. 14. 15. *& tom.* 2. *decis.* 519. *num.* 15. *& seqq. et num.* 21. *et Buratt. decis.* 107. *num.*
21 2. *et decis.* 744. *sub num.* 11. &, quando concurrunt, ut hic, fœminæ proximiores testatori, quæ alias fuerunt à masculo exclusæ, *Surd. prædict. cons.* 370. *num.* 15. *in*
22 *fin.* 16. *&* 17. quia in fideicommissariis successionibus attenditur in dubio ordo succedendi ab intestato respectu personæ defunctæ, per cujus morte fideicommissum vacat secundum magis communem, *Clar. in* §. *testamentum, quæst.* 76. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 46. *&* 47. *& lib.* 3. *cap.* 9. *per tot. Peregr. decis.* 105. *num.* 4. *Rot. divers. part.* 1. *decis.* 72. *num.* 1. cujus prima causa succes- 23
sionis est filius, seu filia, tamquam illi proximior, *auth. in successione, C. de suis, & legit. Rot. recent. par.* 2. *decis.* 627. *num.* 6. *Duran. decis.* 438. *num.* 5. & est hæc regula ge- 24
neralis tam in fideicommissis, quam in primogeniis, & feudis, *Molin. de primog. d. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 5. *&* 14. *& cap.* 9. *sub nu.* 1. *Buratt. d. decis.* 107. *num.* 3. à quibus ad 25
emphytheusim valet argumentum, ubi eadem est ratio, *Port. cons.* 112. *num.* 8. & quod de illis 26
dicitur, videtur procedere in emphyteusi *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 483. *num.* 14. *in fin.* Adeo ut dubium, An attendatur pro- 27
ximitas respectu primi investiti, seu testatoris, vel respectu ultimi possessoris, aut gravati ad effectum succedendi, versetur, ubi ultimus possessor absque descendentibus decesserit, non quando cum descendentibus, *Molin. d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 3. *ubi tamen num.* 11. concludit etiam hoc casu ad favorem proximioris ultimo possessori. Videturque proximitas 28
gravati, vel ultimi possessoris, tunc maxime inspicienda, quando quis venit continuando successionem, ex persona sui ascendentis, *Rot. recent. part.* 2. *decis.* 693. *num.* 3. cum, ubi superest 29
descendens ultimi gravati, qui sit talis, qui sit vocatus, & illi succedere possit, is in fideicommisso admitti debeat, non attenta proximi-

ximitate gravati, seu gravantis,
30 quia, postquam bona pervenerunt ad unam lineam, nunquam
fit transitus ad aliam, donec prior admissa durat, *Rot.recent.par.*
31 *1.decis.*510. *num.*5. & dum agitur, quis, & quomodo ad ipsorum bonorum successionem admittatur persona, quæ dicta bona proximæ immediate retinebat, attendi sollumodo debet, *Fusar.d.quæst.* 484. *nu.* 52. *in fin. Rot.recent.par.*4. *tom.*3. *dec.*664.
32 *num.* 6. alias, si ad antiquos possessores, & dominos esset recurrendum, opus etiam esset quærere agrum Damascenum, ubi primus generis humani Parens fornicatus fuit, *d.decis.*664.*nu.*7. *Molin. de primog. d. lib.*1.*cap.*6.*sub*
33 *num.*46. & revoluere mille annos, *Surd.d.cons.*370.*nu.* 11.*in fin. lib.* 3.*Molin. de primog.d.lib.*3. *cap.*9.
34 *n.*13. Quemadmodum, ubi testator, deficiẽte linea masculina, vocavit generaliter fœminas, intrat verisimilis mens testatoris, quod voluerit, quod in casu, quo fieret transitus de masculis ad filias fœminas, filia ultimi gravati præferenda sit aliis fœminis transversalibus etiam proximioribus te-
35 statoris, cum noluisse videatur auferre successionem à filia gra-
36 vati, quia hoc esset turbare juris,
37 & naturæ ordinem, & ideo ea ratione, qua prætulit patrem, eadem prætulisse censendus est
38 filiam, & quia, ubi successio devenit ad unam lineam, non fit transitus ad aliam, donec superest aliquis de illa linea, etiamsi
39 sit fœmina, & quia fœmina semel exclusa à masculo semper durat exclusa, *Fusar. d. quæst.* 484. *nu.* 14. *& seqq. Peregr. decis.* 132. *nu.* 2.*vers.consideravi præterea, Buratt. decis.* 744. *num.* 14. *& Rot. recent. d.par.*5.*tom.*1. *decis.*109.*num.*13. 14.*&* 15. Quæ facilius procedere videntur hoc casu, quia d. Julia Maria possidet, pro qua propte- 40
rea in dubio est judicandum, *Surd.d.cons.* 370. *num.* 17. *in fin. lib.*3. *Fusar.d.quæst.*484.*num.*71. *vers.illud tandem Buratt. d. decis.* 744.*num.*14.

Respondetur enim, secus es- 41
se, ubi primus acquirens, seu testator in acquisitione, seu dispositione retulit verba ad se ipsum, seu ad suos agnatos, vel illos de sua familia, aut ad fœminas sibi proximiores, ut videtur factum hoc casu, *Fusar. d. quæst.* 484. *nu.* 19.*&* 51.*Clar. in d.§. testamentum quæst.* 76. *Molin. de primog. d. lib.*1.*c.* 6.*nu.*47.*in fin. Rot. diuers. part.*1.*decis.*72.*num.*2.*vers.tertius quando vocavit, & in recent. d. par.*
5.*tom.*1.*decis.*109.*nu.*13.& in his 42
terminis procedit *d. decis.* 121. *par.*7.*recent. ut se declarat. in fin.*
cum regula, quod in fideicom- 43
misso inspici debeat proximitas gravati, non gravantis, procedat in dubio, secus, ubi testator contrarium disposuit, *Pen. dec.*673. *num.*5. *Buratt. decis.*744.*num.*12.
atque tunc, cum fit transitus à 44
masculis ad fœminas, locus potius est opinioni, quod attendenda sit proximitas testatoris, de qua per *Fusar. d. quæst.* 484. *num.* 21.*& seqq. & Rot. recent.par.* 5. *tom.*2.*decis.*519. *num.*13.*et* 14.&
præcipue in acquisitione, seu in 45
fideicõmisso constituto ab ascen-

dente, Petr. Ant. à Petr. de fideicomm. probibit. quæst. 11. num. 79. Fusar. dict. quæst. 484. num. 65.
46 quod vendicat sibi locum etiam in dubio, secundum Petr. Ant. à Petr. d. q. 11. num. 76. & sub nu.
47 82. Ultra quod nec in feudo non hæreditario attenditur proximitas ultimi defuncti, Fusar. d. q. 484. num. 14. in fin. Unde in hoc conflictu opinionum merito amplexi fuimus divisionis viam, quæ opiniones temperat, & conciliat Lancellott. de attent. 2. par. cap. 20. num. 26.

Nec etiam obstat tertio, rem altius repetendo, quod investitura ab initio acquisita de istis
48 bonis ab Antonio seniori fuerit mixta, ut acquisita pro hæredibus, Rot. rec. par. 6. dec. 112. num. 4. & dec. 310. num. 17. videlicet pro hæredibus sanguinis, & bo-
49 norum, itaut utraque qualitas gentilitia, & hæreditaria concurrere debeat in personis, quæ succedere volunt, c. 1. de duob. fratrib. à Capit. invest. Giovag. cons. 44. num. 62. & 63. lib. 2. Cyriac. contr. 128. num. 83. Duran. dec. 295. num. 4. Rot. rec. par. 4. tom. 2. dec. 504. num. 1. & par. 5. dec. 465.
50 num. 4. & seq. tom. 2. non obstante clausula, sequens formam aliarum locationum, Rot. rec. par. 5. tom. 2. dec. 465. num. 4. & seqq. quæ duplex qualitas non concurrit in Silveria, & Camilla, sed in Julia Maria tantum, & quidem non solum habitu, sed etiam actu, ut requiri-
51 tur, Bart. in l. ea pacta §. fin. in fin. ff. ad trebell. Petr. de fideicom. q. 32. num. 14. & 34. Molin. de tit. nupt. q. 15. num. 28. & seq. Fulgin. de emphyt. q. 1. num. 23. q. 3. num. 1. & seq. Capic. Latr. dec. 3. num. 32. dec. 7. num. 4. vers. quod secus est et consult. 79. num. 54. et seq. Rot. in Fesulana Bonorum 29. Februarii 1630. coram Queipo, ad quod se ultimo loco restringebant, & confugiebant scribentes, & informantes pro ea, inferentes propterea, quod Vincentius filius d. Antonii, & avus, & pater respective dd. mulierum uti secundus acquirens non 52
valuerit d. emphyteusis mixtæ naturam mutare, & successoribus præjudicare, Coccin. dec. 32. num. 15. & dec. 343. num. 2. Rot. rec. par. 5. tom. 1. dec. 176. num. 37. in fin. nec illam potuerit alterare 53
Monasterium concedens d. dec. 176. num. 38. et Duran. dec. 457. num. 4. (quidquid aliud sit in pri- 54
mo acquirente, Greg. dec. 529. num. 4. et ibi Add. num. 23. Rot. rec. par. 1. dec. 435. num. 13. et dec. 438. num. 1. prætertim qui acqui- 55
siverit ex causa onerosa, Rot. rec. d. par. 1. dec. 435. num. 13. et dec. 438. num. 1. et par. 4. tom. 3. dec. 741. num. 311. et par. 5. tom. 1. dec. 176. nu. 20. et par. 6. dec. 50. num. 2. seu mediante pecunia, Add. 56
ad Greg. d. decis. 529. num. 23. sive 57
emerit à Domino directo, sive ab alio emphyteuta, Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. decis. 741. num. 37. cum sufficiat, quod in ingressu 58
quantitatem aliquam pecuniarum solverit, seu etiam melioramenta fecerit, Add. ad Greg. d. dec. 529. num. 23. et Rot. recent. par. 1. d. decis. 435. num. 13. unde nec 59
illius hæres alienationē revocare possit,

possit, *Rot.recent.par.6.decis.50.*
60 *num.*11.nec venire contra inve-
stituram à defuncto obtentam ,
Rot.recent.par.5.tom.1.decis.176.
61 *num.* 47. secus si acquisiverit ex
causa liberali, *Add.ad Greg.d.dec.*
62 529.*sub d.num.* 23. seu ex titulo
lucrativo, nulla peccunia data,
nec compensata, neque promis-
sa, *Rot.recent.d.par.6.decis.50.nu.*
2. *in fin.*) & in consequens Juliæ
63 Mariæ comprahensæ,& venienti
ad emphyteusim ex persona pro-
pria,ex quo est inter fœminas de-
scendentes vocata , *Rot.rec. par.*
5.tom. 2. decis. 479.*num.*29.*in fin.*
64 non potuerit præjudicare fa-
ctum, & culpa ipsius avi, *Rot.re-*
cent.d.par.5.tom.2.decis. 492.*nu.*
65 16. nec confessio , *Seraph. decis.*
1362.*nu.*9.etiam quod ea sit illius
66 hæres hæredis, stante, quod fa-
ctum fuerit nullum , *Rot. recent.*
par. 3.decis. 750. in fin.num. 1.&
d.par.5.tom. 1.decis. 176.num.48.
& seqq.& per tot.
67 Et non obstante , quod em-
phiteusis præsumeretur in perso-
na ipsius avi, Monasterio sic vo-
lente, resoluta propter non solu-
tionem canonis per biennium ,
c.potuit, & ibi Barbos.num. 90.&
alii de locat. Corbul.de privat. ob
non solut. canon.in princip. Valasc.
quæst.21.in princ. Mantic.de tacit.
lib. 22. tit. 27. in princ. Gratian.
discept.88.nu.39.Rot.recent.par.4.
68 *tom.3.decis.*719. *num.* 3. & dete-
riorationem, seu rei abusum, &
pacta non servata, ex qua non
solutione, & resolutione exclu-
duntur ab emphyteusi filii, &
descendentes, ac in contractu
comprahensi, *Caldas. de jur.*
emphyt. lib. 1. quæst. 9. num. 4.&
seqq.Gozad.cons.46.num. 13. Ri-
min.jun.cons.94.num. 3.lib. 1.Ro-
lan. cons. 2. num. 172. lib. 1.Put.
dec. 181. num.2.lib.1.juxta veter.
impress. Coccin. dec. 343.num. 1.
Duran.dec.402. num. 6. & ob id
deventum fuerit ad concordiam,
& emphyteusis renovationem
cum alteratione, quæ uti renova- 69
ta ob delictum censetur nova
concessio, non renovatio, *Rot.re-*
cent.par.5.tom.1.dec.176.nu.35.
& cessat propterea devolutio , 70
Rot.recent.par.4.tom.2.dec.6.nu.
15.

Quia prætextus non solutionis
canonis per biennium fuerit er-
roneus, & falsus , cum tantum
tempus non defluxerit à die ma-
turatæ primæ solutionis, quæ de-
buisset attendi, cum ab illa die, 71
qua agi poterat, inciperet mora,
*l.cedere diem,ff.de verb.signific.*non
autem dies contractus,& investi-
turæ; Et ulterius in Civitate, & 72
Territorio Bononiæ ob canonis
non solutionem emphyteuta
non cadat ex Statuti dispositio-
ne, *Rot.Bonon.sub Statut.dec.59.*
*num.*10.sed teneatur ad duplum, 73
etiam in Ecclesiasticis, & con-
tractibus juratis , *ex Bulla Pauli*
*III.d.dec.59.num.*17.quæ præsu- 74
mitur etiam moribus utentium
approbata, *ead. dec. 59. num.* 22.
& cui, nec potest renunciari, ut 75
ex illius tenore. Et insuper, do- 76
lo cessante, de jure etiam com-
muni devolutio semper soleat
excludi , *Rot. post nostrum tract.*
mand. de manuten.dec.275.nu.21.
ex aliquo justo impedimento , 77
Gratian.discept.19.num. 6. & ex 78

Ccc 2 causa

causa etiam levi, *d. dec.* 275. *n.* 22. *Duran. dec.* 402. *num.* 27. & præ-
79 cipue in hærede, in quo præsumitur ignorantia emphyteusis, pactorum, & devolutionis, *Amic. de emphyt. q.* 9. *Surd. de alim. tit.* 1. *qu.* 48. *nu.* 39. *& seqq. Gratian. discept.* 633. *num.* 18. *et seqq. Barbos. in c. potuit num.* 102. *de locat.* & quam-
80 vis ex non solutione canonis lex rescindat contractum, admittit tamen more purgationem, *Put. dec.* 66. *num.* 2. *lib.* 1. *juxta veter.*
81 *impress.* & evitata fuerit caducitas ob non solutionem canonis per oblationem, & depositum factum in Monte Pietatis, parte citata, *d. cap. potuit de locat.* ubi *Barbos. num.* 133. *Menoch. de arb. cas.* 7. *num.* 9. *et* 10. *Gratian. discep.* 378. *num.* 11. *et seqq. Pen. dec.* 900. *in fin. Rot. post d. nostrum tract. de manut. d. dec.* 275. *num.* 4. *et seqq.* Prout, & ex eo, quia erroneus, & falsus fuerit prætextus deteriorationis bonorum ob incisionem arborum, cum fuerint incisæ ar-
82 bores vetustæ, & corruptæ, quas incidere licet, *Rot. recent. par.* 2. *dec.* 553. *num.* 2. *in fin.* & arbores ab ipsis emphyteutis plantatæ,
83 quarum incisio est etiam permissa, *Rot. d. dec.* 275. *num.* 11. *&* 12.
84 *post d. nostrum tract.* nec non arbores pro usu proprio, & familiæ, servato modo, & de minus damnosis, *Ciarlin. d. contr.* 2. *num.* 72,
85 *&* 73. ac arbores, quæ deservierunt pro servitio, & manutentione ædificiorum loci, & ex quorum omnium incisione fundus fuit ad culturam redactus, & effectus pretiosior, & fructuosior, *Ciarlin. d. contr.* 2. *num.* 65. *Rot. recent. par.* 2. *dec.* 553. *num.* 3. & id clare ostendi ex ipsa transactione, in qua permittitur Vincentio, & ejus hæredibus alienatio melioramentorum pro summa libr. 12. m. nec probaretur, quod esset talis, quæ operaretur devo- 86
lutionem, hoc est notabilis, & facta dolo, seu lata culpa, & circa substantiam, *Bald. in auth. qui rem num.* 3. *vers. secundo nota, C. de Sacros. Eccles. Giovagn. cons.* 15. *per tot. lib.* 2. *Cyriac. contr.* 268. *num.* 9 *et seqq. Ciarlin. d. contr.* 2. *num.* 95. *et* 96. *Menoch. de arbitr. cas.* 68. *nu.* 6. *et seqq. Gratian. dec.* 174. *num.* 5. *et seq. Seraph. dec.* 1365. *num.* 3. *et seqq. Rot. recent. par.* 2. *dec.* 553. *et d. dec.* 275. *post d. nostrum tract.* nec quod arbores incisæ essent in bonis locatis de tempore concessionis, ut videtur requiri, *d. dec.* 275. 87
num. 11. Unde d. transactio non 88
potuerit agnatis nocere, *Greg. dec.* 418. *num.* 11. ubi *Add. nu.* 16. nec, stante erronea, & falsa causa, 89
seu causis, sustineatur, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 20. *nu.* 15. *& par.* 6. *dec.* 50. *num.* 23. *dec.* 80. *n.* 1. *dec.* 242. *num.* 1. *dec.* 271. *num.* 4. *&* 22. *Pen. dec.* 70. *num.* 2. *& seq. dec.* 93. *num.* 4. & *seq. et dec.* 779. *nu.* 17 sed corruat defectu consensus, *l. si* 90
ex falsis, C. de transact. Jo. Ant. Bellon. cons. 77. *num.* 2. *Menoch. cons.* 618. *num.* 5. *Salernit. cons.* 33. *num.* 24. *Bardellon. cons.* 2. *num.* 52 *Seraph. dec.* 275. *num.* 10. *et per tot. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 765. *num.* 2. *et par.* 6. *dec.* 52. *nu.* 23. *dec.* 80. *num.* 1. *et dec.* 271. *num.* 4. *et in Bononien. de Berois* 28. *Junii* 1641 *coram R. P. Carrillo*, nec sit 91
attendenda, nec officiat transi-

gen-

gentibus, nec habentibus ab eis causam, *Rot. rec. par. 6. dec.* 110.
92 *num.* 10. nec possit præjudicare veritati, *Rot. rec. par. 6. dec.* 16.
93 *num.* 16. etiam quod fuerit observata, cum absit consensus per errorem exclusus, *Rot. rec. par. 4.*
94 *tom. 3. dec.* 615. *num.* 13. *et* 14. nec error tollatur per actus geminationem *Gratian. discept.* 824. *num.*
95 58. nec ratificatio, & approbatio facta dicatur, stante nullitate, & erroneitate, seu falsitate contractus, nisi constet de certa scientia, *Rot. rec. par. 6. dec.* 98. *num.* 28. *& dec.* 190. *nu.* 31. *Gra-*
96 *tian. discept.* 417. *num.* 32. Et id procedat etiam, quod transactio sit jurata, cum ex defectu consensus deficiat etiam obligatio,
97 adeout nec sit necessaria juramenti absolutio *Gratian. discept.* 789. *num.* 2. *Surd. consf.* 37. *nu.* 9. *& seqq. Rot. post nostrum tract. de manuten. dec.* 68. *num.* 4. eo quia
98 transactio, & juramentum tacitam habeant conditionem, quatenus non adsit error, & falsa causa, *Dec. consf.* 408. *nu.* 7. *Cravett. consf.* 144. *num.* 17. *Menoch. consf.* 24. *num.* 7. *Rolan. consf.* 13. *nu.*
99 29. *&* 30. *lib.* 1. ac absolutio eo minus sit necessaria in hærede, qui defuncti juramento non ligatur, *Anchar. q.* 2. *num.* 5. *&* 6. *p.* 1. *Menoch. consf.* 24. *num.* 1. *&* 2.
100 Ac prædictæ erroneæ, & falsæ causæ eo magis inficiant d. transactionem, quia, inspecto dubio litis eventu, salvari nunquam ea possit ab ænormissima læsione,
101 quæ sicut excludit consensum,
102 & inducit dolum re ipsa, qui quoad rescissionem æquiparatur dolo ex proposito, *Rot. rec. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 125. *num.* 38. ita eam 103
corruere faciat, non obstante juramento, quod debet habere 104
tres comites, veritatem, justitiam, & judicium, *Rot. Bonon. supr. Statut. dec.* 11. *num.* 29. *& seqq.*

Quoniam respondetur investituram Antonii senioris esse mere hæreditariam, & transitoriam ad quoscunque, tum quia, quamvis de natura Ecclesiasti- 105
cæ emphyteusis sit, ut in extraneos non transeat, ut de communi, *Alex. consf.* 9. *num.* 9. *lib.* 2. *& consf.* 89. *in princ. lib.* 4. *Magon. dec. Lucen.* 12. *num.* 7. *Greg. dec.* 529. *nu.* 1. *Rot. rec. par. 6. dec.* 211.
num. 3. & quod in ea nomen hæ- 106
redum intelligatur, de hæredibus sanguinis, *Ruyn. consf.* 160. *num.* 9. *lib.* 1. *Roland. consf.* 96. *nu.* 8. *lib.* 2. *Hond. consf.* 92. *num.* 19. *& seq. lib.* 1. *Gratian. discept.* 351. *num.* 17. *Magon. d. dec. Lucen.* 12. *num.* 15. *Seraph. dec.* 868. *num.* 2. *Rot. rec. par. 6. dec.* 211. *num.* 3. *&* 4. *& in Mediolanen. de Busalone* 7. *Junii* 1585. *coram Bubalo in Mediolanen. Emphyteusis* 11. *Junii* 1641. *vers. non obstat. coram Merlino*, hic tamen investitura legitur facta cum verbis, sequens formam aliarum locationum, & sic præcedentis locationis, vel investituræ antea factæ in personas DD. de Aldrovandis ejus auctorum, quæ cantat in hæreditariam, & transitoriam ad quoscunque etiam extraneos, ut apud partes est in confesso, & legitur claris, & rotundis verbis cum clausula etiam, ad habendum

107 dum &c. ab ea, tamquam ab ul-
timaimmediate præcedente de-
bet ista sequens regulari, & de-
clarari *Bald. in c. 1. de eo, qui sibi*,
*Bero. conf. 77. num. 27. & 45. lib.
1. Becc. conf. 101. num. 79. lib. 1.
Surd. conf. 440. num. 4. & seqq.
Sola ad Constitut. Sabaud. sup.
Decret. yolant. par. 2. gl. 4. num. 14.
et in proœm. num. 14. Grati. discept.
719. num. 7. et 27. Duran. dec. 295.
num. 4. Rot. div. par. 4. dec. 231. nu.
1. et in rec. p. 1. dec. 603. nu. 4. et p.
4. tom. 2. dec. 291. num. 29. et seqq.
et tom. 3. dec. 541. num. 8. p. 5. tom.
1. dec. 381. nu. 1. et tom. 2. dec. 465.
num. 4. et seqq. et par. 6. dec. 74. nu.
4. dec. 211. num. 6. et in Romana
Domorum 21. Aprilis 1617. coram*
108 *Dunozetto Seniori*, illiusque dici-
tur renovatio, non autem nova
concessio, dum in ea ea vel est fa-
cta concessio cum eisdem pactis
appositis in antecedenti, *Rot.*
109 *rec. p. 7. dec. 201. num. 18.* vel non
continentur pacta illi contra-
ria, *Rot. rec. par. 4. tom. 1. dec.
265. num. 13. & par. 7. dec. 202.*
110 *num. 18.* nec graviora, *Gratian. di-*
111 *scept. 913. num. 19. et 20.* neque
nova, *Greg. dec. 522. nu. 19. et Rot.
recent. par. 1. dec. 669. sub num. 14.*
112 nec fuit in ea præscripta alia for-
ma succedendi, *Rot. recent. d. par.*
113 *4. tom. 3. dec. 693. num. 6.* nec fue-
runt additæ novæ qualitates,
Greg. d. dec. 522. num. 19. et Rot.
114 *recent. par. 7. dec. 36. num. 10.* nec
dd. verba, Sequens formam alia-
rum locationum, possunt haberi
pro positis ad alium finem, nem-
pe ad demonstrandum, quod bo-
na erant solita dari in emphyteu-
sim ad *Rot. recent. par. 4. tom. 3. dec.*
603. num. 5. quia ad hoc subse-
quuntur alia particularia, & ap-
tiora verba. Adeout hæc reno- 115
vatio non contineat aliquam
mutationem, nec sit titulus
novus, vel nova investitura, sed
prioris tituli concessi renovatio,
*Rot. recent. par. 5. tom. 1. dec. 176.
num. 26. et 37.* Et, quando con- 116
stat, quomodo fuit facta conces-
sio, non est ulterius progredien-
dum, aut quærendum, nec ad co-
niecturas, aut præsumptiones re-
currendum, *Rot. recent. d. par. 5.
tom. 1. dec. 60. num. 4.* sed standum 117
est investituræ tenori, *Rot. recent.
par. 1. dec. 390. num. 3. et dec. 669.
num. 4. et par. 2. dec. 294. num. 2. et
par. 5. tom. 1. dec. 69. num. 3. et 4.
et par. 7. dec. 163. num. 21.*

Tum quia emphyteusis non
solum agitur concessa Antonio,
& filiis, & eorum hæredibus, quæ 118
ideo existimatur hæreditaria, &
ad extraneos hęredes etiam tran-
sitoria secundum *Rot. recent. par.
6. dec. 25. nu. 9. et. 10. et dec. 112.
num. 3. et 7.* & in simili, hoc est, in 119
jurepatronatu. *Duran. dec. 147.
num. 4.* quæ est etiam in *recent. par.
5. tom. 1. dec. 175. sub num. 4.* sed
etiam concessa est cum titulo 120
perpetuæ emphyteutis, quo casu
habetur pro hæreditaria, *d. dec.
25. num. 9.* etiam quod emphiteu- 121
sis sit Ecclesiastica, *ead. dec. 25.
num. 10.* & non constat de requi- 122
sito beneplacito Apostolico in re
Ecclesiastica, quæ datur ultra
tertiam generationem, *Rot. rec.
par. 4. tom. 2. decis. 21. nu. 5.* seu 123
in qua illius solitum alteratur,
*Rot. recent. ead. par. 4. tom. 2. decis.
107. num. 13. & par. 6. decis. 211.
num.*

124 *num.* 15. quia illud ex lapsu 30. annorum, & ultra, ac subsecuta observantia præsumitur, etiam quod non appareat enunciatum, *supradict. decis.* 25. *num.* 11. *par.* 6.
125 *recent.* atque etiam quod adsit pactum de renovanda de 29. annis in 29. annos, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 381. *num.* 14. & 15.
126 & *par.* 7. *decis.* 164. *num.* 16. per quod Dominus tenetur renovare compræhensis in investitura, *Gratian. discept.* 707. *num.* 18. &
127 19. cum maxime constet, res in emphyteusi compræhensas solitas esse in hanc formam in emphyteusim concedi ex pluribus instrumentis diversarum concessionum factarum cum cursu 40. annorum, & ultra, *Rot. recent.*
128 *par.* 7. *decis.* 37. *num.* 7. quo casu in reconcessione nec requiruntur solemnitates alias debitæ, *Clar. in §. emphyteusis quæst. 6. in princ. & quæst.* 28. *vers. præterea.*

Tum quia habet clausulam, Ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, & naturaliter possidendum, & quidquid dd. conductoribus dictis modis, & nominibus, & eorum dictis modis, & nominibus filiis, & hæredibus prædictis deinceps pla-
129 cuerit faciendum &c. per quam clausulam sic extensam efficitur emphyteusis transitoria ad hæredes etiam extraneos, quamvis sit Ecclesiastica, dum sic solita est concedi, *Buratt. decis.* 87. *num.* 3. *et decis.* 477. *num.* 1. *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 280. *nu.* 1. *et par.* 2. *decis.* 74. *num.* 6. *et* 17. *dec.* 152. *num.* 1. *et decis.* 294. *num.* 3. *et par.* 3. *decis.* 16. *num.* 2. *in fin. et decis.* 26. *num.* 2. *Cavaller. decis.* 219. *nu.* 11. *et Rot. in Bononien. de Lutio prim. Martii* 1619. *vers. hoc tamen, coram Card. Sacrato in Fulginaten. Emphyteusis* 20. *Junii* 1622. *vers. clausula, coram Ubaldo, in Cremonen. Bonorum* 5. *Junii* 1624. *§. justitia coram eodem in Bononien. fideicommissi de Nascentoriis* 23. *Martii* 1640. *vers. bis tantum, coram R.P. Terracinen. in Mediolanen. Emphyteusis, seu Bonorũ* 15. *Aprilis* 1641. *vers. quod autem coram Merlino*, 130
quia dum semel transivit in extraneos, semper eandem retinet qualitatem, *Rot. rec. par.* 5. *to.* 1 *dec.* 381. *num.* 12. quidquid aliud 131
sit in Ecclesiastica ad hæredes extraneos non transitoria, *Rot. rec. par.* 6. *dec.* 211. *num.* 7. & *seq.*)
& maxime cum sit concepta per 132
verbum universale, Quidquid, *Buratt. d. dec.* 87. *num.* 4. & posita
in parte non executiva, sed dis- 333
positiva, *Buratt. d. dec.* 87. *num.* 5. & 6. *Duran. dec.* 295. *num.* 2. *Rot. rec. par.* 1. *dec.* 438. *num.* 2. & *dec.* 287. *num.* 1. *et* 4. *in fin.* cum imme-
diate sit post descriptionem bo- 134
norum concessorum ante clausulam, Et hoc ideo fecit &c. & ante promissionem solutionis canonis, *Buratt. d. dec.* 87. *num.* 7. *et Rot. rec. d. par.* 1. *dec.* 287. *sub num.* 1. *dec.* 438. *nu.* 2. *et par.* 2. *dec.* 294.
num. 7. & sit concessio facta in 135
emphyteusim perpetuam, quæ sic facta, juncta clausula, Ad habendum, est transitoria etiam ad ipsos hæredes extraneos, *Rot. rec. d. par.* 2. *dec.* 294. *num.* 4. *et par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 548. *num.* 9. *par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 381. *num.* 3. *juncto num.* 5. 14. *et* 15. *Card. Mellin. dec.* 245. *nu.* 1. *et*

Rot.

Rot.in Civitatis Castelli emphyteusis 23. *Febr.* 1643. §. *quia coram*
136 *R. P. Melkio*, & eo magis attenta geminatione, ut ibi, Deinceps placuerit perpetuo faciendum, *Rot. rec. d. par.* 2. *dec.* 294. *num.* 4. *in fin.* ut idem dicitur de recepta
137 pro hæredibus, & successoribus in infinitum, *Rot. rec. par.* 1. *dec.* 381. *num.* 17. *et* 19. Atque sufficit,
138 quod in investitura apposita sint talia verba, quæ importent concessionem bona transferendi etiam in extraneos, *Clar. in §. emphyteusis q.* 28. *vers. quidquid tamen in fin.* Accedat, quod d. investitura continet pactum francandi,
139 per quod bona etiam Ecclesiastica habentur, ac si essent libera, & transfusa in meram venditionem, nullo remanente dominio penes Ecclesiam, *Grat. discept.* 477. *num.* 11. *et discept.* 745. *nu.* 70. 74. *et* 75.

140 Tum demum, quia, etiam si essemus in dubio judicandum, esset, ut emphyteusis esset hæreditaria, & quem pactum fuisse filiis, ut hæredibus etiam in Ecclesiasticis, *Grat. discept.* 451. *num.* 17. &
141 in simili de jurepatronatu *Duran. dec.* 285. *num.* 3. *et* 7. *et dec.* 415. *nu.*
142 2. & maxime ubi uti talis, ut hic, fuit ab antecessoribus acquisita, *Rot. post Merlin. de legit. dec.* 67.
143 *num.* 8. *et* 9. nec per emphyteusis renovationem censendum est ab antecedentibus investituris recessum, dum ut hoc clare, & evidenter non constat, nec ex illius verbis necessario infertur, *Rot. rec. par.* 5. *tom.* 2. *dec.* 465. *num.* 6. *et* 7. *et par.* 6. *dec.* 211. *num.* 14. & ad
144 ipsas antecedentes habetur in ea relatio, *d. dec.* 465. *num.* 8. *par.* 5. *tom.* 2. *rec.* nec reperitur jure cautum, ut solitum censeatur alteratum quoad mutationem personarum, nisi quando reinvestitur 145
Ecclesia, vel Communitas, quæ 146
nunquam moritur, aut difficile perit, *Rot. rec. par.* 4. *to.* 2. *dec.* 107. *num.* 25. *et seqq.* sed immo eodem 147
modo emphyteusis intelligitur data successori, quo fuit concessa antecessori, *Rot. rec. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 704. *num.* 12. & secunda inve- 148
stitura præsumitur facta juxta tenorem primæ *Rot. rec. par.* 1. *dec* 127. *nu.* 9. estque interpretanda, ne prima censeatur alterata, 149
Menoch. cons. 1. *num.* 124. *Surd. cons.* 573. *num.* 24. & 25. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *et* 35. *Rot. rec. par.* 2. *dec.* 85. *num.* 7. *in fin. et dec.* 555. *num.* 11. *in fin.* & clausulę in secunda investitura renova- 150
toria extendi debent, ut fuerunt extensę in priori renovata, *Burat. dec.* 477. *num.* 2.

Cui interpretationi non obstat, quod inferius in eadem investitura copulativè sæpius nominentur hęredes, & descendentes, ita ut videatur ex hoc infe- 151
rendum, ut stipulatio sit facta pro hęredibus simul sanguinis, & bonorum ad *Peregr. de fideicommiss. art.* 32. *num.* 48. *Fusar. eod. tract. q.* 339. *num.* 70. *Præt. de interpret. ult. volunt. fol.* 174. *num.* 7. *Barbos. de app. verb. utr. jur. app.* 113. *num.* 23. quidquid aliud esset, 152
quando vocati essent descendentes, & hæredes, quia tunc hæredum mentio staret augmentative, *Cepol. cons.* 15. *dub.* 1. *Bursatt. cons.* 31. *num.* 8. *et* 12.

Et

Etenim respondetur quod ,
153 cum verbum, Descendentes, sit
appositum, & subjunctum in dis-
positione, jam effecta transitoria
ad hæredes etiam extraneos, cen-
setur appositum demonstrative ,
non taxative ad exclusionem hæ-
redum extraneorum, *Duran. dec.*
285. discurso, intitulata num. 20. &
eo maxime, cum repetatur etiam
154 verbum, Hæredes, quorum ap-
pellatione veniunt extranei in
materia ad quoscunque transito-
ria, *Gabr. de verb. signific. concl. 4. n.*
1. Fusar. q. 339. num. 4. et 35. Rot.
recent. par. 5. tom. 1. dec. 72. num. 2.
dec. 260. num. 12. Buratt. dec. 596.
num. 3. et dec. 894. num. 4. Pen. dec.
56. num. 8. et 16. & subiungatur
155 dictio, *Prædictos*, quæ est relati-
va ad hæredes supra simpliciter
nominatos, & repetit eorum qua-
litates, *Decian. conf. 172. num. 47.*
lib. 2. Bero. conf. 132. num. 7. lib. 3.
Cravett. conf. 129. num. 8. et conf.
739. num. 3. Ruyn. conf. 55. num. 4.
lib. 3. Surd. dec. 210. num. 17. Fu-
sar. q. 241. num. 71. Rot. recent. par
1. dec. 714. num. 3 et par. 2. dec. 194.
num. 7. et dec. 644. num. 1. et par. 7.
156 *dec. 110. num. 23.* & operatur rela-
tio individuam, & propriam ex-
pressionem, & repetitionem con-
tentorum in termino relato, *Rot.*
157 *recent. par. 6. dec. 211. nu. 5.* & sem-
per in dubio verba præsumuntur
stare demonstrative, *Fusar. q. 246*
num. 15. Rot. recent. par. 2. dec. 186
num. 3. Duran. dec. 341. nu. 4. dec.
158 *409. num. 13.* nec inde sequitur ,
ut qualitas hæreditaria expressa
in precedenti stipulatione cen-
seatur sublata, vel non repetita in
orationibus, verbis, & stipulatio-
nibus sequentibus, & censeantur
contrahentes voluisse statim se
corrigere, *Rot. recent. par. 4. tom. 2*
dec. 483. num. 19. sed immo verba 159
ista subsequentia intelliguntur re-
tentis terminis antecedentium ,
Rot. recent. par. 2. dec. 729. sub nu. 3
& verba præcedentia magis de- 160
clarant sequentia, quam econtra,
Fusar. q. 351. num. 16.

Nec quoque obstat dictio, Et,
intermedia, quasi posita sit inter
genus, & speciem subsequentem,
quo casu declarat, & limitat, & 161
exponitur pro, Idest, *Add. ad Bu-*
ratt. dec. 297. num. 16. Rot. recent.
par. 7. dec. 59. num. 13. et dec. 173.
num. 35.

Quia id posset locum habere , 162
nisi adiecta esset alia dictio, *Præ-*
dictos, quæ est relativa, & repeti-
va præcedentium cum suis qua-
litatibus, ut dictum est, & habet 163
dictio, Et, diversas vires, ac pro-
prietates juxta variorum facto-
rum contingentias, *Rot. recent. par.*
7. d. dec. 59. num. 20. ita ut, quando 164
ea est interpretanda, sint ponde-
randæ circumstantiæ, & negocii
natura, *ead. dec. 59. num. 19.* ex qui-
bus hoc casu videtur interpretan-
da, ut potius augere debeat , ut 165
est ejus natura, *Greg. dec. 21. nu. 3.*
Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 376.
num. 9. & par. 7. dec. 209. num. 8.
quam restringere, *d. decis. 376. &* 166
d. dec. 209. num. 8.

Quibus accedit, quod in fine
investituræ contrahentes utuntur
verbis, *Hæredibus, & successori-*
bus prædictis, & emphyteusis est 167
simpliciter hæreditaria , non
autem mixta, quando est conces-
sa pro se, suisque hæredibus , &

succeſſoribus, *Rot. recent. par.* 4.
tom. 2. *dec.* 483. *num.* 16. & *par.* 5.
tom. 1. *dec.* 211. *num.* 10. & *dec.* 359
168 *num.* 17. *et* 19. attenta maxime dic-
tione, *Prædictis*, relativa ad ante-
cedentem principalem diſpoſi-
tionem ſimpliciter hæreditariam,
Rot. recent. d. par. 4. *tom.* 2. *dec.* 483
169 *num.* 14. à contrario ſenſu. Quæ in
ſenſu recto, in quo exadverſo al-
legatur, loquitur, & ſe refert re-
ſtrictive ad hæredes ſanguinis,
videlicet ad filios, & nepotes. Et
170 in his terminis loquitur, & proce-
dit etiam *Gratianus diſcept.* 451.
num. 16. & 20. *juncto princ.* &
Anchar. quæſt. 19. *num.* 2. & 4.
171 Prout de emphyteuſi recepta
pro ſe, & ſuis hæredibus ex eis
legitime deſcendentibus, & ſic
reſtrictive pro hæredibus ſangui-
nis loquitur alia *Rot. deciſ.* 750. *ad*
med. par. 3. *recent.* quæ pariter af-
fertur ex adverſo, *et Gratian.*
diſcept. 351. *ſub num.* 1. *et ſeqq.*
172 Unde ex prædictis ſequitur,
ut emphyteuſis uti hæreditaria
potuerit à Vincentio, & Mona-
ſterio in præjudicium etiam ſuc-
ceſſorum alterari, & reduci ad
gentilitiam, & pactionatam,
ſeu ad emphyteuſim ex pacto,
173 & providentia (quæ eſt mera
conceſſio perſonalis, quja conce-
ditur perſonis nominatis abſque
eo, quod hæreant aliquo titulo
hæreditario, *Rot. recent. par.* 4. *tom.*
174 3. *deciſ.* 704. *nu.* 10.) prout redu-
cta fuit, dum apparet conceſſa
pro ſe, & deſcendentibus, non
facta hæredum mentione, *Grat.*
175 *diſcept.* 451. *num.* 18. ſicuti potuiſ-
ſet in totum inter vivos etiam
alienari, ut ſentit *Cocc. deciſ.* 343.
In qua non præfertur proximior 175
ultimo defuncto, ut ſic diſtin-
guit *Joſ. Ludovic. dec. Lucen.* 29.
num. 39.
Quod eo fortius videtur fieri 177
potuiſſe per viam tranſactionis
ob excitatam, & agitatam litem
in pluribus etiam tribunalibus ſu-
per devolutione ex prędictis cau-
ſis non ſolutionis canonis, & inci-
ſionis arborum; Circa quã etiam,
cũ ſimus in actu, qui natura ſit de- 178
liberatione, ad evitandam devo-
lutionem jam acceptatam, nemo
errorem, vel ignorantiam allega-
re poteſt, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 2.
deciſ. 613. *nu.* 18. 19. & 20. error- 179
que excluditur ex continvatis
canonum ſolutionibus, ac loca-
tionibus, & renovationibus,
Rot. recent. par. 3. *deciſ.* 420. *num.* 4.
verſ. ſtante, Nec poteſt regulati- 180
ter dari de errore, ubi adeſt tran-
ſactio, *Rot. recent. par.* 2. *dec.* 184.
num. 3. quæ, ſtante illius obſer- 181
vantia, difficilius reſcinditur,
Rot. recent. par. 6. *deciſ.* 86. *nu.* 7. &
8. Et errorem, ſeu falſam cauſam 182
allegans ad tranſactionem an-
nullandam tenetur probare,
eum, vel eam eſſe talem, qui,
vel quæ, ſi fuiſſet verus, vel vera,
arctaret ad ita contrahendum,
& verſari circa cauſam finalem,
Seraph. deciſ. 987. *num.* 1. 2. & 3.
Rot. recent. par. 2. *deciſ.* 104. *num.*
1. & *par.* 6. *deciſ.* 128. *nu.* 13. *Du-*
ran. deciſ. 337. *num.* 30. 31. 33. &
36. In præſenti autem caſu non
ſolum non conſtat de evidenti
errore, ſeu falſitate cauſæ, & ma-
xime cum reſpectu non ſoluti ca- 183
nonis annus de jure incipiat à die
inveſtituræ, non autem à die
deſti-

destinatæ solutonis, *Alex. in l. divortio*, *§. ob donationem*, *num.* 10. *ff. sol. Matr. Rot. in Pisana Caducitatis* 19. *Januarii* 1600. *confirmata* 25. *Junii* 1601. *coram Card. Sacrato inter diversf. par.* 4. *decis.* 896. *num.* 3. *vers. secundo loco*, &,
184 quatenus ex hoc capite non fuisset locus devolutioni, esset tamen
185 augendus canon; & in emphyteusi Ecclesiastica videatur ad effectum devolutionis sufficere incisionem arborum frugiferarum *Clar. in §. emphyteusis*, *q.* 26. *Ciarlin, contr. for. cap.* 2. *n.* 2. *&* 76. *vers. superest modo*, ubi de communi, & magis communi. *Corbul. de caus. privat. caut.* 13. *num.* 2. *Castill. de usufr. cap.* 25. *num.* 2. *Giurb. ad Consuetud. Massan. par.* 1. *cap.* 15. *gl.* 4. *num.* 13. *Scrad. de feud. par.* 9. *cap.* 6. *num.* 64. *Rosental. eod. tract. cap.* 10. *concl.* 33. *n.* 3. & cessante una ex dd. causis satis
186 esset, ut alia remaneret quja causæ plures quando sunt copulative etiam narratæ, sufficit, ut una subsistat ad obligationis validitatem, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 564. *num.* 22. sed etiam quja causæ non solutionis canonum, & incisionis arborum videntur fuisse causæ impulsivæ, non finales ipsius transactionis, finalis autem fuisse videtur liberatio, & reces-
187 sus à lite, quja illa est causa finalis, quæ movet principaliter ad disponendum, & impulsiva, quæ præbet occasionem, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 561. *num.* 68. &
188 hæres transigentis defuncti factum impugnare non potest,
189 *Seraph. dec.* 711. *num.* 4. Videturque sufficere pro transactione sustinenda, quod in ea narrata vera sint, prout narrantur, *Rot. rec. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 28. *num.* 14. quæ procul dubio verificantur hoc casu tam respectu litis, quam respectu prætensæ à Monasterio caducitatis ex capitibus non solutionis, & incisionis.

Et ita utraque &c.

STATUTI SALAROLORUM.

Lunæ 8. Julii 1652.

ARGUMENTUM.

Distantia à Statuto præscripta inter unam, & aliam Apothecam, an desumenda sit à seris, & clavaturis, vel à gargaminibus.

SUMMARIA.

1 *Statuti Salarolorum, seu Lardaralorum dispositio.*
2 *Pertica est pedum decem.*
3 *Prohibendi in quasi possessione ad manutentionis effectum quid sit probandum.*
4 *Res quælibet judicatur secundum præsentem statum.*
5 *Res quælibet præsumitur libera.*
6 *Quasi possessionem habens affirmativam habere dicitur etiam jus aliis prohibendi, Decl. ut num.* 7.
8 *Manutentio competit in quasi possessione libertatis, ex sola illius præsumptione, et nu.* 9.
10 *Manutentio debetur in posses-* sione,

sione, vel quasi illa probata de tempore motæ litis ex partis confessione in præcepto de removendo.

11 *Remotio supponit introductionem, & existentiam, quæ satis est pro manutentione.*

12 *Mandati de evacuando petitio probat possessionem adversarii manutenibilem.*

13 *Privatio præsupponit habitum.*

14 *Probibitus aliquid non faciendi dicitur in possessione, vel quasi esse illud faciendi.*

15 *Confessione propria nulla est major probatio.*

16 *Possessio, vel quasi, quę liti causam dedit, non attenditur ad manutentionis effectum, Decl. ut nu. 17. & 18.*

19 *Manutentio datur ad statum, quo quis reperitur tempore motæ litis.*

20 *Statuti assistentia, vel resistentia, an, quando, & quid operetur ad manutentionis effectum, & num. 21. & seqq.*

22 *Manutentio possessori datur pendente disputatione, an intret Statutum, vel Decretum irritans, & ubi exceptio est turbida, & altioris indaginis & nu. 23.*

24 *Manutentio pendens à petitorio, & negocio principali ad illud remittitur, & nu. 25.*

26 *Possessio acquisita, seu continuata post inbibitionem, seu præceptum est attentata, Lim. ut n. 27. & seqq.*

30 *Possessio principalis infert ad annexa, & accessoria, & ea, quæ veniunt in consequentiam, & datur in eis continuatio absque attentatis, & nu. 31.*

32 *Continuans etiam post inbibitionem non attentat, et est manutenendus, & nu. 33.*

34 *Scientia, & patientia adversarii an requiratur ad effectum acquisitionis possessionis, et manutentionis, et nu. 35. et 36.*

37 *Præceptum, seu sequestrum an privet possessione, et num. 38.*

39 *Manutentio datur etiam lite pendente super validitate pręcepti.*

40 *Manutentio datur appellatione pendente.*

41 *Mensurationi standum est, quam partes approbarunt.*

42 *Juxta, dictio, præpositio, seu terminus designat confines.*

43 *Rei appellatione venit tota. Contr. nu. 48.*

44 *Totum comprehendit quamlibet illius partem.*

45 *Dispositum de toto intelligitur etiam de qualibet parte.*

46 *Pars est ejusdem naturæ, & qualitatis, cujus est totum.*

47 *Confine non comprehenditur intra fines, sed illis adjacet.*

49 *Mensuratio facienda est à capite, & parte digniori, non à membris, Ampl. ut num. 50.*

51 *Mercatura est ad honeste lucrandum permissa.*

52 *Apo-*

52 *Apothecæ introductæ sunt ad quæstum faciendum.*
53 *Utile, quod sibi est, in loco proprio quis facere potest, etiamsi alteri præjudicetur, nisi sit ad emulationem.*
54 *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, & Ampl. ut num. 55.*
56 *Artem suam exercere cuilibet permittitur.*
57 *Exercere de jure quis omnia potest, quæ sibi non reperiuntur prohibita.*
58 *Facultatis esse dicuntur, quæ à jure conceduntur ad juris proprii conservationem.*
59 *Artifices plures ejusdem artis habere Reipublicæ interest.*
60 *Libertatem onerari leges abhorent.*
61 *Facultatis quæ sunt, non facile lex positiva impedire potest.*
62 *Statutum auferens liberam rei suæ administrationem est contra naturalem rationem.*
63 *Statutum probibens, quod est de jure communi dicitur contra libertatem.*
64 *Arbitrium qui habet restrictum, non habet liberum.*
65 *Statutum juris communis correctorium quomodo sit intelligendum, & n. n. seqq.*
71 *Statuti dubii interpretatio facienda est contra fundantem se in eo.*
76 *Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
77 *Statutum inductum ad tollendas differentias, & rixas ex propinquitate apothecarum dicitur favorabile, & interpretatione adjuvandum.*
78 *Statutum habens in se motivum rationis dicitur æquum, & rationabile.*
79 *Statutum recedens à jure communi dicitur odiosum, & restringendum.*
80 *Libertatem arctare contra rationem est contra jus naturale, & commune, quod à sola voluntate procedit.*
81 *Statutum declaratur ex observantia etiam per unicam vicem.*
82 *Observantiæ plurimum defertur in declaratione legum, et Statutorum, Ampl. ut nu. 83. et 84.*
85 *Mensura à feris, et clavaturis videtur rationabilis, et æqua, et quare.*
86 *Attestatio extrajudicialis, et ab habentibus interesse, et affectionem non probat.*
87 *Faber fabro invidet.*
88 *Judici attestanti de stylo non creditur.*

DECISIO LXIV.



Igente Bononiæ Lardarolorum, seu Salarolorum Statuto, quod nullus exercens prædictum membrum, vel ejus partem possit facere, vel fieri facere aliquam Apothecam, vel stationem, vel 1

po-

ponere aliquem scrignum, discum, vel rem; in qua, & super qua possit, vel debeat vendi lardum, &c. juxta aliquam stationem, scrignum, vel rem, in qua, seu super qua fuerit venditum, & operata dicta Ars per tres perticas ad mensuram communis Bononiæ, nisi fuerit de voluntate primo vendentium, &c. Præceptum Massarii, & sociorum d. Artis ad petitionem, & instantiam Marii, & fratres de Nigris emanavit contra Sanctem Roppam, & socios, ne deberent quovis prætextu aperire Apothecam ad exercitium Lardariæ posiatm in via Ponticuli Sancti Archangeli secus Apothecam d. Marii, & fratris, sed exercitium prædictum omnino removere ab eadem Apotheca; ex quo non adesset distantia à Statutis d. Societatis Salarolorum requisita à d. Apotheca dd. de Nigris ad Apothecam d. Roppæ, & Sociorum. Ortaque propterea inter partes discordia, an distantia esset attendenda, & sumenda à gargaminibns, vel à clavaturis hostiorum utriusq; Apothecæ, & facta loci visitatione, ac mensu-
2 ratione, repertum fuit, Apothecam Roppæ distare ab Apotheca Nigrorum, habito respectu ad clavaturas, pedes 35. 9. & sic ultra tres perticas, cum pertica constituatur ex pedibus decem, habita vero ratione ad gargamina pedes 24. & dilata ad quandam certam diem decisione, & declaratione, quænam mensuratio deberet attendi, fuit Roppæ, & sociis præceptum iniunctum de nihil interim innovando.

Causaque deinde post sex dies ex parte Nigrorum introducta coram Illustrissimo D. Vicelegato, & per eumdem commissa ipsius Excellentiss. D. Auditori sub prętextu appellationis à quodam prætenso decreto DD. Antianorū, per quod dicebatur, impartitam fuisse licentiā Roppæ, & sociis de Apothecam aperiendo, & facta à Nigris petitione in actis, ut Roppæ, & sociis ordinaretur, Apothecam claudi, emanavit Pronuncia, qua d. D. Auditor mandavit, Nigros, & eorum Apothecam ad usum Lardariæ manuteneri in statu, & possessione jam diu existen. exercendi eamdem Artem Lardaroli privative, & negative quoad Apothecam noviter, indebite, & de facto erectam, & in spretum, ac contra formam decreti Massarii, & sociorum Salarolorum apertam pro parte Sanctis Roppæ, & sociorum, mandavitque eamdem pro nunc claudi, & ulterius non exerceri ad Artem Lardaroli, sine tamen præjudicio jurium ambarum partium in quocunq; possessorio ordinario, & petitorio, & omnia per dictos Sanctem, & socios innovata tamquam attentata revocavit, & in pristinum statum reduci mandavit, & ad hunc effectum quæcumq; mandata, & præcepta, &c. commisit, &c. non obstantibus, &c. Victosque victoribus in expensis condemnavit, quas taxavit, &c.

Devolutaq; postmodum causa appellationis à dicta pronuncia ad Excellentiss. D. Auditorem

rem

rem, Eminentiss. D. Legati, accessit ipse ad locum differentiæ, in quo, iterata mensuratione, repertum fuit, partibus etiam præsentibus, & consentientibus, distantiam inter dictas Apothecas à gargaminibus utriusque januæ, ipsis januis exclusis, esse pedum triginta quatuor, & exclusis monstris, esse pedes viginti três, & ab extremitatibus, & confinibus utriusque pariter Apothecæ, esse pedes viginti sex, & demum suam tulit sententiam, qua, prævia revocatione mandati de manutenendo D. Judicis à quo, declaravit, licuisse, & licere Illustr. DD. Comitibus Angelo, & Cæsari Senatori de Blanchinis dominis d. Apothecæ, qui ad causam venerant, ac eorum inquilinis, & aliis mediate, vel immediate ab illis causam habentibus aperire, & apertam retinere Apothecam ad usum, & exercitium Lardaroli, &c.

Ego vero Judex delegatus ab Eminentiss. D. Legato in tertia instantia confirmandam esse duxi hanc ultimam sententiam, uti validam, & justam.

Validitas enim non fuit in controversiam deducta, & ex actis redditur notoria; Justitia vero deducitur ex infrascriptis.

Videtur namque ipsa ultima sententia quoad primam illius partem continentem revocationem manutentionis concessę Nigris à primo Judice justa, quia, quamvis Nigri sint in possessione, vel quasi exercendi Artem Lardariæ à pluribus annis citra in loco, ubi de præsenti illam exercent, non tamen eisdem competere videtur mandatum de manutenendo in quasi possessione prohibendi, ne eamdem Artem exerceant Sanctes de Roppa, & socii in loco, de quo agitur, quoniam ad hujusmodi 3 manutentionem obtinendam requiritur probatio quasi possessionis prohibendi, & prohibitioni acquiescentiæ, ad relata per me in *tract. mand. de manuten. observ.* 40. *in fin. juxta novam impress.* & tradit *Buratt. decis.* 312. *num.* 9. & ibi *Add. littera B. & Pen. dec.* 818. *num.* 8. quæ probatio hic deficit, & quælibet res judicatur secun- 4 dum præsentem statum, *Jas. in l. si prius, sub num.* 43. *ff. de nov. oper. nunciat.* ac liberę pręsumitur, *Jas.* 5 *ibid. nu.* 40. *Rot. recent. part.* 5. *tom.* 2. *decis.* 611. *num.* 3. *& part.* 6. *decis.* 279. *num.* 31.

Neque obstat, quod, ex quo 6 Nigri sunt in antiquiori possessione, seu quasi exercendi in d. loco, censeantur etiam in quasi possessione prohibendi aliis volentibus intra Statutarium terminum eamdem Artem exercere, tamquam hoc jus illi inhæreat, & veniat in consequentiam, *Burat. decis.* 288. *num.* 3.

Siquidem respondetur, obie- 7 ctum procedere, probata quasi possessione prohibendi contra aliquos, & illorum acquiescentia, quo casu hujusmodi quasi possessio suffragatur etiam contra alios respectu eorumdem limitum, ut fuit casus *d. dec.* 288. *Buratt. ut costat. ex illius lectura*, & clarius ex alia, quæ in eadem causa præcessit, *quæ est ibid. in ordine* 222.

Qui-

8 Quinimmo manutentio debe-
batur Roppæ, & sociis, vel in
quasi possessione libertatis, *l. sicuti*
autem §. *Aristo. ubi glos. in verb. uti*
9 *possidetis ff. si servit. vendic. ex sola*
illius præsumptione, *Buratt. decis.*
10 451. *num.* 3. vel in possessione,
aut quasi exercendi in Apotheca,
& loco, de quo agitur, dum
de hac eorum possessione, vel
quasi de tempore motæ litis constabat
ex confessione partis tam
in primo præcepto Massarii contra
ipsos emanato, & executo de
Apothecam non aperiendo, &
de exercitium ab ea omnino re-
11 movendo, cum remutio præsupponat
introductionem, & existentiam,
quæ sufficit ad manutentionis
effectum, *Buratt. decis.*
12 306. *num.* 1. & in terminis petitionis
mandati, de evacuando,
Rot. recent. par. 7. *decis.* 132. *sub nu.*
2. *& decis.* 214. *nu.* 1. quam coram
Illustriss. D. Vicelegato in petitione,
ut ordinaretur, Apothe-
13 cam claudi, cum privatio præsupponat
habitum, & in possessione,
vel quasi aliquid faciendi dicatur
14 quis esse, quando fuerit prohibitus,
ne illud amplius faciat, *Rot.*
recent. par. 6. *decis.* 291. *num.* 3. &
15 confessione propria nulla sit major
contra se probatio, & facta in
judicio circa possessionem partis
adversæ illam probet, ad adducta
per me *in d. tract. observ.* 19. *num.*
20. *& seqq. Duran. decis.* 52. *num.*
7. *& decis.* 405. *num.* 4.

Cum qua partis confessione
concordant etiam testes ab eadem
examinati, deponentes de
aperitione Apothecæ, & de exercitio
Artis Lardariæ à pluribus
diebus citra.

Nec obstat, quod hujusmodi
possessio, vel quasi Roppæ, & sociorum
dederit causam liti, & 16
ideo non sit attendenda.

Quia respond. non constare,
quod simus in primo actu aperitionis
Apothecæ, & introductionis
exercitii, qui liti causam dederit,
quo casu posset applicari 17
obiectio, sed potius constare,
quod aperitio, & introductio
præcesserit, ut jam demonstratum
est: Verum, quando essemus
etiam in primo actu, cum sit 18
actus possessorius positivus, &
perfectus, ac consumatus, dicebatur
jam ex eo Roppæ, & sociis
jus quæsitum, itaut subsequens
contradictio partis non impediret
mandatum de manutenendo,
Fontanell. decis. 516. *nu.* 10. *et* 11
par. 2. & faciunt relata per me *d.*
tract. observ. 17. *num.* 54. daturq; 19
manutentio ad statum, in quo
quis reperitur tempore motæ litis,
Buratt. decis. 904. *num.* 1. *&*
late habui d. observ. 17. *per tot.*

Nec etiam relevat, quod Nigri
haberent Statuti assistentiam 20
pro se, & Roppa, & socii haberent
contra se ejusdem Statuti resistentiam,
ex quo nova Apotheca
Roppæ, & sociorum non distet
ab Apotheca Nigrorum per
tres perticas.

Respondetur enim Statuti as- 21
sistentiam, & resistentiam respective
fuisse, & esse offuscatam, &
turbidam, dum dubitabatur, an
nova Apotheca esset intra, vel
extra fines Statutarios, & à quibus
extremis esset assumenda
mensura, ad relata per me, *d.*
tract.

tract. obs. 45. *num.* 20. & maxime
stante possessione Roppæ, &
22 sociorum, ex qua videbatur illi
manutenendi, donec disputaba-
tur, an intraret, vel ne Statutum,
Rot. penes Cenc. de censib. decis. 55.
num. 6. & in simili de decreto irri-
tante, *Rot. post d. nostrum tract. dec.*
23 517. *num.* 6. & stante, quod Sta-
tuti exceptio erat turbida, & al-
tioris indaginis, *Rot. recent. par.* 7.
decis. 188. *nu.* 9. Et quod Nigros
24 videbatur eorum manutentio
pendere à petitorio, & principali
negotio, & sic à cognitione, an
esset Statuto locus, seu an Apo-
theca Roppæ, & sociorum esset
intra illius terminos, ad *Buratt. d.*
dec. 288. *sub num.* 1. *& Rot. post d.*
nostrum tract. de manut. decis. 187.
25 *num.* 8. & sic negotium remitten-
dum videbatur ad petitorium,
juxta cumulata per me, *d. tract.*
observ. 43. *& docet Beltram. ad*
Greg. decis. 283. *num.* 8. *Duran. dec.*
118. *num.* 6. *& decis.* 320. *num.* 4.
Rot. recent. par. 7. *dec.* 44. *nu.* 10.

26 Nec quoque subsistit, quod
possessio Roppæ, & sociorum
esset attentata, hoc est acquisita
quoad aperitionem, vel contin-
vata post inhibitionem, seu præ-
ceptum de non aperiendo, aut
de nihil innovando.

Etenim respondetur, de
acquisita possessione à Roppa,
& sociis ante inhibitionem, &
præceptum constare ex jam di-
27 ctis, & nihilominus, quando id
fuisset dubium, illos excusandos
fuisse ab attentatis per possessio-
nis continvationem, *Lancell. de*
atteht. par. 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.*
100. 108. 117. *&* 118. *Put. dec.*
223. *num.* 2. *& seqq. lib.* 1. *juxta*
veter. impress. etiam respectu ape- 28
ritionis Apothecæ, si de illius
anteriori actu non constaret,
quia satis erat, quod constaret 29
de possessione principalis, hoc
est Exercitii in eadem Apothe-
ca, ut inferendum esset ad ipsam
aperitionem tanquam accesso-
riam, & annexam, ac in necessa-
rium antecedens, & consequens,
cum ille, qui est in possessione 30
principalis, sit etiam in possessio-
ne in illi annexis, & accessoriis,
& in iis, quæ veniunt in conse-
quentiam, *Menoch. de adipisc. re-*
med. 4. *num.* 395. *&* 396. *& sentit*
Buratt. d. decis. 288. *nu.* 3. *& Rot.*
divers. par. 1. *decis.* 222. *num.* 5. *&*
seqq. & detur in eis continvatio 31
absque incursu in attentatis;
Lancell. d. limit. 1. *num.* 75. nec, 32
qui continvat etiam post inhibi-
tionem, attentat ad cumulata
per me *d. tract. observ.* 1. *num.* 67.
& 70. *Pen. decis.* 1653. *num.* 3. & 33
ideo immo est manutenendus,
ut habui, *d. observ.* 1. *num.* 51. *&*
52. *& tradit Duran. decis.* 274.
num. 6.

Nec rursus refragatur respe-
ctu possessionis Roppæ, & socio-
rum, quod non appareat de
scientia, & patientia Nigrorum,
quæ videbatur necessaria. 34

Nam respondetur, in habente 35
titulum, ut sunt Roppa, & socii,
qui Apothecam conduxerunt,
seu subconduxerunt, & Illustriss.
DD. Blanchini, qui sunt domi-
ni, & locatores, non requiri ali-
cujus scientiam, & patientiam in
possessione acquirenda, *Beltram.*
ad Greg. decis. 249. *num.* 7. & eo 36

minus ad effectum manutentionis; *Beltram. ibid. nu.* 10. *Giovagn. cons.* 10. *num.* 10. *lib.* 1. *Rot. post. d. nostrum tract. de manuten. decis.* 57. *num.* 16. *&* 18. *&* *decis.* 628. *num.* 13.

Nec iterum obstat dicere,
37 quod Roppa, & socii fuerint possessione privati ex ipso præcepto Massarii de non aperiendo, & de nihil innovando per *Rot. apud d. nostrum tract. decis.* 634. *num.* 6.

38 Quoniam respondetur *d. decis.* 634. loqui de sequestro, & sic non applicari ad casum præsentem, & procedere, ubi constet de mente Judicis, quod voluerit possessorem sua possessione privare, & possessor acquieverit, ad relata per me *d. tract. observ.* 60. *per tot.* alias secus, ut ibidem. Roppa autem, & socii non solum non acquieverunt, sed se enixe confoverunt in possessio-
39 ne, & contradictione, daturq; manutentio etiam lite pendente, ut hoc casu super validitate præcepti ut dixi *d. tract. observ.* 8. *n.* 21.
40 & appellatione pendente, *ut ead. observ.* 8. *num.* 45. *& seqq.*

Justa quoque videtur ultima sententia in alia parte, in qua Judex declarat, licuisse, & licere Apothecam, de qua agitur, aperire, & apertam retinere ad usum, & exercitium Lardaroli, quia illa distat ab Apotheca illorum de Nigris ultra tres perticas, sive attendatur distantia à clavaturis, seu seris utriusq; Apothecæ, quę est pedum triginta quinque, ut patet ex prima visitatione, & Mensuratione Massarii, sive attendatur distantia à gargaminibus, exclusis janvis, quæ est pedum triginta quatuor, ut constat ex secunda visitatione, & mensuratione facta per D. Laurentinum, qui ultimam tulit sententiam à me nunc confirmatam.

Neque obstat, quod prima mensuratio à gargaminibus sit pedum viginti quatuor.

Quia respondetur, vel illam fuisse erroneam, vel standum esse secundæ factæ per D. Laurentinum, quia partes illam approbarunt, ut ibi legitur. 41

Nec etiam obstat, quod distantia, & mensura videatur desumenda à monstris, vel ab extremitatibus, seu confinibus utriusque Apothecæ, quæ est pedum viginti trium, & viginti sex respective, ut in dicta visitatione, & mensuratione D. Laurentini, cum maxime statutum utatur verbis, Juxta aliquam stationem, scrignum, vel rem, in qua, seu super qua fuerit venditum, & operata dicta Ars per tres perticas, & dictio, præpositio, seu terminus, *juxta*, designet confines, *Greg. decis.* 155. *num.* 1. & sic indicet, ut requiratur dicta distantia à tota Apotheca, & tota re, quia ejus appellatione venit tota, *Dec. in l. id quod nostrum. num.* 8. *ff. de reg. jur. Roland. cons.* 62. *num.* 15. *& seqq. lib.* 3. *Cyriac. contr.* 192. *num.* 8. *Gratian. discept.* 839. *num.* 6. *Surd. decis.* 263. *num.* 3. & in toto integrali compræhenditur quælibet illius pars, *l.* 2. *§. si stipulanti, ff. de verb. oblig. l. si alii ff. de usucap. leg. l. in eo, quod plus* 3. *& l. in toto* 114. *ff. de reg. jur. cap. plus.* 35. *& c. in toto.* 80. *eodem tit.*

(margin numbers right column: 42 at "tres perticas" line; 43 at "nit tota" line; 44 at "3. & in toto" line)

tit. in 6. Bald. cons. 153. incip. offi-
ciales, in princip. lib. 4. Federic. de
Sen. cons. 159. in fin. vers. item non
45 *obstat*, & quod disponitur de to-
to, dispositum etiam intelligitur
de qualibet ejus parte, *l. quæ de to-*
to. ff. de rei vendic. Socin. jun. cons.
46 36. *nu.* 10. *vol.* 1. est quæ pars ejus-
dem naturæ, & qualitatis, cujus
est totum, *Greg. decis.* 535. *num.*
47 21. & quod datur pro confine,
seu termino, non compræhendi-
tur intra fines, sed finibus adia-
cet, *Rot. recent. par. 7. decis.* 215.
num. 9.

Quoniam, præterquam quod
48 rei appellatione venit, & pars
sola rei, secundum *Alex. in l. ait*
Prætor. n. 1. ff. de jur. jur. & discor-
dia, seu differentia inter partes
fuit à principio motæ litis coram
Massario restricta, an esset respi-
cienda distantia à gargaminibus,
vel à feris, & clavaturis, ut in
processu legitur.
49 Respondetur, inspiciendum
esse semper, quod est dignius,
atque ideo mensurationem fa-
ciendam esse à capite, & à parte
digniori, quæ est locus introitus
ipsius Apothecæ, non autem in-
spicienda sunt membra, nec ab
illis facienda est mensuratio,
Bartholom. Socin. in l. 1. *num.* 10. *ff.*
50 *si quis caut.* & eo magis, quia agi-
tur de Statuto exorbitante, atque
contrario juri communi, secun-
51 dum quod mercatura est permis-
sa, ut quis honeste lucretur, *Port.*
cons. 30. *num.* 4. *& seqq. & num.*
52 26. *in fin.* & Apothecæ inventæ
sunt ad quæstum faciendum,
Castr. cons. 211. *num.* 1. *vers. talia*
enim meritoria, & vers. item meri-
toria lib. 1. & unicuique licitū est 53
in loco proprio facere quidquid
vult ad suam utilitatem, dum-
modo non ad emulationem,
quamvis alteri præjudicetur,
cum non fiat principaliter animo
nocendi, *Gratian. discept.* 658. *nu.*
22. *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis.*
101. *num.* 1. *Buratt. decis.* 451. *nu.*
1. prout quilibet est rei suæ mo- 54
derator, & arbitrer, *l. in re man-*
data. C. mand. l. 2. ff. si quis à paren.
fuer. manumiss. Dec. cons. 586. *nu.*
70. *Paris. cons.* 24. *num.* 45. *lib.* 1.
Rolan. cons. 22. *num.* 10. *lib.* 2. *Me-*
noch. de arbitr. lib. 2. cas. 156. *num.*
2. *Buratt. decis.* 631. *num.* 4. & ho- 55
minibus liberis iniquum est re-
rum suarum liberam administra-
tionem non esse, *Dec. cons.* 456.
num. 10. *& cons.* 465. *num.* 12. & 56
permittitur unicuique suam ar-
tem exercere, *Rot. recent. par.* 1. 57
decis. 565. *sub num.* 2. *&* 4. & exer-
cere de jure quis omnia potest,
quæ sibi non reperiuntur prohi-
bita, *l. sicuti autem*, §. *Aristo. ff.*
si servit. vendic. l. nec non, §. *quod*
eis, ff. ex quibus caus. major. l. sta-
tuas, C. de relig. & sumpt. funer.
Oldrad. cons. 228. *nu.* 1. *Surd. cons.*
222. *num.* 5. *Rot. recent. par. 4. tom.*
2. *decis.* 194. *nu.* 1. & facultatis esse 58
dicuntur, quæ à jure conceduntur
ad juris proprii conservatio-
nem, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas.*
44. *num.* 10. atque Reipublicæ 59
interest, plures Artifices ejus-
dem Artis in Civitate habere,
Orsell. concl. 147. *num.* 4. *&* 24.
Rot. recent. par. 1. decis. 565. *num.*
2. *in fin. & part. 5. tom. 1. decis.*
265. *num.* 9. *&* 10. & libertatem 60
onerari leges valde abhorrent,

l. 1. §. onerandæ, ff. quæ res acq. non deb. l. si quam, C. de oper. libert. Natt. conf. 300. *nu.* 13. *lib.* 3. Adeo
61 ut facultatem à natura tributam, humanos actus arbitratu suo libere conficiendi, non facile positiva lex impedire valeat, *Port.*
62 *conf.* 17. *sub num.* 3. & Statutum auferens liberam rei suæ administrationem sit contra naturalem rationem *Rot. diverf. par.* 2. *decis.*
63 64. *nam.* 4. & dicatur contra libertatem Statutum, ex quo quis impeditur facere id, quod sibi de jure communi est concessum, *Ruyn. conf.* 143. *num.* 18. *lib.* 4. &
94 qui habet arbitrium restrictum, non dicitur illud habere liberum, *Roland. d. conf.* 22. *num.* 10.
65 Statutum vero juris communis correctorium debet stricte intelligi, quantum sit possibile, & ut minus illud corrigat, seu lædat, etiam verba impropriando, si opus fuerit, *cap. cum dilectus, ubi Abb. de fid. instrum. Grat. conf.* 16. *num.* 43. *lib.* 2. *Bero. conf.* 150. *num.* 26. *lib.* 1. *Paris. conf.* 1. *num.* 10. *lib.* 3. *Natt. conf.* 158. *nu.* 6. *lib.* 1. *Roland. cond. conf.* 21. *num.* 21. *lib.* 1. *conf.* 97. *nu.* 21. *&* 23. *lib.* 2. *& conf.* 80. *nu.* 21. *lib.* 4. *Ruyn. conf.* 169. *nu.* 8. *lib.* 3. *Dec. conf.* 49. *num.* 1. *conf.* 195. *num.* 4. *conf.* 222. *num.* 1. *conf.* 268. *num.* 1. *conf.* 438. *num.* 3. *conf.* 444. *num.* 11. *conf.* 484. *nu.* 5. *conf.* 524. *num.* 8. *conf.* 589. *num.* 3. *conf.* 617. *num.* 5. *conf.* 625. *num.* 4. *conf.* 656. *nu.* 8. *& conf.* 679. *n.* 3. *Gilian. ad Statut. Peruf. in verb. Via, nu.* 15. *Rot. diverf. par.* 4. *decis.* 268. *nu.* 16. *& in recent. par.* 1. *decis.* 674. *num.* 2. *in fin. & par.* 2. *decis.* 21. *num.* 2. *decis.* 376. *num.* 2. *decis.* 461. *num.* 4. *& decis.* 620. *sub num.* 1. & etiam quod utatur terminis 66
universalibus, *Rot. diverf. par.* 1. *decis.* 475. *num.* 6. & est quantum 67
potest, ad ipsum jus commune reducendum, *Dec. conf.* 11. *num.* 17. *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 167. 68
num. 15. *&* 17. Statutique ille intellectus est sumendus, qui magis juris communis regulis est conformis, *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 69. *num.* 5. *& inter diverf. par.* 2. *decis.* 158. *in fin.* & tendit ad 69
æquum, & bonum, *Rot. diverf. par.* 4. *d. decis.* 268. *nu.* 16. *post Bald. in l. ex facto num.* 3. *ff. de vulg. & pupillar.* & ne quis indebite dam- 70
num patiatur, *Dec. conf.* 445. *nu.* 5. faciendaq; est interpretatio con- 71
tra fundantem se in Statuto dubio, *Buratt. decis.* 188. *num.* 6. *& facit Paris. conf.* 88. *num.* 19. *lib.* 1.
Itaut Statutum, quod potest in 72
pluribus inducere correctionem juris communis, interpretetur, ut unum tantum operetur, *Rot. diverf. d. par.* 1. *decis.* 475. *num.* 6. *& Mart. de succefs. leg. par.* 2. *qu.* 4. *art.* 5. *num.* 18. *& art.* 6. *num.* 66. & ut in uno tantum corrigat, *Bu-* 73
ratt. decis. 686. *nu.* 9. quæ est etiam penes *Gilian. ad Statut. Peruf. decis.* 35. *num.* 21. & sufficiat, ut 74
in uno solo casu verificetur, *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 563. *num.* 1. *Gratian. disceptat.* 976. *num.* 7. & cum 75
illius dispositio possit sustineri cum uno tantum gravamine, videlicet in casu nostro, ut servatur distantia trium perticarum, non debet aliud addi, ut ea sumatur à monstris, seu ab extremitatibus Apothecarum, ac à partibus remotioribus, ad *Rot. recent. d. par.* 1. *dec.*

76 1. *decis.* 571. *sub num.* 2. cum id Statutum non dicat, & idcirco, nec nos dicere debeamus, *Rot. recent. par.* 2. *decis.* 660. *sub nu.* 5.

77 Nec pariter obstat, quod Statutum sit favorabile, & interpraetatione adiuvandum, quia mens illius fuerit tollere differentias, & rixas causatas ex propinquitate Apothecarum, *Rot. Bonon. super Statut. decis.* 79. *num.* 21. 22. *&* 23. cui intentioni magis satisfit longiori distantia.

Quippe respondetur *d. dec.* 79. loqui de Statuto Aromatariorum, quod habet in ventre d. rationem expressam, ut ibi legitur,
78 & omne Statutum habens in se motivum rationis aequum est, & rationabile, *Rot. diversf. par.* 4. *dec.* 510. *num.* 1. nos autem sumus in Statuto, in quo non legitur, ex qua ratione Statuentes fuerint
79 moti ad sic statuendum, & omnis recessus à jure communi dicitur odiosus, & restringendus, *Grat.*
80 *discept.* 976. *num.* 8. & libertatem coarctare contra rectum dictamen rationis est contra jus naturale, & contra jus commune, quod à sola voluntate procedit, *Roland. cons.* 22. *num.* 11. *lib.* 2.

Caeterum omnis tollitur difficultas, dum datur casus, in quo alias in contradictorio judicio fuit admissa distantia trium per-
81 ticarum à feris, & clavaturis, quae observantia etiam per unicam vicem tamquam declarativa sufficit, *Riminal. jun. cons.* 328. *num.* 16. *lib.* 3. *Buratt. decis.* 647. *num.* 11. *&* *decis.* 679. *num.* 9. *Pen. decis.* 281. *num.* 3. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 93. *num.* 82. & de ea generaliter attestantur duo Periti, & multi Curiales, & semper obser- 82
vantiae plurimum defertur in declaratione legum, & Statutorum, *l. de quibus, & l. si de interpraet. ff. de legib. l. sed, & Julianus, §. proinde, ff. ad macedon. Rot. recent. par.* 2. *decis.* 680. *num.* 7. *&* *par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 194. *num.* 10. *&* *Burat. dec.* 930. *nu.* 11. eaq; est valde potens, 83
à qua non est recedendum, *Rot. Bonon. super Statut. decis.* 92. *nu.* 24. etiamsi esset contra propriam 84
significationem verborum, *d. dec.* 92. *num.* 1. Videturq; mensura à 85
feris, & clavaturis rationabilis, & aequa, quia sic à mensura, nec totaliter includuntur, nec totaliter excluduntur Apothecae, & earum hostia, & mensurae extrema terminant in earum, earumq; hostiorum medium, in quo frequentius collocatae reperiuntur ipsae ferae, & clavaturae, atque sic videtur consultum utrique parti, alias situs Apothecarum, seu illarum hostiorum numquam in mensura aliqua comprahenderentur, seu ponerentur nec à dextera, nec à sinistras, quod esset absurdum, & distantia se extenderet ultra terminum à Statuto assignatum.

Cui non obstat fides Massarii, et Correctorum d. Artis super stylo mensurandi à gargaminibus Apothecarum.

Quia respondetur, esse attesta- 86
tionem extrajudicialem, et circa illud, in quo habent interesse, ut longius à se retineant alios exercentes, nec non affectionem, cum Faber Fabro invideat, *Pacian. de* 87
probat. lib. 2. *cap.* 21. *num.* 11. et in

causa,

causa, in qua fuerunt Iudices, ac agitur de substinendis eorum
88 præceptis, & de stylo, super quo eorum simplici attestationi non creditur, *Farinac. de testib. qu. 60. num.* 137. & non excluditur, quin admittatur etiam distantia, & mensuratio à feris, & clavaturis. Et ulterius in præsenti casu intrare, & concurrere Statuti distantiam à gargaminibus, vt supra.

Et ita utraque parte informante, &c.

PRÆTENSÆ CADUCITATIS

Merc. 27. Novembris 1652.

ARGUMENTUM.

Productio verbalis an suffragetur, et quando talis, vel realis dicatur: Et an locus sit caducitati ob canonis non solutionem.

SUMMARIA.

1 *Appellatione infra decem non producta, ex Rotali Constitutione executioni sententiæ locus est, Limit. ut num. 19.*

2 *Termini lapsus ad docendum de appellatione non operatur desertionem, sed ut possit procedi ad executionem.*

3 *Appellatione in tempore non interposita, res dicitur judicata, & est locus executioni.*

4 *Productio quando dicatur realis, vel verbalis, & num. 6. & seqq.*

5 *Productio, lapso etiam termino, re integra, fieri potest ad executionem impediendam.*

8 *Productio sola quando dicatur de actis, & non instrumentum & nu. 9.*

10 *Notario in actibus judicialibus creditur sine testibus.*

11 *Verba, Verbo tamen, indicant productionem verbalem, & sunt restrictiva, & exceptiva, & restringunt omnia præcedentia, et num. 12. et 14.*

13 *Relatio facta intelligitur ad omnia præcedentia, ubi ratio differentiæ assignari non potest.*

15 *Jure diverso censeri non debent, quæ sub unica verborum structura continentur.*

16 *Constitutio, seu Statutum dans terminum ad producendum quomodo intelligatur, & nu. 17.*

18 *Lex imponitur rebus, non verbis.*

20 *Caducitati ex Statuto Bononiæ, et particulari Bulla non est locus ob canonum non solutionem, sed canonis duplicationi, etiam in Ecclesiasticis, et contractibus juratis.*

21 *Illegitimus admittitur ad feudum, vel emphyteusim etiam Ecclesiasticam Ecclesia volente.*



DE-

DECISIO LXV.



IN præsenti causa appellationis in hac Rota introducta, & commissa ad referendum Eminentissimo D. Card. Legato prætendebant RR. Fratres Sanctæ Mariæ de Misericordia appellati, locum fuisse executioni sententiæ ab eisdem obtentæ super devolutione Emphyteusis ob Canones non solutos, ex quo
1 infra decem juxta Constitutionem Rotalem 395. & 396. non
2 fuisset pro parte D. Hieronymi Grifoni Zanetti Blanchetti appellantis appellatio producta; cum lapsus termini ad docendum de appellatione, quamvis non inducat desertionem, opera-
3 tur tamen, ut Judex possit procedere ad executionem, *Rot. divers. par. 2. dec. 300. num. 4.* non secus ac executioni locus est ob rem judicatam, ubi in tempore appellatum non fuit, *Rot. rec. par. 5. tom. 1. dec. 176. num. 1. et seqq.*

Ex adverso vero docebatur de comparitione cum verbis, Produxit appellationem, sententiam, verbo tamen, extractionem, scripturas, & jura &c. ex quibus procurator Grifoni dice-
4 bat, vel apparere de reali productione, ex quo d. clausula, *Verbo tamen*, esset tantum ad proxima, et sic ad sententiam refe-
5 renda, vel, lapso etiam termino, potuisse, re integra, productionem fieri, prout factam esse asserebat, ad executionem impediendam, *Duran. dec. 12. num. 7. & 9.*

Sed RR. Fratres de Misericordia replicabant, productionem appellationis realem factam nunquam fuisse, Tum quia 6
appellationis folium in actis non reperitur, nec legitur registratum, Tum quia, cum non doceatur de productione reali per 7
verba tenoris, vel, facto produxit, vel Animo rehabendi, vel, Instrumentum incipit sic &c. productio remanet verbals, ad tradita per me in *tract. mand. de manuten. observ. 69. num. 22. & observ. 97. num. 15. & 16. & ibi Rot. dec. 144. num. 8. & dec. 542. num. 2. & in rec. par. 4. tom. 2. dec. 67. num. 3. & seq. & dec. 139. nu. 1. & seqq. & par. 6. dec. 147. num. 2. Greg. dec. 59. num. 2. & ibi Beltran. num. 11. & seqq. Duran. dec. 33. num. 8. & seq. et dec. 375. num. 23. Pen. dec. 968.* quinimmo, si quis produceret instrumentum, 8
quod incipit sic, & finis sic, instrumentum non diceretur de actis, sed sola productio, *Rot. rec. d. par. 4. tom. 2. dec. 139. num. 10. et 11.* nisi productio explicite 9
fieret non de solis extremis, sed à termino à quo usque ad terminum ad quem, ut *d. num. 11. et 12.* Et Notarium, cui in actibus 10
judicialibus creditur sine testibus ad cumulata per me in *d. tract. mand. de manuten. observ. 102. nu.* 11
22. attestari tantummodo de produtione verbali per illa verba, *Verbo tamen*, quæ sunt re- 12
stri-

ſtrictiva, & exceptiva, *Venturin.*
conſ. 37. *num.* 67. & reſtringunt
omnia præcedentia, *Coccin. dec.*
13 406. *num.* 3. prout ad ea omnia
debet fieri relatio, quando, ut
hic, nulla poteſt aſſignari ratio
differentiæ, *l. talis ſcriptura §. fin.*
ff. de leg. 1. *c. ſecundo requiris. ubi*
Dec. nu. 10. *& ſeq. de appell. Rot.*
diverſ. par. 1. *dec.* 227. *num.* 5. *&*
dec. 713. *num.* 4. *& inter rec. par.* 1.
dec. 225. *num.* 2. *& dec.* 130. *nu.* 7.
& par. 4. *tom.* 2. *dec.* 100. *num.* 18.
& Greg. dec. 384. *num.* 4. & in ter-
14 minis dictionis, *Tamen*, ac in
materia continuativa, & in qua
non fuit oratio terminata, &
perfecta, ut hoc caſu, tradit *Rot.*
rec. d. par. 1. *dec.* 709. *num.* 2. 6. 7.
16 *et* 8. cum diverſo jure cenſeri non
debeant ea, quæ ſub unica ſtru-
ctura verborum continentur,
Rot. rec. par. 4. *tom.* 2. *dec.* 11. *nu.* 1.
Et, quando etiam appellatio ef-
fectualiter producta eſſet elapſo
termino, non ſuffrageretur, quo-
niam, ubi Conſtitutio, ſeu Sta-
tutum dat terminum ad produ-
cendum inſtrumenta, non ſuf-
ficit, quod intra terminum fiat
productio verbalis, & poſt ter-
16 minum realis, cum Conſtitutio,
tamquam ſtricta, intelligenda ſit
de productione cum effectu, &
illa prima productio verbalis
non dicatur productio, ſed ſo-
lum allegatio, de qua Conſtitu-
tio non loquitur, *Pacian. de pro-
bat. lib.* 1. *cap.* 63. *num.* 134. *Grat.*
17 *diſcept.* 156. *num.* 16. quaſi mens
Conſtitutionis ſit, non diſputare
verbaliter, ſed terminare reali-
18 ter, cum lex imponatur rebus,
non verbis, *Gratian. ibidm.*
num. 17.

Cæterum, conſideratis pro
cauſæ expeditione illius meritis 19
circa juſtitiam, ut fuit alias in
hac Rota factum in caſu effe-
ctualis productionis poſt termi-
num, ut per *Rot. Bonon. diverſ. ſu-
per Statut. dec.* 147. *num.* 4. una-
nimi voto cenſuimus, ſenten-
tiam D. Judicis a quo, dantem
Eccleſiæ immiſſionem ob præ-
tenſam caducitatem ex omiſſa
canonum ſolutione non poſſe
ſubſtineri, nec exequi, ſtante 20
Statuto Bononiæ, & particulari
Bulla Pauli III. diſponentibus
locum non eſſe caducitati pro-
pter canonum non ſolutionem,
ſed condemnationi ad dupli in
futurum ſolutionem etiam in
Eccleſiaſticis, & contractibus
juratis *Rot. Bonon. diverſ. ſuper
Statut. dec.* 59. *num.* 10. *et* 17. *poſt
Gozad. conſ.* 51. *num.* 12. *Bolognin.
conſ.* 31. *in princ. verſ. nec habet of-
ficere*, *Anan. conſ.* 84. *col.* 3. ubi de
communi obſervantia in hac Ci-
vitate, *Socin. ſen. conſ.* 99. *per tot.
lib.* 1. qui etiam de obſervantia,
Curt. in tract. de conſuetud. n. 508.
Macbel. patrocin. 1. *in fin.* Unde
nos d. ſententiam reformantes,
prævia illius revocatione, man-
davimus per D. Griſonem ſolvi
canones decurſos, & in futurum
ſolvi duplicatum canonem, non
obſtante, quod opponeretur de
illius illegitimitate, quia ad
hujuſmodi emphyteuſim jam 21
ab Eccleſia reperiebatur admiſ-
ſus, &, Eccleſia volente,
poteſt etiam illegitimus feu-
dum, vel emphyteuſim Ec-
cleſiaſticam acquirere, *Rot.*
recent.

recent. par. 5. tom. 1. dec. 176. num. 1. et seqq.

Et ita utraque &c.

CONFORMIUM.

Veneris 29. Novembris 1652.

ARGUMENTUM.

Hæres creditor an, & quando impediat immissionem alterius creditoris.

SUMMARIA.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, si secunda confirmet primam, & est Statuto, & executioni locus.*

2 *Præscriptio, quæ in facto non verificatur, non attenditur.*

3 *Præscriptio cessat interrupta per citationem, & litem motam.*

4 *Prescriptio non suffragatur hæredi, stante mala fide defuncti debitoris.*

5 *Immissio dari non potest posteriori creditori contra anteriorem.*

6 *Anterioritatis crediti exceptio incontinenti probata excludit salvianum.*

7 *Statutum de duabus conformibus intelligitur de justis.*

8 *Rescriptum super executione conformium intelligitur de justis.*

9 *Inventarium contra conficientem plene probat.*

10 *Hæres etiam beneficiatus creditor non impedit immissionem posterioris creditoris, nisi incontinenti doceat, hæreditatem absortam esse ab anterioribus & num. 14.*

11 *Hæres quando teneatur rationem reddere de fructibus.*

12 *Hæres etiam beneficiatus tenetur ratum habere factum defuncti usque ad vires hæreditarias.*

13 *Hæreditas præsumitur solvendo, & contrarium asserens probare debet & num. 20.*

15 *Hæres creditor inventario non juvatur, donec de bonis sufficientem rationem non reddat, & hæreditatem ostendat exhaustam, seu non solvendo, Ampl. ut num. 16. & 17.*

18 *Hæres in integrum restitutus rationem reddere debet de acceptis etiam à tutore.*

19 *Rationem bonorum hæreditariorum quomodo reddat hæres.*

21 *Inventarium non probat es alienum in eo descriptum in præjudicium aliorum creditorum.*

22 *Hæres hæreditarium debitum solvens solvere dicitur debitum proprium, & se ab illo liberare, non succedere in creditoris locum. Ampl. ut num. 23.*

24 *Sententiæ conformes sunt exequendæ, non docto de injustitia.*

25 *Injustitia ad impediendam executionem conformium requiritur notoria, & evidens ex eisdem actis. Ampl. ut num. 26. 27. & 28.*

29 *Injustitiæ notorietas in executivis discutitur ex eisdem, non ex novis.*

DECISIO LXVI.



Post binas in salviano latas sententias ad favorem R. D. Joannis Baptistæ de Fracassatis Elisabettæ Carnevaliæ matris hæredis contra Recordatum filium, & hæredem alterius Recordati pariter de Fracassatis pro immissione ad quoddam Domus appartamentum in Castro Butrii ad effectum sibi satisfaciendi de libr. 431. eidem debitis in vim apocæ obligatione camerali vallatæ, fuit ex parte Recordati in tertia instantia appellationis causa coram me introducta per solitam viam extractionis, & deinde supervenit commissio Eminentiss. D. Cardinalis Sabelli tunc Legati mihi directa cnm Voto Excellentiss. D. Picotti, ut, constito, quod esset locus Statuto de duabus conformibus, vel alias executioni, exequeretur, sin minus causam appellationis cognoscerem ad referendum Suæ Eminentiæ.

Retuli itaque, sententias exequendas esse juxta votum etiam diu desideratum, & expectatum D. Picotti, prout Eminentiss. D. Card. Lomellinus Legatus exequi mandavit, & motus fui.

Quia secunda sententia con-
1 firmat primam, quo casu dicuntur duæ sententiæ conformes, estque locus Statuto de duabus conformibus, atque executioni, *Rot. diverf. par. 1. decis. 305. num. 3. & in recent. par. pariter 1. decis. 647. num. 1.*

Neque obstat Primo prætensa præscriptio.

Nam respondetur illam non
verificari in facto, & sic non ob- 2
stare, *Rot. recent. par. 4. tom. 3. dec. 519. num. 1. & decis. 512. num. 7. & decis. 513. nu. 15. & decis. 671. num. 5. & par. 5. tom. 1. decis. 252. num. 13. & par. 7. decis. 71. nu. 17.* & cessare in jure, quia fuit per ci- 3
tationem, & litem motam interrupta, ut in proc. primæ instantiæ fol. 7. verso, ad *Rot. recent. par. 1. decis. 208. num. 4. & par. 2. dec. 9. nu. 3. & par. 4. tom. 2. decis. 372. num. 11.* cum similibus, & ulterius obstare Reo illam allegantì 4
malam fidem debitoris, cujus ipse est hæres, *Pen. decis. 721. num. 9.*

Nec relevii videtur esse secundo prætensa injustitia, ex quo concedatur immissio Actori posteriori creditori contra recordatum reum conventum prætensum anteriorem creditorem hypothecarium, quod jure fieri non 5
potest, *Pen. dec. 1242. nu. 5.* cum exceptio anterioritatis inconti- 6
nenti probata salviano agentem excludat, *Scapuccin. de salv. lib. 2. q. 6. ubi Add. juxta impress. Perus. Pacific. eod. tract. insp. 5. num. 7. Mantic. dec. 69. num. 1. Coccin. dec. 67. num. 11. et 12. Buratt. dec. 286. num. 15. dec. 844. num. 1. dec. 858. num. 1.* & Statutum intelligatur 7
de sententiis justis, *Rot. post nostrum tract. de subbast. dec. 102. nu. 1.* prout, & rescriptum, constito 8
de duabus conformibus, *Add. ad Buratt. dec. 567. num. 7. & Rot. penes Marches. de commiss. par. 1. fol. 144. num. 1. & seqq.*

Quan-

Quandoquidem, aliis omissis, & admisso, sed non concesso, d. Recordati legitimo, & liquido credito in aliqua summa; Respondetur ipsum Recordatum conventnm etiam uti hæredem alterius Recordati senioris illius patris cōmunis debitoris, & talem se, respondendo præparatoriis fatentem, se heredem cum benefi-
7 cio legis, & inventarii, non posse immissionem impedire posteriori creditori in solo Domus appartamento, de quo agitur, dum non docuit, hæreditatem (consistentem etiam in mobilibus notabilis quantitatis, & valoris, ac in Prædio corbium 14. ut ex ejusdem
9 prætensó inventario, quod contra conficientem plene probat, *Greg. dec.* 575. *num.* 3. & ibi *Beltram. littera B. Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 42. *num.* 2. *& par.* 7. *dec.* 127. *num.* 6. *dec.* 261. *num.* 6. *dec.* 276. *num.* 3. *Duran. dec.* 155. *num.* 2. *&* 3. *&*
10 *dec.* 338. *num.* 9.) absortam esse à creditoribus, & à creditis ipsius, *Tomas de invent. tit.* 13. *de effect. invent. cap.* 15. *num.* 190. *& cap.* 16 *sub num.* 206. *Rot. post Pacific. de salv. dec.* 95. *num.* 6. *juxta primam, seu parvam impress.* nec rationem reddidit etiam de fructibus,
11 prout tenebatur, à die, quo creditores fuerunt detecti, & fortius à die, quo contra ipsum cæperunt agere, quod fuit de anno 1640. ad tradita per *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 209. *num.* 9. *et dec.* 304. *num.* 1. 10. *et* 13. *et Merlin. dec.* 796. *nu.*
12 6. 7 *&* 8. Cum hæres etiam cum inventario teneatur ratum habere factum defuncti usque ad vires hæreditarias, *Greg. dec.* 67. *nu.* 2. *& dec.* 418. *sub num.* 6. *et* 7. *et Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 88. quæ præsumuntur solvendo, illique excipienti, bona non esse 13
solvendo incumbat onus probandi, *Put. dec.* 264. *lib.* 3. *Seraphin. dec.* 1394. *num.* 4. *Rot. post Merlin. de pignor. dec.* 36. *num.* 6. *&* 7. *& dec.* 93. *num.* 17. *&* 18. & hoc in 14
continenti à Recordato non probato, exceptio retentionis Appartamenti pro proprio credito dicatur requirere altiorem indaginem, & non sit admittenda ad exclusionem immissionis posterioris creditoris, dum illi satisfactum est, seu satisfieri potest probabiliter in dd. aliis bonis hæreditariis, *Rot. divers. par.* 4. *dec.* 186. *num.* 8. *&* 9. & habui *in tract. mand. de manuten. observ.* 56. *num.* 9. *& seqq. & observ.* 64. *nu.* 8.
Nec hæres, & insimul creditor 15
inventario juvatur, donec non reddat sufficienter rationem de bonis inventariatis, *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 2. *num.* 5. & ostendat 16
hæreditatem esse exhaustam, *Thomas ubi sup. cap.* 21. *num.* 348. seu non solvendo, *Rot. recent. d. par.* 6. *dec.* 39. *num.* 8. & eo minus 17
si constet, ut hoc casu, hæreditatem esse in effectu solvendo, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 88. *nu.* 13. *Buratt. dec.* 420. *nu.* 2. Quinimmo
ad effectum gaudendi inventarii 18
beneficio, mediante in integrum restitutione, quam Recordatus obtinuisse profitetur, rationem reddere debebat de omni eo, quod ex hæreditate acceperat, mediante etiam ejus matre, ac tutrice, & sic etiam de fructibus à die mortis patris debitoris, &

immixtionis in hæreditate, quod evenit de anno 1629. *Gratian. discept.* 767. *num.* 47. 50. & 67. & *discept.* 720. *num.* 17.

Requirebatur vero pro sufficienti redditione rationis, & ad ostendendum, hæreditatem non esse solvendo, ut, servatis servan-
19 dis, à Recordato probatus esset valor bonorum, & effectuum hæreditariorum, atque debita hæreditaria anteriora, quę statum patrimonii, hæreditatisque debitoris superarent, seu saltem æquarent, *Put. d. dec.* 264. *num.* 3. *lib.* 3. & *Rot. recent. d. par.* 6. *dec.* 2. *sub num.* 5. *et* 6. quod in præsenti casu
20 factum non fuit. Ubi autem non apparet de quantitate, seu valore bonorum hæreditariorum, hæreditas præsumitur esse solvendo, *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 46. *nu.*
21 44. *et* 45. Nec ex inventario probata dici potest veritas æris alieni in eo descripti in præjudicium aliorum creditorum, *Gratian. discept.* 766. *num.* 30. *Rot. diversf. par.* 1. *dec.* 800. *num.* 24. *et in recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec,* 591. *num.* 8. Quibus stantibus, nec etiam Recordatus ex prætensa solutione facta anteriori creditori potest prætendere
22 in illius locum successisse, quia, cum sit debitoris hæres, dicitur solvisse debitum proprium, & se ab illo liberasse, *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 294. *num.* 15. & *par.* 3. *dec.* 63. *num.* 2. & post *Cenc. de censib. dec.*
23 180. *num.* 6. adeout neque ei suffragetur cessio, nisi ad effectum quietationis, & liberationis, *l. nulla C. de solut. Ruyn. cons.* 119. *nu.* 19. *lib.* 2. & *cons.* 17. *num.* 8. *lib.* 4. *Rot. post nostrum tract. de subhast. dec.* 89. *in fin.* & in terminis hæredis, *Ruyn. cons.* 88. *num.* 6. *lib.* 5. *Rot. diversf. par.* 2. *dec.* 123. *num.* 8. & *in recent. par.* 2. *dec.* 426. *nu.* 3. *et par.* 7. *dec.* 244. *num.* 2. 3. *et* 4.

Quamobrem, cum non appa- 24
reat opposita injustitia, videntur sententiæ exequendæ *Greg. dec.* 88. *in princ.* Quæ etiam injustitia, si quæ considerari posset, quod omnino negatur in proposito, 25
executionem impediret, si esset notoria, & evidens, resultans ex eiisdem sententiarum actis, *Contard. de moment. poss. limit.* 9. *nu.* 8. *et seqq. Gilian. ad Statut. Perus. in verb. Appellatio num.* 5. *Buratt. dec.* 251. *num.* 9. *dec.* 597. *num.* 2. *et dec.* 630. *num.* 2. & quæ nullam reci- 26
peret disputationem, vel offuscationem, *Contard. loc. cit. num.* 34. seu nullo colore, aut ratione ve- 27
lari posset, *Buratt. d. dec.* 597. *num.* 3. & *Rot. recent. par.* 2. *dec.* 646. *nu.* 2 & faciunt tradita per me *d. tract. de mand. de manuten. observ.* 12. *n.* 9. in quo casu absolute nos non sumus. Non autem attendenda 28
essent ea, quæ post sententias producta essent, ad illas de injustitia arguendum, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 217. *num.* 3. cum in 29
executivis injustitiæ notorietas discutienda sit ex eisdem actis, non ex noviter, seu post sententias deductis, & productis, *Rot. post. d. nostrum tract. de manuten. decis.* 643. *num.* 28. & *seqq.* licet, quæ fuerunt in casu nostro producta, ipsam injustitiam non concludant, nec ex illis dici possit reddita debita ratio.

Et ita utraque &c.

ASSOCIATIONIS

Martis 17. Decembris 1652.

ARGUMENTUM.

Mandatum de associando non admittit appellationem suspensivam, illudque defenditur ab objectis.

SUMMARIA.

1 *Appellatio non datur à mandato de associando, Ampl. ut nu. 2. et 3.*
4 *Sententia nulla est lata sub citatione executa eadem die. Limit. et decl. ut nu. 5.*
6 *Præsumendum est pro actus validitate.*
7 *Præsumptio pro actus validitate omnes alias superat præsumptiones.*
8 *Interpellationem potest quis prævenire.*
9 *Venditor tenetur tradere rem liberam, sive promiserit, sive non.*
10 *Evictionis periculum ex causa contractum præcedente spectat ad venditorem*
11 *Venditor ad defensionem tenetur ex sola molestiarum scientia absque intimatione.*
12 *Executionem non potuisse fieri in mobilibus, probatur ex relatione Executoris, Ampl. ut nu. 13.*
14 *Constituti ex clausula agi potest contra singularem successorem, non excusso principali.*
15 *Venditione facta à duobus, non potest contra unum tantum ad totum agi, Lim. ut nu. 16. 17. et 18.*
16 *Promittens de rato pro alio, non docto de ratificatione, tenetur de proprio. Ampliat. ut. num. 17.*
19 *Evictione non secuta, non potest de ea agi, nec ad pretium.*
20 *Decl. ut agi possit pro traditione rei liberæ, et ad pretium loco interesse, et nu. 21. et 22. Extende ut num. 23.*
24 *Emptor non dicitur habere, seu habiturus rem, et pretium, dum contra venditorem obtinuit ad effectum deponendi.*
25 *Hypothecæ vigore non sustinetur immissio ad effectum subhastandi, vel insolutum accipiendi, Decl. ut n. n. seqq.*
26 *Bononiæ quomodo agatur, et obtineatur in vim Constituti, et Precarii, et num. 27.*
28 *Durani dec. 109. declaratur.*
29 *Appellatio de jure Civili Bononiæ servando, pronunciatum extinguit, & de jure Canonico suspendit.*
30 *Appellatio efficit, ut de pronunciatio nulla ratio sit babenda, et causa reducit ad statum ante litis constetationem, et n. 31.*
32 *Promittens liberare à molestiis tenetur, etiamsi illæ sint de facto.*
33 *Hypothecam babens specialem, et generalem experiri debet primo contra rem specialiter obligatam, Lim. ut num. 34.*

DE-

DECISIO LXVII.



Cum de anno 1626. 16. Octobris Alexander de Cartariis, & Camilla ejus mater, uti procuratrix Joannis Ludovici alterius filii, pro quo uterque eorum de rato promisit, vendiderint q. Francisco de Fabris petiam terræ in Communi S. Mariæ in Donis, pretio lib. 2200. (illo recepto partim in pecunia numerata, & partim in Domo Bononiæ in Via Frasinaghi, sibi in solutum data) cum clausula, ad habendum, pactis constituti, de possidendo &c. promissioneque ad legitimam, & generalem defensionem, vacuæ possessionis tradendæ, & perpetuò manutenendæ, suscipiendæque litis, & de evictione, ut in instrumento, de quo in actis.

Cumque etiam eamdem terræ pætiam D. Angelus unus ex filiis d. Francisci, cui illa in Divisione cum Nicolao fratre bonorum hæreditariorum partis obvenit, vendiderit Victoriæ de Vulpariis, cum clausula pariter, ad habendum, & promissione ad legitimam, & generalem defensionem, ut in alio instrumento, & etiam in actis, & ipsa Victoria molestias desuper passa fuerit à Francisca Maria de Spagnolis, ex antiquis causis ante primam emptionem factam per d. Franciscum Fabrum, easque intimaverit, & denunciaverit ipsi Angelo ejus auctori, & Angelus d. Alexandro de Cartariis primo venditori, à quo ipse causam habet, illum requirendo ad ipsas molestias in se assumendum, eumdemque Angelum, & Victoriam respectivè à præfatis litibus, & molestiis omnimode liberandum, cum protestatione de omnibus damnis, expensis, & interesse.

Sententia in prosecutione judicii emanavit, qua D. Auditor Generalis relaxavit ad favorem D. Angeli executionem contra Cartarium in vim d. instrumenti venditionis pro damnis, & interesse passis, & patiēdis ob non susceptas in se dd. lites, & molestias, ac non sublata impedimenta juxta suæ obligationis formam, damnaque, & interesse pro tunc liquidavit in d. pretio lib. 2200 salva majori, & ulteriori liquidatione, in ejusdem sententiæ executionem facienda, victumque victori in expensis condemnavit, fuitque illius vigore traditum præceptum, seu mandatum executivum, quod exequi in bonis non potuit ob debitoris inopiam, ut Nuncius retulit.

Atque ideo D. Angelus aliud judicium, prævia reproductione d. primi processus, dictorumque instrumentorum, & jurium instituit contra Joannem Baptistam Ghiselinum singularem successorem d. Alexandri, & ab eo causam habentem ex remedio Precarii, seu quocunq; alio sibi magis favorabili de jure competente super Domo Bononiæ in

Via

Via, Borgo della Paglia, jam de tempore obligationis, & post per d. Alexandrum, & nunc per ipsum Ghisellinum possessa, in quo servatis servandis mandatum de associando obtinuit, ad effectum sibi satisfaciendi de d. ejus credito, vel mediante subhastatione, & venditione ejusdem Domus, & d. pretii solutione, vel in solutum adjudicatione, aut fructuum perceptione, ad effectum tamen deponendi, ut in sententia, de qua in actis.

A qua introducta coram me appellatione per extractionem, & deinde ab Eminen. D. Card. Legato mihi soli, et tamquam Auditori suo commissa, cum clausula, si quid exequendum, exequatur, sin minus causam appellationis cognoscat cum Voto Rotæ in decidendo, executionem concessi ad effectum quoad summam libr. 2200. pretii rei emptæ loco damnorum, & interesse penes Ædem Sacram deponendi, & quoad expensas ipsi Actori solvendi.

Visum enim mihi fuit locum
1 esse executioni, quja à mandato de associando non datur appellatio, *Ruginell. de appell. §. 2. cap. 3. in verb. possessorium num. 702.*
2 nec retardatur executio, etiam quod versemur in tertio singulari successore, & possessore, maximè in relaxato in vim clausulæ, Constituti, & Precarii ex formulario Bononiæ, liquidatoque negocio, & processu formato, *Barz. decis. 45. nu. 6. Cavaler. decis. 273. num. 1.*
3 Quod cum minori difficultate procedit, dum non solum non constat de ipsius mandati de associando nullitate, vel injustitia, sed immo de illius validitate, & justitia, animadvertendo, quod ex oppositis ex adverso.

Non obstat primò, quod respectu expensarum primi processus opponatur, eas non deberi, quja sententia fuerit nulla ex defectu citationum, ex quo Nuncius illas executus fuerit eadem die, qua sententia lata fuit, contra formam, juris, & Constitutionis Justinianæ. 4

Quia, ultra quod executio personalis citationis eadem die facta teneret, *Seraph. decis. 1115. et Rot. recent. par. 7. decis. 233. nu. 10.* & Alexander debitor d. sententiæ acquievit non appellando, nec dicendo de nullitate, Respondetur, Nuncium non explicasse in sua relatione diem, seu tempus præsentationis, sed solam diem, pro quo citatio cadebat, unde in dubio præsumi debet pro actus validitate, *l. quoties ff. de verb. oblig. Vant. de nullit. in rubr. quid sit nullit. num. 26.* & in terminis citationis *Gregor. decis. 426. num. 7. Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 199. num. 14. Put. dec. 168. lib. 2. juxta veter. impress.* & ista præsumptio superat omnes alias præsumptiones *Vant. ubi supr.* 5 6 7

Non obstat secundò, quod Fabrius non docuerit de morte Francisci Patris.

Quoniam contrarium constat in actis.

Non obstat tertiò, quod non fuerint ex parte Vulpariæ executæ protestationes contra Fabriū.

Nam

Nam de ipsarum executione satis pariter in processu doctum fuit, & quatenus illæ intimatæ non fuissent, adhuc
8 Fabrius potuisset intimationem prævenire pro sua majori cautela, & securitate, cum non sit du-
9 bium, quod venditor tenetur tradere rem liberã, sive promiserit, sive nõ, *l. ex iis, ubi gloss. C. de evict. cũ*
10 *sim.* & quod ad ipsum spectat evictionis periculũ ex causa contractum præcedente, *Rot. recent. par.*
11 *6. decis.* 143. *nu.* 13. & ad defensionem tenetur ex sola scientia absq; alia intimatione, *Cavaler. decis.* 311. *num.* 7.

Non obstat quartò, quod non appareat, præceptum non potuisse exequi in bonis mobilibus Cartarii.

12 Quia creditur in hoc Executori sic referenti, ut habui in *tract. de subhast. insp.* 14. *num.* 37. & 38. *& insp.* 18. *num.* 231. ubi *Rot. decis.* 90. *num.* 4. & inter *re-*
13 *cent. par.* 2. *dec.* 552. *num.* 3. & maximè de contrario exadverso non docto, ut in *d. insp.* 14. *num.* 33. Et
14 ulterius additur, quod ex clausula constituti agi potest contra singularem successorem, non excusso principali, *Menoch. de adipisc. remed.* 5. *num.* 145.

Non obstat quintò, quod venditio fuerit facta etiam nomine Joannis Ludovici fratris Alexan-
15 dri, & per consequens male actum fuerit, & obtentum pro toto, & in solidum contra Alexandrum tantum.

Quandoquidem respondetur, Alexandrum promisisse pro Joanne Ludovico de rato, & de ratificatione non constare, ac prop- 16
terea teneri de proprio, etiam respectu illius portionis, *Port. cons.* 67. *per tot. Rot. divers. par.* 1. *dec.* 641. *num.* 5. *& in recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 644. *num.* 6. & etiam, 17
quod intervenerit eorum mater uti procuratrix, & cum mandato Joannis Ludovici, dum emptor sic sibi ulterius prospexit, *Grat. discept.* 725. *num.* 11. & omnis tollitur amaritudo, cum ex actis 18
liqueat, Joannem Ludovicum esse mortuum, & Alexandrum esse ipsius hæredem.

Non obstat sextò, non potuisse 19
agi de evictione, nec ad pretium, evictione non secuta.

Etenim respondetur, potuisse 20
agi, prout actum fuit pro traditione rei liberæ, tam ex jure communi, *Greg. decis.* 88. *num.* 9. *Rot. penes Cenc. de censib. decis.* 559. *nu* 12. & promissione generalis de- 21
fensionis, *Rot. penes eundem Cenc. decis.* 108. *nu.* 1. quam ex formula 22
Constituti Bononiensis, sub *vers. sed ipsam rem*, & ad pretium loco interesse, *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 90. *num.* 4. *& seq. Gratian. discept.* 301. *num.* 1. *& seq. Greg. d. decis.* 88. *num.* 3. & ibi *Add. nu.* 10. *Rot. apud Cenc. de censib. decis.* 310 *in princ.* & signanter ad effectum 23
deponendi, donec res libera tradita fuerit, ad relata per me in *d. tract. de subhast. insp.* 23. *num.* 225. cum sic emptor non dicatur inte- 24
rim rem, & pretium habere, seu habiturus.

Non obstat septimò, quod non 25
potuerit in vim hypothecæ libellus concipi, & dari immissio ad effectum subhastandi, seu in

solu-

solutum accipiendi, *Duran. decis. 109. num. 1. & per tot.*

26 Respondetur enim, formam agendi, & pronunciandi Bononiæ in vim Constituti, & Precarii, esse de immittendo ad effectum subhastandi, vel in solutum accipiendi, vel fructus consequendi, quæ in proposito servata fuit, *Barz. dec. 70. num. 2. Rot. post d. nostrum tract. de subbast. decis. 63. in princ. & num. 5. & decis. 102. in*
27 *princ.* & ex hujusmodi immissione potest postea deveniri ad subhastationem, *Rot. recent. par. 4.*
28 *tom. 2. decis. 188. num. 6. & 7.* decisio autem *Duran. 109.* procedit, & loquitur, quando actum fuit judicio Salviani, non quando judicio associationis, & in vim Constituti, & Precarii.

Non obstat octavò, quod Fabrius super molestationibus illatis Vulpariæ reportaverit sententiam favorabilem.

Quia adhuc lis stat sub Judice,
29 stante partis appellatione, quæ de jure civili, quod ex Statuto servatur Bononiæ, pronunciatum extinguit, *l. 1. in fin. ff. ad turpill.* & de jure canonico suspendit, *c. pastoralis §. fin. de offic.*
30 *de leg.* & operatur, ut de pronunciato nulla ratio sit habenda, *Rot. divers. par. 4. decis. 187. num. 6.*
31 causamque reducit ad eum statum, in quo erat tempore litis contestationis, ut de communi tradit *Marant. de ord. judic. par. 4. distinc. 6. nu. 25.* & sic non cessant
32 molestiæ, à quibus promittens liberare cogitur, etiamsi essent de facto, *Rot. recent. par. 3. dec. 231. num. 2. in fin.*

Non obstat nonò, & ultimo, quod Fabrius debuisset prius 33
agere contra Domum in Via Frasinaghi, per ejus patrem in partem pretii in solutum datam, cum reservatione specialis hypothecæ, *ad l. 2. C. de pignor. & Aldobrand. cons. 51. num. 10.*

Namque respondetur, dictam reservationem habere clausulam, & protestationem, ita quod specialitas generalitati non deroget, ex qua competit electio, *Paris.* 34
cons. 103. nu. 3. & 4. lib. 3. Roland. cons. 36. num. 8. & 9. lib. 4. Put. decis. 38. lib. 1. juxta veter. impress.

Et ita utraque, &c.

FIDEICOMMISSI DE PANCALDIS

Veneris 20. Decembris 1652.

ARGUMENTUM.


Familiæ appellatione quando veniat contentiva, & quando effectiva. Descendentia quomodo probetur. Et de probatione identitatis, & non identitatis bonorum.

SUMMARIA.

1 *Auditor Rotæ Bononien. causæ Ponens an, et quando votum habeat.*

2 *Dictio, Insuper, adiecta prohibitioni alienationis quid denotet, et an operetur fideicommissum, et num. 3. 4. 6.*

5 *Dictio, Item, adiecta prohibitioni alienationis quid denotet, & an*



DECISIO LXVIII.



Ertus de Pancaldis ad hac vita migravit, condito testamento sub die 12. Augusti 1541. in quo in omnibus, &c. suos hæredes universales instituit Joannem Baptistam, & Jacobum ipsius filios legitimos, & naturales æquis satis, partibus, portionibus, & æqualiter; Et si contingat, alterum, vel aliquem ex eis quandocunque decedere, & mori, nullis superstitibus, & relictis filiis masculis, & naturalibus tunc, & eo casu superstitem ex eis, & non superstitis filios legitimos, & naturales, tali sit decedenti substituit vulgariter, & per fideicommissum, & omni meliori modo quo fieri potest. Et, si contingeret, aliquem ex præfatis suis filiis decedere, superstite aliqua sua filia fœmina, una, vel duabus, voluit, & disponit, quod talis suus filius moriens possit eam, vel eas dotare de summa libr. 500. Prohibens insuper, & expresse vetans ipse testator dd. suis filiis, & hæredibus, ac eorum descendentibus venditionem, alienationem, & obligationem quamcunque bonorum testatoris, quia voluit ipsa bona perpetuo remanere in familia ipsorum de Pancaldis.

Cujus hæreditatem adivit, seu in ea se immiscuit D. Joannes Baptista filius, qui tunc solus vivens reperiebatur.

Quo mortuo de anno 1579. sine

ne descendentibus insurrexerunt Petrus, & Ludovicus de Pancaldis, qui uti ad fideicommissum ex d.testamento vocati judicium instituerunt contra Theseum, & Albertum filium de Baleanis prætensos bonorum detentores, quod tractu temporis prosecuti fuerunt Jacobus, Michael, & Nicolaus descendentes ex dictis Petro, & Ludovico, deinde, lite pendente, vita functis; Quibus quoque sine descendentibus masculis defunctis, judicium idem reassumpsit de anno 1618. Thomasia de Algardis filia d. Jacobi, illudque prosecuta fuit contra RR. Fratres S. Mariæ de Charitate, DD. Maximum, & Carolum de Caprariis, & alios successores, lite pendente, dictorum de Baleanis.

Cumque jam Thomasia obtinuerit contra dd. RR. Fratres de Charitate, etiam in Rota Romana, ut in pluribus decisionibus, quæ ostensæ fuerunt ob illius successive obitum, judicium reassumpserunt DD. Eques, & fratres de Algardis ipsius filii, & hæredes contra DD. Comites Hieronymum, & fratres de Caprariis successores dd. Maximi, & Caroli, in quo sententiam in prima instantia à R. P. Vicario Generali cum voto D. Michilli Auditoris Eminentiss. tunc Legati reportarunt favorabilem super immissione in quinque petiis terrarum, & eorum fructuum restitutione.

Sed appellationis causa in hac Rota introducta primo per extractionem, & deinde mediante etiam commissione ad referendum Eminentiss. D. Cardinali Legato, ne dubitari posset de jurisdictione respectu maxime Monialium S. Bernardini, quæ uti auctrices laudatæ ad causam venerunt, hodie in illius resolutione D. Beccius, & ego, & sic pro majori numero, deficiente quinto Auditore, fuimus pro confirmatione sententiæ quoad secundam, & tertiam terrarum petias, & pro revocatione quo ad primam, quartam, & quintam D. vero Picottus tenuit pro confirmatione etiam quoad primam, & D. Marcellus causæ Judex extractus, seu subrogatus, ac Ponens, & Relator, & coram quo processus fabricatus fuit votum non præstit, sic disponente *Rotali Constitutione sub num.* 29. 30. 61. *&* 109. ubi aliorum vota non sunt æqualia. 1

Admisso enim, ut resolvit Rota Romana in alio judicio cum dd. Fratribus Charitatis, quod fideicommissum, de quo agitur, amplectatur etiam transversales, & sic illos de familia testatoris contentiva de Pancaldis, attenta dictione, *Insuper*, adiecta prohibitioni alienationis, quæ denotat diversitatem, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 669. *num.* 9. & ostendit multiplicitatem gravaminis, *Put. dec.* 87. *num.* 3. *lib.* 2. *juxta veter. impress.* & quod prohibitio non stet accessorie, & consecutive, sed de per se, *l. Sciæ insuper.* 20. *in princ.* ubi *gl. ff. de fund. instr. Petr. Ant. à Petr. de fideicom. probib. qu.* 11. *num.* 572. *vers. præter id*, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 22. *nu.* 34. *&* 35. 2 3 4

5 & 35. ut idem habetur de verbo
Item , *Buratt. dec.* 480. *num.* 5.
6 quamvis etiam intelligatur circa
superiora, ut scilicet superiori dis-
positioni addat retentis eisdem
terminis, *Marescott. var. resol. lib.*
7 1. *cap.* 51. *num.* 8. ut dicitur de si-
mili dictione, *Ulterius*, seu, *Ul-*
tra, quæ est repetitiva, implicati-
va , & continuativa præceden-
tium, & facit unumquodque jure
regi, *Gratian. discept.* 679. *num.* 46
8 47. & 48. & *de verb. Item, Buratt.*
d. dec. 480. *eod. num.* 5. Nec non
ponderata dictione, *Ipsorum*, in
ratione prohibitionis apposita
ibi, *Quia voluit* , *ipsa bona perpe-*
tuo remanere in familia ipsorum
9 *de Pancaldis*, quæ referri videtur
ad transversales, *Fusar. de fidei-*
10 *com. quæst.* 351. *num.* 29. & 30. ut
idem habetur de dictione , *Illo-*
rum, *Rot. recent. par.* 7. *dec.* 126.
num. 12. *Pen. dec.* 346. *num.* 1. 4.
11 & 5. licet etiam denotet relatio-
nem præcedentium, & persona-
litatem, *Gratian. discept.* 621. *nu.*
2. *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 619. *num.*
3. & *par.* 2. *dec.* 1. *num.* 11. & *dec.*
12 569. *num.* 5. & sic demonstrativa
ad oculum personarum supra ex-
pressarum, *Gratian. discept.* 104.
num. 13. & *discept.* 145. *num.* 5.
Rot. recent. par. 5. *tom.* 1. *dec.* 36. *nu.*
13 3. atque personalissima, *Rot. re-*
cent. par. 2. *dec.* 507. *num.* 9. & *dec.*
707. *num.* 3. *Buratt. dec.* 872. *nu.* 3.
14 & sic intelligi possit etiam de sola
familia effectiva, *d. dec.* 707. *num.*
2. & 3. *par.* 2. *recent.* & conferunt
tradita per eamdem *Rot. recent.*
par. 7. *dec.* 15. *num.* 4. & *seqq.*

Atque quoque non impugnato, quod Thomasia fuerit de vo-
catis, & fideicommissum ad ejus
favorem purificatum , juxta
etiam resolutiones Rotæ Roma-
næ in prædicto alio judicio con-
tra Fratres Charitatis , ex quo
probaverit, se esse de familia Pan-
calda, quod videtur sufficere in 15
vocatione familiæ contentivæ ,
seu generaliter , ubi alius non
concurrit , cum habeat pro se 16
præsumptionem, & contrarium
prætendens debeat familiæ di-
versitatem probare, *Petr. Ant. à*
Petr. de fideicom. prohib. d. q. 11. *nu.*
518. ubi de communi, *Gratian.*
discept. 645. *num.* 16. etiam quod 17
non probaverit descendentiam
ab aliquo communi stipite, cum
non fuerit illi opus probare ini-
tium suæ parentelæ , *Pacian. de*
probat. lib. 2. *cap.* 12. *num.* 38. *post*
med. nec in materia non restricta 18
ad certum gradum , seu perso-
nam, sed transitoria ad consan-
guineos in infinitum , alio non
concurrente, sit necesse probare
gradum specifice, sed satis sit pro-
bare generaliter, se esse agnatum,
seu coniunctum, vel de familia,
etiamsi ex hujusmodi probatione 19
non possit deveniri in cognitio-
nem gradus, seu non probentur
gradus distincti, *Petr. Ant. à Petr.*
d. q. 11. *num.* 518. *et* 519. *Pacian.*
d. cap. 12. *num.* 31. *et* 38. *Garz. de*
benefic. par. 7. *cap.* 25. *num.* 28. *et*
seqq. Gratian. discept. 419. *num.* 32.
discept. 869. *nu.* 11. *et* 12. *et discept.*
969. *num.* 1. *Mart. de success. legal.*
par. 4. *quæst.* 22. *art.* 1. *nu.* 21. ubi
præsertim in antiquis, *Fusar. de*
fideicmm. quæst. 615. *num.* 7.
Rot. recent. par. 7. *decis.* 88.
num. 4. *et dec.* 93. *nu.* 6. *Buratt.*
decis.

decis. 260. *num.* 10. *Pen. decis.* 333.
num. 4. 5. *&* 7. *&* *decis.* 346. *num.*
1. 2. 3. 4. 5. *&* 10. & fuit dictum
per Rotam in d. alia causa cum
Fratribus Charitatis, *nempe in Bo-*
nonien. Fideicommissi de Pancaldis
16. *Februarii* 1640. *coram Card.*
Panzirolo 10. *Junii* 1642. *coram*
R.P. Cerro, 15. *Februarii* 1647.
Coram Emin. D. Card. Ottbobono,
& 27. *Januarii* 1648. *coram R.P.*
20 *Peutingero*, probeturque descen-
dentia levioribus probationibus,
quando non agitur de ea princi-
paliter, sed, ut hic, incidenter
ad effectum successionis, & in
possessorio, *Buratt. dec.* 260. *num.*
21 8. & per inditia, conjecturas, &
præsũptiones, *Pen. dec.* 346. *nu.* 12.
22 quidquid aliud sit in petitorio,
in quo requiritur exacta descen-
dentiæ probatio, *Rot. recent. par.* 4.
tom. 2. *decis.* 420. *nu.* 32. Tametsi
hæc etiam probatio videatur, de-
fectiva, & non sufficiens, quja,
23 ubi agitur, ut in proposito, de
successione vigore fideicommis-
si, necessarium videtur probare
distinctos descendentiæ gradus,
Rot. divers. par. 1. *decis.* 185. *num.*
4. *et par.* 2. *decis.* 288. *num.* 2. *Pen.*
d. decis. 333. *num.* 4. *Buratt. decis.*
24 147. *nu.* 2. & quod, qui vult suc-
cedere sit certo gradu conjun-
ctus, *Censal. ad Peregrin. de fidei-*
comm. fol. 461. *sub vers. secundo de-*
25 *clara, circa fin.* & maxime in pa-
rentela collaterali, & transversa-
26 li, de qua agitur, cum ea non sit
ita favorabilis, sicuti parente-
la lineæ rectæ descendentium,
Mart. de success. legal. par. 3. *quæst.*
1. *art.* 1. *num.* 21. *et par.* 4. *quæst.* 22.
27 *art.* 1. *num.* 20. & fortius quja agi-
tur contra tertios possessores, ut
per *Mart. ibid.* Unde, ad hoc, ut
Thomasia fuisset admittenda,
tamquam de familia contentiva,
videbatur probandum fuisse, 28
concludenter, se à communi sti-
pite descendisse, & ab eodem
colonello, à quo descenderat
Bertus testator, itaut esset illi
conjuncta, & de eadem prosapia,
Cyriac. contr. 281. *num.* 11. 12. *et*
13. *tom.* 2. *Rot. recent. par.* 7. *decis.*
15. *num.* 29. & de eadem linea,
quæ debet habere principium, & 29
extremitatem, *Mart. de success.*
legal. par. 3. *quæst.* 1. *art.* 2. *nu.* 37.
& immo non solum probandum 30
fuisse, se esse descendentem, sed
etiam descendentem, & agnatam
legitimam, quamvis pars non
opponeret, *Cyriac. d. contr.* 281.
num. 15. *et* 16. *et seqq. et d. decis.* 15.
num. 30. nec non videbatur, ut 31
testes in eorum depositione inci-
pere debuissent computare à
communi stipite, *Dec. cons.* 424.
nu. 4. & ex iis justificanda stema-
tis gentilitii, insigniumque,
identitas, *d. decis.* 15. *num.* 30. &
quod ipsa esset de eadem Fami- 32
lia, *Menocb. de præsumpt. lib.* 6.
præsump. 15. *num.* 47. cum sola, 33
præsumptio non probet plene,
Menocb. ibid. num. 48. & ejusdem 34
Familiæ appellentur, qui sub
unius potestate fuerunt, & ex
eadem Domo, & Gente, San-
guine, & Semine proditi sunt,
l. pronunciatio 195. *§. familiæ*
vers. nam etsi patre familias ff. de
verb. signific. Rot. recent. par. 4. *tom.*
2. *decis.* 49. *num.* 1. veniuntque in 35
ea descendentes, & transversales,
qui descendunt à Primogenito-
re à

re , à quo descendit testator ,
Mantic. de conject. lib. 8. tit. 12. nu.
12. *Molin. de primog. lib. 1. cap. 4.*
nu. 40. & seqq. Fusar. de fideicom.
36 *quæst.* 351. *num.* 37. seu veniunt
descendentes omnes à patre te-
statoris , *Rot. recent. par. 1. decis.*
300. *sub num. 21. circa med.* Quod
tamen Thomasia non probavit,
quia, licet pro fundamento suæ
intentionis , & petitionis dedu-
xerit , & deinde articulaverit, &
conata fuerit probare suam de-
scendentiam à Polo , mediante
Antonio prætenso fratre Berto-
ni , quem Polum supposuit, esse
patrem Bertoni, & ex Bertono
natum esse Jacobum, & ex Jaco-
bo Bertum testatorem , de isto
tamen Polo prætenso communi
stipite, ac de hujusmodi descen-
dentia non deponit nisi B. G.
primus testis de auditu, & nescit
37 à quo, qui nihil probat, tum quia
unicus , *Farinac. de testib. quæst.*
38 63. *nu.* 1. *& seqq.* tum quia testes
de auditu circa descendentiam
debent esse personæ graves , &
deponere , quod audiverint ab
antiquioribus fide dignis , &
omni exceptione majoribus , &
sunt istæ qualitates articulandæ,
& probandæ, quod hic deficit,
Marescott. var. resol. d. lib. 1. c. 70.
39 *nu.* 8. & non cócurrunt 12. requi-
sita , de quibus per *Farinac. de*
testib. quæst. 69. cap. 2. num. 105. et
seqq. quinimmo testis iste detegi-
tur falsus, ex quo deponit, se na-
tum esse de anno 1500. & in ejus
ætate puerili septem, vel octo an-
norum cognovisse d. Bertonum,
qui longe ante ejus nativitatem
mortuus erat, ut in processu pro-
batum fuit; nec non deponit de
illo tempore d. Jacobum non
dum natum fuisse , & in hoc
etiam convincitur de falso ex
probatis in processu; & falsus in 40
uno, et multo magis in pluribus,
reputatur falsus in omnibus, *Fa-*
rinac. de testib. quæst. 67. §. 4. num.
11. *et seqq.* Et additur, quod ex
parte DD. de Caprariis fuit con-
trarium probatum, nempe pro-
avum Berti testatoris non fuisse
Polum , sed alium Jacobum se-
niorem ex pluribus enunciativis 42
emanatis à personis non suspectis
in diversis instrumentis antiquis
centum , et plurium annorum
ante motam litem , *Marescott.*
var. resol. d. lib. 1. cap. 70. nu. 6. et
7. Duran. decis. 438. nu. 3. et Pen.
decis. 630. num. 2. et 3. Itaque in-
clusio Jacobi est exclusio Poli ,
et quod de uno dicitur, de altero
negatur, *c. qualis 25. distinct. c. non*
ne bene dicimus. ubi glos. de præ-
sumpt. l. cum prætor, in princip. ubi
glos. in verb. videtur ff. de judic. l.
cum ita ff. de cond. et demonstr. l. cum
lex. ff. de leg. l. maritus. C. de procu-
rat. Mantic. de conject. lib. 11. tit.
11. num. 1. Duran. decis. 48 num. 7.
ac ad positionem unius sequitur 43
destructio alterius , *Mantic. ibid.*
Rot. recent. par. 7. decis. 133. num.
19. atque calumnia videtur , 44
quando quis non probat id, quod
asservit, *Put. decis. 245. nu. 6. lib.*
2. juxta veter. impress. nec præsu- 45
mitur verum, quod tentatum est
probari, & non fuit probatum, *l.*
duo sunt Titii ff. de testament. tut.
Rot. recent. par. 1. decis. 167. num.
35. in fin. quique se astrinxit ad 46
aliquid probandum, & non pro-
bavit

bavit, causam perdere debet, *Bart. in l. d. §. item quæsitum. ff. de acq. quotid. et æstiv. Jas. in l. si à furioso. in princ. num. 7. vers. nam ex verbis. ff. si cert. pet. Gratian. discept.*
47 261. *nu.* 21. & incerta consanguinitatis probatio contra se fundantem in ea interpretatur, *Man. de success. l. par. 3. quæst. 1 art. 1. nu.* 18. *& par. 4. q. 22. art. 1. num.* 19. Ex
48 quibus quoque non videntur attendendæ dd. Rotæ Romanæ decisiones in prædicta alia causa, quoniam non fuit tunc deducta, nec concludenter probata descendentia Berti testatoris à d. Jacobo seniore, & eæ se erronee fundarunt in eo, quod probatum esset, Polum fuisse communem stipitem, ut in ipsa Bononien. fideicommissi de Pancaldis 16. Februarii 1640. coram Cardinali Panzirolo *§. quod autem*, & 10. Junii 1642. coram R. P. Cerro *§. quod autem fideicommissum*, 27. Januarii 1648. coram R. P. Peutingero *§. neque huic resolutioni*, nec videtur ab hoc fundamento recessum in antecedenti, & intermedia decisione coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono 15. Februarii 1647. *§. circa vero descendentiam*, tum quia illius verba videntur sonare in contrarium, si bene perpendantur, tum quia
49 in ea supponuntur antecedentes decisiones, *Buratt. dec.* 596. *nu.* 1. tum quia difficultas tollitur ex d. subsequenti decisione coram R. P. Peutingero 27. Januarii 1648. in qua pariter in hujusmodi fundamento, & supposito persistitur.
50 Videnturque stare simul, ut pro successione alicujus tamquam de familia constare debeat de communi stipite, & quod non requiratur distincta, & concludens graduum probatio ad dignoscendum, in quo vere gradu successionem prætendens sit coniunctus cum testatore, seu illius primis hæredibus, vel quod sufficiat generica, & levior probatio, quod ille sit coniunctus, & de familia. Nec valere videtur dicere, ille est de eadem familia, 51
seu ejusdem cognominis, ergo dimitti debet ad successionem, ad quam familia hujus cognominis est vocata: Quia in dubio 52
non præsumitur identitas, sed diversitas, *Rot. recent. par. 4. tom. 1. dec. 7. num. 1. & in Beneventana Salium 17. Februarii 1634. coram Reverendiss. D. Dunozetto.* Unde petens fideicommissum 53
tamquam de familia debet probare, se esse de colonello testatoris, *Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 12. nu. 1. in fin.* late *Paris. cons. 51. nu. 14. 18. & seqq. lib. 2.* Nec relevari videtur, si replicaretur, quod, admissa generali probatione coniunctionis, sit ex ea inferendum 54
ad descendentiam ex aliquo alio ignoto communi stipite. Etenim præterquamquod plures testes deponentes de coniunctione inter Bertum testatorem, & Antonium, seu Tonum, à quo descendere prætenditur Thomasia, illam deducunt ex affinitate, ex quo eorum uxores, nempe Bona, & Rizzia de Corticellis erant sorores, & qui deponit, quod illi erant de eadem familia, videtur sentire de identitate cognominis, non de identitate familiæ con-

contentive, Respondetur posse
55 videtur, quod probatio debet concludere per necesse,] non per possibile, *l. ad probationem*, *la 2. ubi not. Bald. num. 1. ff. de probat. Rot. diverſ. par. 1. dec. 506. num. 3. & in recent. par. 4. tom. 1. dec. 651. num. 2. in fin. & tom. 2. dec. 121. nu. 12. & par. 5. tom. 1. dec. 209. num. 6. & par. 6. dec. 91. num. 8. dec. 151 num. 7. dec. 282. num. 12. & dec. 390. num. 4. & par. 7. dec. 103. nu.*
56 *14. & dec. 253. num. 52. & 53.* & pernecesse non concludit, data possibilitate contrarii, *Greg. dec. 353. num. 2. Buratt. dec. 948. nu. 3. Pen. dec. 613. num. 9. & Rot. recent. par. 6. dec. 216. num. 13.*

Sed redeundo, unde digressi fuimus, ac inhærendo ob reverentiam dictis Rotæ Romanæ resolutionibus in d. alia causa circa fideicommissi existentiam, & purificationem ad favorem Thomasiæ, & habentium ab ea causam, &, supposito etiam, quod probationes respicientes legitimationem, seu habilitatem personæ, & statum rei factæ in d. alia causa, in qua fuit obtentum, probent etiam
57 in præsenti, in qua fuerunt reproductæ, *Gratian. discept. 869. num. 16. Fusar. de fideicomm. q. 618. nu. 44. Rot. rec. par. 3. dec. 252. nu. 3. & par. 5. tom. 1. dec. 360. num. 9. Buratt. dec. 834. num. 3.* & quod
58 sententia lata in causa status faciat jus quoad omnes, *l. ingenuum ff. de stat. homin.* quamquam & id
59 ex adverso diceretur locum habere, cum sententia lata fuisset adversus eum, qui haberet jus principale, hoc est contra eum, à quo cæteri jura sua haberent, ex *Covar. pract. quæst. cap. 13. num. 5. verſ. cujus rei eſt. verſ. ſic ex contrario verſ. ſecundo apparet. Tiraq. de nobilit. cap. 37. nu. 7. Fab. de Ann. conſ. 17. num. 21. & 22. Gratian. diſcept. 456. num. 23. Mareſ. de majorit. par. 2. q. 4. illat. 2. nu. 31. & ſeq.* & in sententia lata super descendentia, cõsanguinitate, & parentela, *Peregr. de fideicomm. art. 53. num. 44. Martin. Andr. dec. 84. num. 2. Comitol. dec. 102. nu. 4. & ſeq.* quasi illius magis intersit, ad 60
quem propterea causa magis pertinere dicitur, *Rot. diverſ. par. 2. dec. 51. num. 10.*

Descendentes modo ad inspectionem bonorum existentiæ in bonis fideicommittentis, eorumque identitatis, Quidquid sit, an judicium subsistat contra modernos Comites de Caprariis, non probata eorum subsecuta possessione, prout probanda videbatur, 61
ad *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. unic. par. 13. num. 9. & ſeqq.* nisi ea præsumenda sit ex litis substentatione, Visum nobis fuit, existentiam, & identitatem probatam fuisse quoad secundam terræ petiam nuncupatam, Tagliadente, cum concordet denominatio, & confine illorum ab Oleo, quorum successores sunt, ut dicitur, Elesantutii, nec non viapublica, seu Stradellum, & identitas probatur, probato nomine lo- 62
ci cum duobus confinibus, *Sim. de Pret. conſ. 143. num. 8.* seu per 63
duas demonstrationes, licet aliæ non adaptentur, *Add. ad Buratt. dec. 132. num. 9.* & quatenus Stradellum differat à Via publica, videtur probata identitas ex de- 64

 mon-

monstratione loci, seu contradæ
cum uno confine speciali, *Cavaler. dec.* 146. *n....*

Censuimus etiam existentiam, & identicatem probatam
fuisse de tertia petia terræ appellata, Cãpo da sera, seu le guardatellæ cũ conveniat denominatio,
& confine Viæ publicæ, vel Stradelli, & fuerit prout & d. secunda
reperta in hæreditate Joannis
Baptistæ filii, & hæredis fidei-
65 committentis, ex quo resultat
præsumptio, quod fuerit patris
fideicommittentis, *Peregr. de fideicom. art.* 44. *num.* 22. *Fusar. eod.
tract. q.* 618. *num.* 41. *&* 45. *Greg.
dec.* 575. *num.* 9. *ubi Beltram. num.*
11. *Duran. dec.* 323. *num.* 5. licet
exadverso opponeretur, Stradellum esse diversum à Via publica,
& esse hoc confine generale, prout, & flumen, & simile, quod
plura alia bona contingit, & aliis
66 æque convenit, & inconsequens
identitatem non probare, *Grat.
discept.* 883. *num.* 2. *&* 3. *Rot. in
Anconitana Dotis* 21. *Aprilis* 1651
67 *coram R. P. Verospio*, nisi saltim
concurrat aliud confine speciale, *Gratian. d. discept.* 883. *num.*
13. *Buratt. dec.* 602. *num.* 11. *Coccin. decis.* 218. *num.* 3. *Rot. recent.
par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 81. *num.* 17. *&*
68 *par.* 6. *dec.* 236. *num.* 3. & quoad d.
præsumptionem desumptam ex
possessione Joannis Baptistæ diceretur, illam non sufficere, solam, sed requiri alias particulares, & speciales demonstrationes,
vel conjecturas, & adminicula.
Franc. Redenasc. cons. 31. *num.* 3.
et seqq. Rot. recent. par. 4. *tom.* 3.
69 *dec.* 606. *num.* 6. *et seqq.* & non
procedere, quando intercessit
longum temporis intervallum,
ut intercessisse prætenditur hoc
casu, *Redenasc. ibid. num.* 8. & eo 70
magis, data hæredis, & descendentis industria, ut *ibid. num.* 10.
seu etiam acquisitione subeodem
nomine, & confinibus, ut etiam
ibid. num. 14. *& seqq.* & de acquisitione facta per Balzanum, à
quo causam habent DD. Comites de Caprariis constat in actis,
quæ tamen non visa fuit convenire cum dicta tertia terræ petia, de
qua agitur.

Non autem constare primam
terræ petiam in Communi Pollicinis, seu Lungariæ cum Domibus, Puteo, Furno, & aliis superextantiis fuisse in bonis fideicommittentis, & de illius identitate
ad effectum dandæ immissionis
arbitrati fuimus, quia eam testator in testamento descripsit, esse
tornaturarum 40. circiter, cum
tribus confinibus, nempe illorum
ab Oleo, & viæ publicæ desuper,
& de subtus, & concordant quoad confinia testes, & tenuta capta
per Balzanum Joannis Baptistæ
hæredem, sed juxta hanc petiam
acquisivit idem Joannes Baptista
à Gambaro confinante, ut per
testes, ex qua acquisitione petia
aucta fuit usque ad tornat. 48.
circiter, & sub hac mensura posita fuit à Balzano in inventario;
Et ulterius in eodem loco acquisivit deinde etiam Balzanus auctor DD. de Caprariis à Francisco de Oleo prædiolum terræ tornaturarum 12. cum Domo, Puteo, & Furno, & aliis superextantiis, juxta à mane alia bona ejus-
dem

dem Balzani, à meridie Stradel-
lum, à sero D. Hieronymum Ca-
prariam, à septentrione Stradel-
lum, ut in instrumento, Petia ve-
ro, quam fassi fuerunt possidere
in dicto loco antiqui DD. de
Caprariis in responsinibus ad
præpararoria, est, ac esse affirma-
runt tornaturarum 33. circiter in
loco loci dicto il Serraglio, desi-
gnantes pro confinibus Elefan-
tutium à mane, Viculum à meri-
71 die, RR. Fratres Charitatis, &
viam publicam Lungariæ. Qui-
bus stantibus, & etiam quia ex
dd. tornaturis 40. testatoris tor-
naturæ 30. occupatæ fuerunt à
prædictis RR. Fratribus Chari-
tatis, & eas jam DD. Algardi ab
iisdem vindicarunt, identitas
modi videtur incerta, & eo ma-
xime, quia non fuit articulatum,
72 nec probatum, ut articulari, &
probari debebat, quod petia,
quam possident hodie Caprarii
cum modernis, & suis confinibus,
sit illa eadem, quam possidebat,
& reliquit testator, *Bart. in l. de-
monstratio falsa, sub num.* 20 *ff. de
cond. & demonstr. Gratian. discept.*
447. *num.* 33. & 34. & *Buratt. dec.*
132. *num.* 6. & 7. *Duran. dec.* 344.
in fin. nec dantur probationes,
quæ distinguunt, & separent resi-
duum tornaturarum decem,
quod ex petia testatoris reman-
sit, detractis dictis aliis torna-
turis 30. ab Algardis, ut supra
73 jam recuperatis, quæ probatio,
cum non simus in ipsis acquiren-
tibus, in quibus ex confusione
posset præsumi dolus, sed in
singularibus eorum successori-
bus, spectabat ad Algardos
fideicommissarios, *Rot. recent.
par. 6. dec.* 175. *num.* 4. 5. & 6. ubi
aliæ decisiones allegantur, & res-
pondetur contrariis, & sequitur
Redenasc. d. cons. 31. *num.* 14. &
seqq. ubi, quod hoc procedit præ- 74
sertim in Reis, quibus sufficit du-
biam reddere probationem Acto-
rum, ut hoc casu, & facit *Pen. dec.*
1542. *num.* 5. & *seqq.* & sic, dum
identitas redditur æquivoca, non 75
est locus immissioni, *Duran. dec.*
281. *in fin.* Nec obstat, quod d.
petia prætendatur esse majoris
numeri tornaturarum, ex quo te-
stator post testamentum supervi-
xerit per plures annos, & potue-
rit illam ex acquisitionibus am-
pliasse, ut supposuit Rota Ro-
mana in d. alia causa cum fratri-
bus Charitatis, & de majori men-
sura sentiant duo testes; Quia,
præterquam quod doctum fuit
de d. ampliatione facta per suc-
cessores, & sic præsumptio cede- 76
re debet probationi, & veritati,
Rot. rec. par. 4. *tom.* 2. *dec.* 57. *num.*
13. & *par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 201. *num.*
44. *dec.* 203. *num.* 10. *dec.* 258. *num.*
30. & *dec.* 353. *num.* 84. testes in-
telligunt, atque intelligendi sunt,
habito respectu ad omnia corpo-
ra bonorum, quæ coluntur à Co-
lono in domo hujus petiæ com-
morante, cum hæc petia sit alia-
rum caput, & eorum dictum res-
pondet articulo, in quo articula-
tur tornaturarum numerus am-
plectens omnes petias, & non
negant informantes pro Algar-
dis.

Quo vero ad quartam terræ
petiam nuncupatam la Pantasilea
nec non quintam in Communi

Padulæ visum pariter nobis fuit, immissioni locum non fuisse, quia non constat, eas fuisse in bonis Berti testatoris, sed solum illas repertas fuisse in bonis, & hæreditate Joannis Baptistæ filii, & hæredis, & tamen præsumptio, quod bona possessa per filium præ-
77 sumantur patris, non intrat, nisi constet, ea antea fuisse in patris hæreditate, *Gratian. discept.* 969. *num.* 14. *&* 16. *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 131. *num.* 5. *in fin. & par.* 2. *dec.* 407. *num.* 4. *quæ est Greg. dec.* 575. *num.* 9. *& ibi Beltr. num.* 11. *& in d. Anconitana Dotis* 21. *Apri-*
78 *lis* 1651. *coram R. P. Verospio*, seu constet clare, patrem in eadem villa possedisse bona ejusdem qualitatis, *Redenasc. d. conf.* 31.
79 *num.* 7. neque hæc præsumptio sufficit sola, *Redenasc. ibid. nu.* 3. *&*
80 *seqq.* & ideo Rota non admittit simpliciter indistincte probationem identitatis ex qualitate, & possessione successorum, *Beltr. ad Greg. d. dec.* 575. *nu.* 11. *in fin.* cum
81 maxime quilibet præsumatur acquirere, & ditari, *Rolan. conf.* 46. *num.* 16. *lib.* 3. & in effectu Joannes Baptista plures fecerit acquisitiones in eisdem locis, ut apparet in actis.

82 Detractiones prætensas putavimus non potuisse impedire immissionem fideicommissariis in supradictas secundam, & tertiam petiam, stante alienatione trium tornaturarum terræ in Communi Lungariæ, & non confectione inventarii, ut resolvit Rota in d. alia causa Bononien. fideicommissi de Pancaldis 23. Januarii 1649. coram R. P. Peutingero, necnon, stante alienatione etiam Domus in Civitate Bononiæ, quæ alienationes præsumuntur, vel destractiones consumpsisse, vel turbidas reddidisse, itaut non sit ex earum exceptione d. immissio retardanda, ut in *d. decis.* 23. *Januarii* 1649. *coram R. P. Peutingero*, quod eo magis sentiendum est, dum probabiliter remanent penes tertios possessores aliæ decem tornaturæ terræ in d. prima petia cum Domibus cum aliis confusæ, super quibus poterit sibi satisfieri, quatenus jam plene satisfactum non sit, *Rot. divers. par.* 4. *dec.* 186. *num.* 19. quidquid in contrarium videatur tradi per *gl. in l. cum de lege ff. de probat. Bart. in l. si constante in princ. ff. sol. matrim. Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 16. *Becc. conf.* 100. *num.* 22. *& Cyriac. contr.* 3. *nu.* 34. *& seqq.* 83 84 85

Et ita utraque &c.



COM-

COMPROMISSI

Lunæ 10. Februarii 1653.

ARGUMENTUM.

Depositum vim habet solutionis. Solutione tollitur obligatio, & hypotheca, & quid si pecunia redierit ad solventem. Sequestrum quando non operetur.

SUMMARIA.

1 *Depositum factum censetur ex præcedenti causa, & ad bona liberandum ab hypotheca, & num. 2.*

3 *Depositum vim habet solutionis & liberationis, Ampl. ut nu. 4. & 8. Lim. ut nu. 11.*

5 *Depositum ad effectum investiendi quando suffragetur.*

6 *Hypotheca cessat, cessante obligatione.*

7 *Solutione, & deposito idem effectus inducitur.*

8 *Depositum quando censeatur ratificatum.*

9 *Solutione ejus, quod debetur, omnis extinguitur obligatio, & hypotheca, Ampl. ut num. 10.*

12 *Soluta res non dicitur, quando non durat soluta.*

13 *Fieri aliquid dicitur, si duret.*

14 *Solutio etiam momentanea pretii liberat emptorem, & transfertur ex ea in ipsum dominium rei emptæ.*

15 *Solutum retro recipiens ex nova conventione, causa, vel liberalitate solvisse nihilominus dicitur, & non convenitur amplius actione primæva, & num. 16. Ampl. ut num. 17. & 18. Decl. ut nu. 21. & seqq.*

19 *Pecuniæ si restituantur solventi, quando non dicantur reddi, sed de suo dari.*

20 *Pecuniæ pretii in alium contractum de consensu venditoris, & emptoris conversæ non debentur amplius ex primo, sed ex secundo contractu.*

24 *Bona ab hypotheca liberata per solutionem quando in eam non reincidant per restitutionem solutorum.*

25 *Hypothecari non possunt bona fideicommisso subjecta.*

26 *Fideicommisso bona subjecta sub generali obligatione non veniunt.*

27 *Hypotheca super bonis fideicommissariis extinguitur adveniente fideicommissi casu.*

28 *Hypotheca extinguitur resoluto jure hypothecantis.*

29 *Clausula, per modum provisionis, & sine præjudicio jurium, quid operetur, & nu. 32. & seqq.*

30 *Hypotheca, & obligatio semel extincta amplius non reviviscit.*

31 *Actio nova oritur ex novo facto, & actu.*

35 *Debitor quando quis dicatur subintrasse in locum alterius.*

36 *Se-*

35 *Sequestrum quando liget.*
37 *Donatarius an, & quando teneatur ad debita donantis.*
38 *Debitor in re nova acquirenda potest ex conventione anterioribus creditoribus præjudicare, ita ut illis jus non acquiratur, nisi cum sua causa, & qualitate & num. 39.*
40 *Hypotheca specialis quid operetur, & nu. 45. & 46.*
41 *Creditor, fraude, & metu cessante, non probibetur à debitore emere.*
42 *Sequestrum quando non liget, & num. 44. 49. & 51.*
43 *Debitor non dicitur, qui bona hypothecata possidet, nisi debitum contraxerit, vel in se accollaverit.*
47 *Fructus hypothecati sunt in ea causa, in qua est res ipsa.*
48 *Investimentum habetur pro facto ex ipsa destinatione pecuniarum.*
50 *Nullum quod est, nullum producit juris effectum.*
51 *Sequestrum nullum qui violat, non incidit in pœnam.*

DECISIO LXIX.



NNO 1615. 10. Martii q. Antonius Futius, cum consensu etiam Laurentii filii, vẽdidit Prędium situm in Communi Subluni de Plano, pro pretio librarum 29. mil. quon. D. Hippolytæ Fabræ viduæ relictæ Joannis Bavosii ementi in executionem Testamenti dicti Joannis mandantis, per spatium annorum 12. in stabilibus investiri, bonorum, & Apothecarum fructus, & lucra superabundantia (expensis, oneribus, & victu detractis) ad commodum ipsius emptricis usufructuariæ donec viveret, & post illius obitum ad favorem Vincentii Bavosii, & aliorum gradatim vocatorum per fideicommissum in d. Testamento, Quæ remansit debitrix in lib. 14375. solvendis infra sex menses, & investien. in re stabili pro defensione d. Prædii, reservato interim venditori dominio.

Dicta D. Hippolyta defuncta, Vincentius Bavosius ut supra in d. fideicommisso vocatus, & successor in d. Prædio, & ad quem propterea dicto tempore 12. annorum adhuc durante, fructus, & lucra ut supra investienda pervenerant, & cujus intererat dictum Prædium à d. pretii hypotheca liberare, deposuit servatis servandis sub die 16. Maii 1617. dictas lib. 14375. residui pretii penes Ædem sacram ad creditum dictorum Antonii, & Laurentii venditorum, & ad effectum ut supra, investiendi: fuitque hujusmodi depositum à Vincentio fa- 1
ctum, & factum interpretari debet ex d. præcedenti causa *Greg. decis.* 468. *num.* 5. *Buratt. decis.* 3. *num.* 11. & *decis.* 9. *num.* 5. *Duran. decis.* 32. *num.* 18. & *Pen. dec.* 1080 *num.* 6. & ad effectum dictum 2
præ-

Prædium liberandi, *Rota diverſ. p. 2. deciſ. 176. num. 1.*

Ex quibus deinde pecuniis ſic depoſitis, d. Antonius ſub die 16. Martii 1617. obtinuit per decretum D. Auditoris Generalis ſibi ſolvi libr. 500. & reſiduum idem D. Auditor Generalis mandavit à Monte non amoveri, niſi ad effectum ipſum unà cum dictis aliis lib. 500. inveſtiendi juxtà formam Inſtrumenti venditionis, & facta ad hoc nova, per eundem Antonium, & Laurentium filium obligatione, citra tamen novationem, & derogationem aliarum obligationum. Quod decretum ipſi eodem tempore acceptarunt, & poſteà ſub die 18. ejuſdem menſis per particulare inſtrumentum ratificaverunt, & juxta illud ſe obligaverunt.

Sed quia dictæ pecuniæ in dicta Sacra Æde ſteterunt deindè otioſæ per menſes 12. circiter, eædem tunc redactæ ad lib. 13675. 14. ob aliarum conſignationem de mandato Judicis ut ſupra factam Antonio, & Laurentio, fuerunt ſucceſſivè ad Antonii inſtantiam, medio etiam Judicis decreto, relaxatæ eidem Vincentio Bavoſio ad effectum traficandi per tres annos, & d. Antonio reſpondendi ad rationem librarum quatuor pro centenario, & anno, eaſquè, & alias uſque ad ſupradictam ſummam 14375. cum fructibus cumulandam, inveſtiendi, juxta dictam conventionem, ut in decreto Reverendiſs. D. tunc Vicelegati ſub die 9. Maii 1618. adjuncta ſententia, ſeù ſententiis ſuper d. ſumma inveſtienda contra etiam Laurentium filium, & hæredem d. Antonii poſt modùm latis ſub die 4. Septembris 1627. per D. Auditorem Quainum.

Interim tamen dictus Laurentius ſub die 9. Octobris 1626. exiſtens pro ære alieno carceratus, dictum creditum pretii à Vincentio Bavoſio exigendi ceſſerat q. D. Hippolyto Alberghino, & D. Antonio Mariæ illius filio abſentibus, & Notario pro eis ſtipulanti, in aſſecurationem, & relevationem illorum indemnitatis ob fidejuſſiones pro eo præſtitas, & pro ejuſdem excarceratione præſtandas.

Qui Alberghini de anno 1629. cæperunt agere contra dictum Vincentium Bavoſium debitorem ceſſum; Et eo, ac d. D. Hippolyto Alberghino vita functis, fuit ſub die 9. Januarii 1643. ad inſtantiam d. D. Anton i Mariæ Alberghini executnm Domi D. Hieronymi Bavoſii per Andream Sabatinum Mazzerium; ſequeſtrum infraſcripti tenoris, videlicet.

Comandiamo à voi Sig. Girolamo Bavoſi, etiam come herede della q. Sig. Ippolita Bavoſi, mediante anco la perſona del q. Sig. Vincenzo Bavoſi debitore, come ſi dice del q. Antonio, e Lorenzo Futii reſpectivè in aſſai buone ſomme di denari per reſiduo del prezzo d'una Poſſeſſione poſta nel Commune di Sabione di Piano Contado di Bologna, altre volte per detta già Sig. Ippolita acquiſtata da detti Futii, ò per qualunque altra ragione, e cauſa, che viſto il preſente noſtro mandato

dato debbiate tutti li detti denari insieme con li frutti di essi cumulati, e decorsi, e che per l'auvenire decorreranno, appresso di voi di ritenere in sequestro, custodire, e salvare, nè rilassare, ò pagare ad alcuno senza licenza nostra in scritto, sotto pena di pagare del vostro, e di scudi mille d'oro, atteso che l'infrascritto instante intende à esso, doversi pagare, e rilassare detti denari in satisfattione, ò per conservatione della sua indennità da diverse sicurtà pagate per d. già Lorenzo, conforme anco alla cessione fattali per d. già Sig. Lorenzo, della quale si dice apparire nelli atti di me Notaro infrascritto, & é stato giurato &c. con clausula, citato il Sig. Antonio Maria Alberghini. In quorum, &c.

Post quæ sub die 30. Aprilis 1643. Dominus Hieronymus Bavosius in fideicommisso dicti Joannis Bavosii successor, & sic etiam in d. Prædio, seù Possessione Sabluni, ut supra in augumentum ipsius fideicommissi empto, computa super d. pretio solidavit cum Carolo Antonio Futio filio, & hærede præfati Laurentii in libr. 11200. in totum tam ratione sortis, quàm affictuum, cujus jura d. Carolus Antonius cessit ipsi Hieronymo, qui è contra in pretium cessionis, in solutum dedit, & assignavit Prædium in Communi Cadriani, & successivè idem Carolus Antonius Prædium hypothecavit ad favorem Hieronymi pro defensione dictæ Possessionis Sabluni juxtà alias promissa per Antonium Avum, & Laurentium Patrem, atquè sententias desuper latas.

Successivè de anno 1645. 13. Novembris d. D. Antonius Maria Alberghinus judicium instituit contra d. D. Hieronymum Bavosium pro consignatione, & relaxatione prætensarum pecuniarum, ut supra sequestratarum, sed quja in progressu causæ, & post plures, & diversos actus cognovit (ut creditur) difficultatem obtinendi ex defectu probationis, quod ipse Hieronimus esset hæres Vincentii Bavosii, aut illius debitor; recursum habuit, variando, & actionem realem, dum petiit præceptum immissivum ad dictã Possessionem Sabluni uti sibi hypothecatam, super qua sententiam ad sui favorem reportavit à Domino tunc Auditore Generali, quæ nuper fuit ab Excellentiss. D. Auditore Eminentiss. nunc Domini mei Card. Legati confirmata.

Modò verò, cum partes d. causam in dicto statu, in me compromiserint, cum facultate procedendi de jure, ac de facto, & decidendi prout de jure, Laudum tuli, dictas sententias revocando, & D. Hieronymum Bavosium absolvendo ab impetitis, Reservatis juribus Alberghino agendi contra dictum Prædium Cadriani, et bona hæreditaria, ac hæredes Vincentii Bavosii, Motus.

Quia Domino Alberghino deficit hyhotheca, in qua se fundat: Nam, quàmvis Antonius Futius venditor, à quo ejus jura proveniunt, reservaverit sibi pro con-

consecutione dicti residui pretii, de quo agitur, super re vendita, ad quam etiam agitur, specialem hypothecam, ea tamen fuit sublata, et extincta per supradictum depositum à Vincentio Bavosio debitore solemniter fa-
3 ctum in Monte Pietatis, quod habet vim solutionis, *l. acceptam. cum ibi not. C. de usur. l. satisfactio. ff. de solut. Cioff. cons.* 41. *num.* 3. *&* 10. *Pacific. de Salvian. inspect.* 5. *cap.* 1. *nu.* 39. *& ibi Rot. decis.* 271. *num.* 4. *Put. decis.* 163. *lib.* 1. juxta veterem impress. *Rota divers. par.* 1. *decis.* 476. *num.* 1. et liberationis *l. si fundus* §. *in venditione ff. de pignor. l. obsignatione, & ibi not. C. de solut. Cioff. d. cons.* 41. *num.* 10. *Bursatt. cons.* 139. *num.* 56. *lib.* 2. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæst.* 83. *num.* 19. *Duran. decis.* 108. *in fin. & decis.* 421. *num.* 2. *Rot. post. Pacific. de Sal. decis.* 270. *num.* 1. &
4 maximè cum fuerit necessarium propter investimentum faciendum ex lege contractus, *Rot. in Romana census* 2. *Maii* 1611. *coram Card. Marco Montio, et in recent. p.* 4. *tom.* 2. *decis.* 339. *num.*
5 21. *et decis.* 497. *nu.* 5. *et seq.* Quo casu depositum, etiam cum hac intrinseca conditione suffragatur, *Rot. in Anconitana bonorum* 1. *Februarii* 1604. *coram Iusto penes Salust. Tiber. in pract. fol.* 60. *Add.*
6 *ad Buratt. decis.* 429. *nu.* 6. & cessante obligatione cessat hypotheca, *l. item liberatur, ubi glos. ff. de pignor. Pacific. de Salv. inspect.* 1. *cap.* 5. *num.* 74. *et cap.* 6. *num.* 71.
7 Inducitúrque ex solutione, & deposito idē effectus, *Rot. apud Cenc.*
8 *de cens. decis.* 150. *in fin.* et fortius, cum fuerit etiam depositum ab Antonio, et Laurentio de Futiis creditoribus acceptatum, et ratificatum, *Beltram. ad Gregor. decis.* 480. *num* 7. dum petierunt, et obtinuerunt ut supra illius partis consignationem, et tam eandem ratam, quam residuum investire promiserunt, et, ex quo non habebant promptum investimentum, et pecuniæ sic depositæ eis fructus non reddebant, institerunt, eas relaxari, & deponi penes aliquam idoneam personam, ut possent aliquos fructus habere, & relaxari obtinuerunt d. Vincentio, qui ad hoc se obtulit, *ad Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 339. *num.* 18. *& seqq.* solu- 9
tione vero ejus quod debetur, legitimè facta, omnis extinguitur obligatio, & hypotheca, §. 1. *inst. quib. mod. toll. oblig. l. solutionis ff. de solut. l.* 4. §. *solvisse ff. de re judic. l. si rem* §. *omnis ff. de pignor. act. l. item liberatur ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. si ex pluribus* 89. *in princ. C. de solut. Castr. cons.* 38. *num.* 35. *lib.* 3. *Rot. penes Pacif. de Salu. decis.* 87. *num.* 3. *& decis.* 290. *nu.* 4. *& in recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 259. *num.* 1. *decis.* 390. *nu.* 1. *decis.* 497. *num.* 3. *&* 4. *Duran. decis.* 176. *nu.* 1. *decis.* 323. *num.* 1. *Pen. decis.* 1096. *num.* 1. & præser- 10
tim à creditore etiam approbata, ut hoc casu, *d. decis.* 390. *nu.* 7.

Neque obstat quod idem Vincentius deponens, post d. 12. menses, depositum ut supra receperit, ac proindè non fuerit 11
secuta liberatio, *l. debitor* 7. *ff. de usur. d. l. acceptam in fin. ubi glos. Cyn. Bart. Bald. Castr. & Salicet.*

12 C. eod. nec soluta res censeatur
quando non durat soluta l. qui sic
solvit. 55. ff. de solut. Salust. Tiber.
in pract. lib. 3. cap. 16. num. 5. Rot.
recent. par. 6. dec. 17. nu. 2. Buratt.
13 decis. 928. nu. 4. cum, ità demum
dicatur aliquid fieri, si duret, l. si
pro parte 10. in princ. versic. versum,
ubi glos. in verbo, duret versum, ff.
de in rem vers.
14 Quia respondetur solutionem,
etiam momentaneam extingue-
re obligationem pretii, & libera-
re emptorem, & per eam acquiri
rei dominium ipsi emptori sol-
venti, Rot. in Bononien. Census 24.
Aprilis 1600. coram claræ mem.
Card. Pamphilio penes Marchesã.
de commiss. par. 1. fol. 858. Unde,
15 dum, qui solvit, solutum deinde
retro recipit ex nova conventio-
ne, seù causa, vel liberalitate re-
cipientis, solvisse nihilominus
dicitur, Gratian. discept. 962. nu.
39. Rota post Cenc. de censib. decis.
16 130. nu. 9. & non potest amplius
conveniri ex primæva actione,
l. qui res 98. §. aream. ubi glos. in
verbo, in perpetuum. ff. de solut. glos.
in d. l. acceptam 19. in verbo, eas re-
ceperit, C. de usur. & conferunt
tradita per me in tract. de subhast.
17 inspect. 65. nu. 1. signanter quan-
do, prout hic, non potest aliquid
imputari ei, qui solvit, & deinde
solutum retro recepit, glos. in d. l.
si pro parte, 10. in princ. vers. ver-
18 sum. in verb. duret versum. vel re-
ceptio non fuit voluntaria sol-
ventis, seù ex pacto, sed necessa-
ria, ut hic ex mandato Judicis,
& ad partis superventam ex in-
tervallo instantiam, & volunta-
tem, ut pecuniæ non starent sibi
otiosæ, l. si quis duos. 67. ubi glos.
in verbo, quod ff. de solut. & glos. in
d. l. si pro parte. 10. in princ. vers.
versum. in d. verbo, duret versum.
Bart. in d. l. qui sic solvit, relatus
ibidem per glos. additional. Nec 19
tunc videtur dicenda redditio,
sed de suo datio, l. 1. §. eleganter.
ff. depositi. Atque eo ipso, quod 20
de communi consensu pecuniæ
conversæ fuerunt in negotiatio-
nem, seù traficum, & in alium
contractum, desierunt deberi ex
causa venditionis, & cœperunt
deberi ex causa negotiationis, &
novi contractus, l. singularia. ff. si
cert. pet. l. 3. §. fin. ff. de donat. inter
vir. & uxor. l. si ei nuptura. l. nuptu-
ra, & l. in stipulationibus §. 1. ff.
de jur. dot. & in puncto Rota in
Romana Societatis 10. Novembris
1600. coram Litta, penes Marches.
de commiss. par. 1. fol. 746. num. 3.
& Rota post Pacific. de Salv. decis.
293. nu. 3. 4. & 6. Contraria verò, 21
ultra quod procedunt de rigore,
secus de æquitate, l. si tibi 20. ubi
glos. ff. si cert. pet. & l. qui id. 34. §.
ea lege. ubi glos. in verbo, translatio.
ff. de donat. locum sibi vindicant 22
ubi solutum, vel depositum in-
continenti, vel ex intervallo de
facto redit ad solventem, vel de-
ponentem ante acceptationem
partis, vel ex ejusdem deponen-
tis, & solventis præcedente vo-
luntate vel pacto, d. l. qui sic solvit.
55. & l. si quis duos, ubi glos. in verbo,
quod, ff. de solut. & l. si tibi 20. ubi
glos. ff. si cert. pet. Cyn. in d. l. acce-
ptam. C. de usur. Gratian. discept.
962. num. 39. Buratt. d. decis. 928.
num. 6. Rot. post Zacch. de oblig.
Camer. decis. 191. mum. 25. & seq.
& penes

& penes Pacific. de Salv. dec. 240.
23 *num.* 3. vel tribus simul concur-
rentibus, videlicet redditione
proxima, quod solutio, seù de-
positum recipienti commodum
non præstiterit, & pacto de resti-
tuendo, *Duran. decis.* 11. *num.* 8.
& seqq. qui non est casus no-
24 ster. Prædium itaque Sabluni, ad quod agitur, jam per
solutionem pretii à nexu hypo-
thecæ liberatum, non potuit per
factum Vincentii, & pecunia-
rum reditum ad ejus manus in
præjuditium D. Hieronymi, ad
quem ipsum Prædium est hodie
translatum in vim fideicommissi,
amplius in obligationem, & hy-
pothecam incidere, *l. fin. ff. de pact.*
25 *Buratt. decis.* 898. *nu.* 8. cum bona
fideicommisso subiecta non pos-
sint hypothecari, *Pen. decis.* 1407.
26 *num.* 6. nec illa veniant sub gene-
rali obligatione bonorum, *Greg.*
27 *decis.* 227. *num.* 8. & hypotheca si
fuisset à Vincentio constituta, re-
soluta intelligeretur per adven-
tum casus fideicommissi in perso-
nam D. Hieronymi, *Fusar. de
fideicomm. q.* 703. *num.* 1. atque per
Vincentii mortem, quia, resoluto
28 jure hypothecantis, & hypothe-
ca extinguitur, *l. lex vectigalis, ff.
de pign. l. ubi autem §. sed, & Mar-
cellus, ff. de in diem adiect. Mantic.
de tacit. lib.* 11. *tit.* 31. *num.* 67. *&
seqq. Pacific. de Salv. inspect.* 3.
cap. 2. *num.* 38. *&* 39. *& ibi Rota
decis.* 100. *num.* 2. *Seraph. dec.* 693.
num. 5. *Gregor. d. decis.* 227. *num.* 9.
& 10. *Duran. decis.* 40. *num.* 15.
Rot. recent. p. 5. *tom.* 1. *decis.* 86. *nu.*
3. *decis.* 328. *num.* 28.

Non obstat rursus quod pecu-
niæ per Vincentium in Monte
depositæ, fuerint eidem relaxatæ,
mediante decreto Domini tunc
Vicelegati cum clausulis (Per
modum provisionis, & sine præ-
judicio quorumcunq; jurium suo-
rum) ex quo infertur ex parte 29
Alberghini, quod pecunię redie-
rint ad Vincentium cum antiqua
hypotheca, & ad Statum, in quo
apud ipsum erant, antequam
easdem deponeret.

Nam (pręter quàm quòd hy- 30
potheca, & obligatio semel extin-
cta, amplius non reviviscit, *d. l.
qui res* 98. *§. aream, ubi glos. in ver-
bo, in perpetuum, ff. de solut. Pen. dec.*
424. *num.* 2. *Mantic. decis.* 80. *nu.* 2.
Rota recent. p. 1. *decis.* 681. *num.* 6.
in fin. Sed ex novo facto, & actu 31
nova oritur actio ex supra dedu-
ctis, & Prædium Sabluni fidei-
commisso subiectum non potest
ex novo facto Vincentii in no-
vam, seù etiam antiquam hypo-
thecam reincidere in pręiudi-
cium Domini Hieronymi in eo
successoris) Respondetur factum, 32
& decretum cum dictis clausulis
non posse dici factum per viam
rescissionis, sed per modum tem-
peramenti, *Rot. recent. p.* 1. *decis.*
242. *num.* 4. *in fin. juncto num.* 1. *&
par.* 6. *decis.* 166. *num.* 3. atq; clau- 33
sulam quoq; (sine præjudicio)
nihil concedere, sed jus, sivè bo-
num, sivè malum, in suo esse præ-
servare, *Paris. cons.* 97. *num.* 9. *lib.* 2.
Put. dec. 197. *n.* 23. *lib.* 1. *juxta veter.
impress. Pen. decis.* 732. *num.* 1. *&
decis.* 738. *num.* 3. *Rota recent. d. p.*
1. *decis.* 242. *num.* 2. *& p.* 2. *decis.*
75. *num.* 4. *& p.* 6. *decis.* 166. *nu.* 3.
& p. 7. *decis.* 222. *num.* 28. & ap-

34 poni solitam esse ad majorem cautelam, *Paris. cons. 70. num. 10. lib. 1.* Et in casu, de quo agitur, apparere etiam adiectam ad favorem tantùm Vincentii, & ad ejus jura relatam, non autem ad jura Futiorum.

Neque etiam obstat, quod D.
35 Hieronymus videatur subintratus debitor dictarum pecuniarum, vel quia sit hæres, aut debitor Vincentii, vel quia debitum agnoverit pro proprio, dum pro eo, ut supradictum est, in solutum dedit Carolo Antonio Futio filio, & hæredi Laurentii, Præ-
36 dium Cadriani. Quo stante videatur ligatus etiam de sequestro, & præcepto D. Alberghini, *ad Rot. recent. p. 4. tom. 3. decis. 624.* & illi competere hypothecam super bonis Hieronymi.

Quoniam respondetur, hęredem Vincentii non esse Hieronymum, sed Lauram filiam, quæ hæreditatem etiam adivit, Neque doceri, eum esse illius debitorem, & quamvis sit d. Lauræ donatarius in medietate ipsius bono-
37 rum; Non tamen donatarius, etiam universalis tenetur ad debita anteriora donantis, nisi in subsidium, factis scilicet prius diligentiis contra donantem, illius bona, & hæredes; & quatenus alius hæres non adsit, & hæreditas non sit solvendo, *glos. in l. æris alieni C. de donat. Cyriac. controv. 14. num. 11. p. 1. Merlin. de pignor. lib. 4 q. 143. num. 4. vers. distinctionis fædere, & num. 6. Costa remed. subsid. 108. nu. 12.* de quibus in præsenti non constat: Neque datio in solutum Prædii Cadriani fuit in agnitionem, & solutionem dicti debiti, sed in pretium, & solutionem cessionis sibi de ipso credito factæ ab hærede hæredis venditoris, ut legitur in instrumento, & in subministrationem investimenti faciendi pro sui cautela, & defensione Prædii Sabluni ab eodem uti fideicommissarii, possessi, ut conventum fuerat in emptionis actu; Qua stante conven- 38
tione, non potest dici super pretio aliquod jus acquisitum Alberghino venditoris creditori, *Merlin. de pignor. lib. 1. tit. 1. q. 17. nu. 7. & 17. Buratt. decis. 62. num. 7.* nisi 39
cum sua causa, & qualitate, *Greg. decis. 262. num. 9.* Cum emptio 40
ex pecunia, seù re creditoris cum speciali hypothecę reservatione, operetur, ut ipse creditor, seù emens, præferatur aliis etiam creditoribus anterioribus, *Buratt. decis. 223. num. 9. Add. ad ejusdem decis. 62. num. 4. & 9.* Nec prohi- 41
betur creditor, prout erat Dominus Hieronymus investimenti faciendi, fraude, & metu cessante, emere à debitore, *l. ei, qui sub imagine, vers. sanè si debitor, C. de distract. pign. Rota recent. p. 4. tom. 2. decis. 280. num. 9.*

Nec ligatus dici poterat D. 42
Hieronymus d. prætenso sequestro, seù precepto de non solvendo Futio, itaut, cum solverit per dationem insolutum, contravenerit, & iterum solvere teneatur Alberghino sequestranti.

Tum quia sequestrum, & præceptum cantat de, & super eo, quod ipse deberet Antonio, & Laurentio Futio, &, quod aliquid ei deberet, verificatum non fuit,

fuit, sed imò constat de contrario
43 ex jam dictis, & debitor non diceretur, etiamsi duraret hypotheca Alberghini super d. Prædio Sabluni ab eodem possesso (quod semper negatur) dum D. Hieronymus hujusmodi debitum ab initio non contraxit, nec posteà in se accollavit, *Rot. recent. par.* 5.
44 *tom.* 1. *decis.* 407. *num.* 29. & sic sequestrum, & præceptum non potest illum afficere, *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 201. *nu.* 5. *tom.* 2. *& Rot. post nostrum tract. de manut. decis.* 301. *num.* 4. *&* 5.
45 Tum quia in d. pretio, Hieronymo specialiter hypothecato pro investimento ad rei emptæ defensionem, idem erat potior, & anterior, ac præferendus, *Gait. de credit. cap.* 4. *q.* 11. *num.* 1335.
46 etiam respectu fructuum, & affictuum usque ad summam, quæ compleret summam d. residui pretii lib. 14375. juxta supe-
47 rius demonstrata, cum fructus sint hypothecati in ea causa, in qua est res ipsa, *Rot. recent. p.* 4.
48 *tom.* 1. *decis.* 48. *num.* 4. & ex destinatione pecuniarum pro investimento investimentum habebatur pro jam facto, *Rota recent. p.* 5. *tom.* 1. *decis.* 365. *num.* 42.
49 Tum quia sequestrum, & præceptum evanuit, & ipso jure non tenuit, ex quo infra quinque dies Alberghinus suam petitionem non porrexit, juxtà formam Statutorum, *Rota Bonon. divers. super Statut. decis.* 93. *nu.* 3. *& ibi Add.*
50 Quod autem nullum est, nullum producit juris effectum, *l.* 1. *l. cum videtur, ff. de judic. c. non præstat. de regul. jur. in* 6. *Rota post meum tract. de manut. dec.* 189. *num.* 5. *&* 6. *Rota Bononien. in Statutar. decis.* 63. *num.* 12. *& decis.* 91. *num.* 7. *& decis.* 98. *num.* 44. *& decis.* 114. *nu.* 19. Et in terminis sequestri, Quòd, qui violat sequestrum, 51
nullum non incidat in pœnam, *Put. decis.* 46. *in fin. juncto num.* 1. *lib.* 2. juxta veterem impress.

Et ita utraque parte informante, &c.

EMPTIONIS, ET LOCATIONIS

Mercurii 26. Martii 1653.

ARGUMENTUM.

Associatio competit ex clausula constituti. Donatarius quando teneatur ad debita donantis. Appellationis Judex quid possit.

SUMMARIA.

1 *Associatio debetur habenti clausulam constituti, Ampl. ut nu.* 2. *&* 3.

4 *Donatarius non dicitur tertius, nec singularis, sed universalis successor.*

5 *Donatarius tenetur ad debita donantis, Ampliat. ut num.* 6.

7 *Judex appellationis super pronunciato, & appellata tantum cognoscit, et nu.* 8.


9 *Judex appellationis cognoscit, an bene, vel male Judex à quo pronunciaverit.*

10 *Commissio causæ causam non diversificat, sed instantiam.*

11 *Ju-*

11 *Judex appellationis pronunciare potest etiam super novis ab eodem fonte dependentibus ex clausula, Quam, et quas.*

DECISIO LXX.



Die 27. Aprilis 1624. quondam Joannes Baptista Macchiavellus vendidit quondam D. Antonio Francisco de Comitibus alias de Ruffis tornaturas duodecim unius petiæ terræ majoris numeri tornaturarum positæ in Communi Spiritus Sancti Comitatus Bononiæ pro precio librarum 1200. cum pacto francandi infra septennium, & pacto constituti, quas eodem contextu Emptor venditori locavit pro eodem tempore, & annuo affictu librarum 72.

Cumque postmodum d. Antonius Franciscus emptor easdem tornaturas 12. vendiderit RR. PP. Santi Philippi Nerii, salva dicta locatione, & pacto francandi, & iidem PP. dicto pacto expirato, petierint contra Macchiavellum ad dictas 12. tornaturas associari, illisque se opposuerit Illustriss. D. Marchio Joannes Baptista Manginus dicti Macchiavelli donatarius universalis, adeo ut DD. Ignatius Maria, & Lucius Franciscus filii, & hæredes d. Antonii Francisci de Comitibus ad effugiendas novas lites cum dictis PP. ab eisdem easdem tornaturas reemerint una cum juribus consequendi affictus decursos, & non solutos, & successive contra D. Marchionem à R. P. Vicario Generali mandatum de associando obtinuerint, & ab eo commissa mihi fuerit appellatio per Emin. D. Card. Legatum cum clausula etiam, quam, & quas, & voto in decidendo Excellentiss. DD. Picotti, & Beccii coauditorum.

Hodie unanimiter d. pronunciam D. Judicis à quo confirmavimus, & mandatum etiam relaxavimus pro affictibus decursis, & non solutis.

1 Habenti enim clausulam constituti, ut habent actores, competit associatio, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 525. *num.* 6. *& par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 229. *num.* 6. *& post nostrum tract. mand. de manuten. dec.* 247. *num.* 6. *&* 20. *in fin. & dixi ibidem observ.* 20. *num.* 17. & in terminis filiorum, & hæredum, in quibus sumus, sentit *Rot. rec. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 191. *nu.* 2. *& seqq.*

2 quæ habet locum etiam contra tertium possessorem, ut habui *d. tract. ead. observ.* 20. *num.* 17.

3 & singularem successorem, *Rot. in Bononien. Census* 21. *Februarii* 1642. *coram R. P. Ghisilerio*,

4 quamvis D. Marchio donatarius omnium bonorum Macchiavelli debitoris non sit dicendus tertius, *Rot. apud Mangil. de subbast. dec.* 105. *num.* 2. nec singularis, sed universalis successor.

Valvimus etiam relaxare mandatum, & præceptum executivum pro affictibus decursis, & non solutis contra eundem D. Marchionem exequendum in aliis

5 aliis bonis donatis, quja donata-
rius tenetur solvere debita ante-
riora donantis, *Pen. dec.* 1068.
6 *nu.* 2. quod sine difficultate tran-
sit hoc casu, dum D. Marchio in
ipsa donatione ex pacto in se hoc
debitum assumpsit, & solvere
promisit, *l. legem C. de donat. quæ
sub mod. Bald. cons.* 143. *in princ.
lib.* 4. *Rot. in Urbevetana Restitu-
tionis Dotis* 22. *Maii* 1645. *coram
R. P. Peutingero*.
7 Nec obstat, quod Judex ap-
pellationis non possit cognoscere
nisi super articulo super quo fuit
pronunciatum, *Marcb. de comm.
par.* 1. *de comm. appell. in poss. salu.
et aliis* §. 2. *num.* 155. *Put. dec.* 184.
8 *lib.* 2. *juxta. veter. impress.* & ap-
pellatum, *gl. in clement. unic. de
cauf. poss. et propt. in verb. per ap-
9 pellationem*, & quo modo primus
Judex habuerit se in judicando,
an bene, vel male, *l. eos. in princ.*
10 *C. de appell.* nec causæ commisso
diversificet causam, sed instan-
tiam, *Rot. post.* 2. *vol. cons. Farin.
dec.* 201. *nu.* 4. & ideo non potue-
rit pronunciari super affictibus,
de quibus non fuit actum in pri-
ma instantia.
11 Etenim respondetur quod at-
tenta in commissione clausula,
Quam, & quas, ut hoc casu, po-
test appellationis Judex pronun-
ciare super novis prætensionibus
dependentibus ab eodem fonte,
ut in proposito, *Rot. divers. par.* 4.
dec. 16. *nu.* 1. *et* 2.

Et ita utraque &c.

SALVIANI, SEU INVENTARII.

Jovis 27. Martii 1653.

ARGUMENTUM.

Dotis assecuratio ob viri vergentiam ad inopiam an habeat vim. restitutionis. Inventarium hæredis à pluribus defenditur nullitatibus. Judęus an præsumatur dolosus, & an sit cum eo servandus rigor juris, vel æquitas. Judex, sententia lata, an possit illam declarare.

SUMMARIA.

1 *Filius hæres immiscens se in paterna hæreditate confundit proprias actiones.*

2 *Inventarium non legitime factum hæredi non suffragatur.*

3 *Dotis restitutioni non est locus, constante matrimonio, sed assecurationi, vel sequestrationi, seu administrationi, & num.* 6.

4 *Dotis ex assecuratione non immutatur dominium.*

5 *Dotis assecuratione facta in una re, non sequitur aliarum ab hypotheca liberatio.*

7 *Sententia non effectuata non attenditur.*

8 *Venditione rei viri per virum, & uxorem facta, pretio recepto, pretium ad virum pervenisse præsumitur, & uxorem intervenisse pro cautela, & liberatione ab hypotheca.*

9 *Dote, constante matrimonio, resti-*

restituta, an, & quomodo, illo soluto, locus sit novæ restitutioni, & num. 10. & 11.

12 *Inventarii hæredis requisita, & num. 17. 19. 26. 29. 42. 48.*

13 *Citatio creditorum, & legatariorum in confectione inventarii quando non requiratur, & sufficiat generalis, & nu. 14. 15. & 16.*

18 *Judeus Judæi hæres non tenetur in inventario apponere signum S. Crucis.*

20 *Subscriptio hæredis non requiritur in inventario apud acta, et coram Judice facto.*

21 *Subscriptio inventarii quare sit introducta.*

22 *Subscriptio inventari per hæredem facienda suppletur ex Notarii rogitu.*

23 *Fides Notarii super stylo non subscribendi inventaria quando suffragetur, et num. 24.*

25 *Subscriptio inventarii per hæredem facienda potest ex consuetudine remitti.*

27 *Testes in inventario hæredis adbibiti creditorum, et legatariorum loco præsumuntur in dubio tales, quales esse debent; et quando non requiruntur, et num. 28.*

30 *Descriptio mobilium in inventario non per sua signa, accidentia, qualitates, quantitatem, mensuram, pretium, de dolo non constito, non facit amittere inventarii beneficium.*

31 *Descriptio simplex bonorum quando excuset hæredem à pœnis omissi inventarii.*

32 *Inventarium inventum est, ne res occultentur.*

33 *Inventarium ut sustineatur, sufficit ut in eo aliquo modo res sufficienter demonstrentur.*

34 *In Inventario ut, qui cadit à syllaba, cadat à toto, nimis est durum.*

35 *In Inventario de consuetudine hodierna non ita exacte solemnitates adhiberi solent, nec tot utimur subtilitatibus.*

36 *Inventarium sat est conficere bona fide coram Judice, et testibus, ac citatis citandis.*

37 *Inventarium est modici præjudicii.*

38 *Descriptio librorum in confuso quando habeatur pro levi defectu, et libri non præsumantur alicujus momenti, et num. 39.*

39 *Præsumitur pro Judice, et quod adhibuerit diligentiam adhibendam.*

40 *Descriptio scripturarum in sacculo an suffragetur.*

41 *Inventarium hæredis non vitiatur ex omissione nominum debitorum, et creditorum, et num. 50.*

42 *Æstimatio bonorum an sit in inventario hæredis necessaria, & num. n. seqq.*

47 *In Inventarii confectione attenditur stylus loci.*

49 *Inventario addi debent, quæ sunt de novo reperta. Decl. ut num. 56. & seqq.*

51 *Cautela abundans prodesse debet, non nocere.*

52 *Descriptio crediti in genere quando in inventario sufficiat.*

53 *Exactionis confessio, & quietatio*

tatio in dubio intelligitur facta à confitente, non ab auctore.

54 *Præsumptio in dubio capienda est, quæ favet Reo.*

55 *Judicandum in dubio est contra eum, qui poterat apertius loqui.*

57 *Omissio non additionis inventario censetur facta per errorem, ignorantiam, simplicitatem, & bona fide, non dolosè, & mala fide, & pœnam ideo non meretur, nec tollit inventarii beneficium, & nu. 58. & 59. Lim. ut nu. 61. Decl. ut n. 62. Sub decl. ut n. 63.*

60 *Inventarium legitimè factum invalidatur ex solo dolo, & animo occultandi in præjudicium creditorum.*

64 *Dolus præsumptus, an aliis præsumptionibus elidatur, et n. 65.*

65 *Culpa potius, quam dolus præsumitur.*

66 *Inventarium in dubio præsumitur validum, & sustinendum est, & nu. 67.*

68 *Judicis præsentia, & decretum omnia supplet, & omnes præsumere facit solemnitates intervenisse. Ampl. ut nu. 69.*

70 *Inventarium fuisse confectum coram Judice, quomodo appareat.*

71 *Solemnitates facilius intervenisse præsumuntur ex Judicis præsentia.*

72 *Inventarii invaliditatis exceptio, altioris indaginis non impedit Salvianum, nec judicium executiuum, & nu. 73.*

74 *Exceptiones altioris indaginis non admittuntur in Salviano, nec quæ sunt turbidæ, & n. 75.*

76 *Judæi uti non baptizati non præsumuntur boni, sed fraudolentes. Contrarium nu. 78.*

77 *Contra Judeos, an sit servandus rigor, vel æquitas, et nu. 79. et 80.*

81 *Judæi non sunt in favorabilibus exclusi.*

82 *Judæi contra Christianos gaudent, et utuntur, prout ligantur, jure communi, et Statutis, ac consuetudinibus loci.*

83 *Cum Judeis quoad jus reddendum non est facienda differentia, nisi in casibus aliter expræssis.*

84 *Judæos quare Ecclesia tolleret, et nu. 85.*

86 *Judæi respectu fori temporalis non sunt apud Christianos personæ odiosæ.*

87 *Judæi in humanis actibus nobiscum participant.*

88 *Cum Judeis servanda est in judiciis æqualitas.*

89 *Judex per sententiam deffinitivam functus dicitur officio suo, nec potest illi addere, vel minuere.*

90 *Decisio videtur pars sententiæ.*

91 *Judex potest suam sententiam declarare in his, quæ pertinent ad animi sui declarationem, et dilucidationem, seu executionem actus et num. 92. Ampl. ut nu. 93. et 94.*

95 *Judicis mens talis præsumitur, qualis de jure esse debet.*

96 *Sententia Judicis intelligenda est juxtà juris communis dispositionem, et nu. 97.*

97 *Judex non debet esse lege durior.*

Kkk 98 Cre-

98 *Crediti in satisfactionem imputari non debet, nisi quod in effectu exigitur.*
99 *Hæres de quibus debeat rationem reddere.*
100 *Creditum non est excomputandum in creditis inexigibilibus.*

DECISIO LXXI.

Commissa nobis per Serenissimum D. Ducem Guastallæ causa ibi in Salviano mota, & instructa ex parte fratrum de Dinis Hebræorum pro consecutione Dotis, & Donationis propter nuptias quondam Annæ eorum matris in vim publici instrumenti obligationis de restituendo in omnem casum, restitutionis faciendæ quondam Nephtalim Jechiel eorum patris, & mariti respectivè contra D. Juniperam de Nigris, & prosecuta etiam deinde contra D. Capitaneum Jacobum Gnollum illius virum detentores quorundam bonorum stabilium antea de tempore obligationis, & post possessorum per d. Nephtalim, in sententiam venimus, ut Dini actores, qui sunt etiam hæredes beneficiati d. eorum patris debitoris (excomputatis in d. eorum credito dotis, & donationis, creditis paternis ex actis, de quibus in sententia, & actis, & aliis creditis in inventario descriptis, intelligendo tamen de exactis, & non alias, necnon valore bonorum hereditariorum, de quibus etiam in inventario, & actis per peritos communiter eligendos liquidando) sint pro residuo in possessionem dd. bonorum immittendi, prout immitti mandavimus, ad effectum retinendi, donec sibi ex fructibus fuerit integrè satisfactum, necnon, ut sit d. D. Cap. Gnollus, nunc solus detentor ob mortem secutam uxoris, condemnandus, ut condemnavimus, ad restituendum fructus liquidandos à die motæ litis, excomputandos pariter in d. eorum credito.

Non enim fuit controversa, nec controverti poterat extremorum ad obtinendum in Salviano probatio, nec quod Judæis non competat pro dote hypotheca etiam tacita, ut competere tradit, *Gratian. discept.* 658. *num.* 27. sed exceptum fuit, primo de restitutione dotis, constante matrimonio, secundo de confusione actionum ex immixtione in paterna hæreditate, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 668. *num.* 2. ex quo inventarium non suffragaretur, tamquam non legitimè factum, *Greg. XV. dec.* 496. *num.* 2. & non integrum, seu non de omnibus bonis, & tertio de satisfactione in ipsis bonis, & effectibus hæreditariis. 1 2

Quare quoad primam exceptionem deductam ex sententia super Annam matrem obtenta super adiudicatione quorundam bonorum ob viri vergentiam ad inopiam, præterquam quod illa non potuit esse dotis restitutio, cui nec etiam locus erat, constante matrimonio, *l.* 2. *ff. sol. matrim. l. unic. C. si dos const. matrim. sol. fit. l. tum notissimi, §. illud, C. de præscr.* 30. *ann. Ruyn. cons.* 41. *sub num.* 3. *lib.* 1. 3

lib. 1. *Roland. conf.* 9. *num.* 3. *lib.* 1. *Coccin. dec.* 257. *num.* 2. sed potuit
4 esse assecuratio, ex qua non immutatur dominium, *Merlin. de pignor. lib.* 3. *quæst.* 73. *num.* 56. *&*
5 65. & assecuratione facta in una re, non sequitur liberatio aliarum rerum viri ab hypotheca, *Capyc. dec.* 46. *num.* 3. *Giurb. ad consuetud. Messanen. cap.* 13. *gl.* 3. *num.* 10. *par.*
6 1. Vel potuit esse quædam sequestratio, seu in uxorem translata ex persona mariti bonorum administratio, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 613. *num.* 5. Respondetur, quod non constat de hujusmodi sententiæ adiudicationis execu-
7 tione, quæ propterea tamquam non effectuata non attenditur, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 79. *num.* 4. *&* *tom.* 3. *dec.* 787. *num.* 7. *&* *par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 172. *num.* 5. *&* *par.* 7. *dec.* 240. *num.* 12. & quod immo liquet de contrario, nempe, quod bona per sententiam adiudicata fuerunt à marito uti propria vendita, licet cum interventu etiam uxoris, pretio recep-
8 to, quod præsumitur totum ad virum pervenisse, & penes ipsum remansisse, & uxorem intervenisse pro cautela emptoris, & liberatione bonorum ab illius hypotheca, *Natt. conf.* 552. *num.* 2. *&* 6. *lib.* 3. *Rot. penes Zacch. de societ.*
9 *dec.* 3. *num.* 5. Et, quatenus posset dici dos, constante matrimonio, restituta, adhuc nihilominus, soluto deinde matrimonio per mortem viri, diceretur nata nova actio, & posset peti plenaria restitutio, *Natt. d. conf.* 552. *num.* 7. *Cutell. de donat. tract.* 1. *discur.* 3.
10 *partic.* 6. *num.* 58. non exstante restituta, nec probato, mulierem ex ea factam esse locupletiorem, *Natt. d. conf.* 552. *num.* 8. *&* *seqq.* *et Cutell. loc. cit.* quo casu de re 11
habita esset primo reddenda ratio, *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 345. *num.* 2.

Respectu autem secundæ exceptionis plura contra inventarium opponebantur, quorum singulis responsum fuit, &

Primo de defectu citationis 12
creditorum.

Cui responsum fuit, citationem non requiri, ubi, ut hoc casu, 13
nulli sunt creditores, vel legatarii, *Ang. in l.* 1. *§. hæc stipulatio, ff. si plus per leg. falcid. col.* 5. *in fin. vers. salvo, Roland. de invent. §. quid faciendum, num.* 5. *Balthax. Tomas. eod. tract. tit. de citat. cap.* 6. *num.* 83. *et* 108. & sufficere, non 14
constito de certis creditoribus, citationem generalem, ut hic, factam fuisse, *Rot. divers. par.* 4. *dec.* 195. *num.* 5. *Pen. dec.* 1447. *nu.* 17. & non vitiare omissionem ci- 15
tationis creditoris ignoti, seu illius, qui de illo tempore non erat creditor, & sic d. Capitanei Gnolli, & ejus Uxoris, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 126. *num.* 3. *et* 4. *vel creditoris conditionalis*, *Man-* 16
gil. de evict. quæst. 120. *num.* 10.

Secundò datum fuit de defe- 17
ctu signi Sanctiss. Crucis.

Sed id dictum fuit non esse at- 18
tendendum in Judæo hærede Judæi, *Tusch. in verb. inventarium*, *concl.* 349. *num.* 102.

Tertiò oppositum fuit de non 19
subscriptione ipsorum Dinorum hæredum.

Verum hoc tollitur, quia in- 20
ven-

ventarium confectum fuit apud acta, & coram Judice, *Tusch. in d. verb. inventarium, concl.* 349. *num.* 92. *et* 93. *Rot. diverf. par.* 4. *dec.* 195 *num.* 3. *quæ est Seraph. dec.* 371. *nu.* 2. *Cavaler. dec.* 584. *num.* 3. *et* 4. *Pen. d. dec.* 1447. *num.* 6. & quia,
21 cum subscriptionis usus introductus fuerit, ut cognoscatur actus
22 perfectio, & consumatio, sufficit, quod id, ut hoc casu, appareat ex rogitu Notarii, *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 331. *num.* 16. *et* 17. *et facit Duran. dec.* 387. *num.* 8. *et* 9. Et extat in processu publica fides Notarii illius Curiæ super stylo,
23 & consuetudine loci, quæ respectu non subscriptionis suffragatur, saltem quoad inventaria confecta, ut hoc, de quo agitur, apud
24 acta, & coram Judice, & sufficit hujusmodi stylus sic probatus, etiam quod dentur alia inventaria subscripta, ut illud subsitineatur, & transferatur onus probandi in adversarium, ut inventarium eo modo confectum fuerit declaratum invalidum, *Cavaler.*
25 *dec.* 584. *num.* 4. *et* 5. & poteſt hæredis subscriptio, uti nimis scrupulosa subtilitas, ex consuetudine remitti, *Cavaler. d. decis.* 584. *num.* 4.

Quartò fuit obiectum, quod alter ex testibus, qui intervenerunt loco creditorum, & legata-
26 riorum, non possideret stabilia, stante donatione.

At cessat obiectum in facto, quia donatio non est universalis omnium bonorum, & ex ipsa donatione apparet, quod donans sibi reservavit medietatem domus, & bubulcas 15. terræ, nec non facultatem testandi pro libr. 400. & in dubio hujusmodi testes 27
ex interventu, & decreto Judicis præsumuntur tales, quales esse debent, *Tusch. in d. verb. inventarium concl.* 349. *num.* 62. *in fin.* & nec requiruntur in inventario fa- 28
cto in judicio, seu apud acta, & coram Judice, *Tusch. ibid. nu.* 63. *et* 108.

Quinta fuit oppositio, quod descriptio mobilium, & credito- 29
rum esset generica, confusa, & non clara, & signanter descriptio librorum bancalium, quæ legitur sine librorum, & foliorum numero.

Cæterum, & hæc oppositio visa fuit non attendenda, tum quia descriptio videtur facta cum suis requisitis, tum quia de- 30
scriptio facta de mobilibus, sed non per sua signa, sive accidentia, & qualitates, hoc est cum illorum quantitate, qualitate, mensura, & pretio, de dolo non constito, non facit amittere beneficium inventarii, *Pen. d. decis.* 1447. *nu.* 11. & ex simplici etiam 31
descriptione bonorum, ubi non poteſt timeri de fraude, & distractione, ut non posse videtur hoc casu, excusatur hæres à pœnis omissi inventarii, quamvis non servaverit ad unquam formam, & solemnitatem à lege requisitam, *Duran. d. decis.* 387. *num.* 18 cum inventarium inventum sit, 32
ne res hæreditariæ occultari valeant, *Duran. ibid. nu.* 17. & suffi- 33
ciat, quod aliquo modo sufficienter res demonstrentur, *Cæs. Caren. resol.* 32. *num.* . & nimis du- 34
rum videatur, quod in eo, qui

cadit

cadit à syllaba, cadat à toto, *Put.*
dec. 267. *num.* 7. *lib.* 3. & maximè
35 quia hodie de consuetudine so-
lemnitates non ita exactè in in-
ventario adhiberi solent, *Caval.*
dec. 508. *num.* 7. *et decis.* 584. *num.* 5
nec utimur in eo tot subtilitati-
36 bus, sed satis est bona fide coram
Judice, & testibus, & citatis ci-
tandis, illud conficere, *Cavaler.*
37 *d. dec.* 508. *num.* 7. tamquam sit
modici præjudicii, *Put. d. decis.*
38 267. *num.* 7. *lib.* 3. Descriptio verò
librorum banchi in confuso habi-
ta fuit pro levi defectu, dum in-
tervenit Judex, & partita forma-
ta legitur cum verbis, libri vecchi
39 di banco, cum sit præsumendum,
illos non fuisse alicujus momen-
ti, & pro Judice, quod adhibuerit
eam diligentiam, quam adhibere
40 tenetur, ut in simili in terminis
scripturarum in sacculo, seu sac-
culis, *Rot. divers. par.* 4. *decis.* 195.
num. 4. *quæ est Seraph. dec.* 371. *nu.*
4. *& in alia coram Justo, quæ est*
post 2. *vol. conss. Farin. dec.* *&*
coram Coccin. dec. 151. *num.* 8. *quæ*
est etiam apud Marches. de commiss.
par. 1. *fol.* 731. *num.* 2. *& post d.* 2.
vol. conss. Farin. dec. *& in alia*
etiam penes Zacch. de obligat. ca-
mer. dec. 96. *num.* 10. Ultra quod
41 omissio nominum debitorum, &
creditorum inventarium non vi-
tiat, *Pen. d. dec.* 1447. *nu.* 9. *Surd.*
dec. 222. *num.* 9. *Cancer. var. resol.*
lib. 3. *cap.* 2. *num.* 39.
42 Sexta oppositio versatur circa
defectum æstimationis,
43 Sed huic responsum fuit, ve-
riorem esse opinionem, eam non
esse necessariam, cum clare, &
distinctè cum earum bonitate, &
qualitate res, ut hoc casu, descri-
buntur, *Corn. in l. fin. C. de jur. de-*
liber. Cagnol in l. si quis major, nu.
210. *C. de transact. Monticul. de*
invent. cap. 7. *num.* 3. *& in explica-*
tione tex. d. l. fin. num. 56. *Hond. cons.*
53. *num.* 7. *lib.* 1. *Cæsar Caren. d.*
resol. 32. *num.* 3. *in fin. & seq.* &
maxime stante consuetudine, 44
quod pretia non apponantur,
Bald. cons. 63. *num.* 3. *Cagnol. loc.*
cit. Cancer. var. resol. d. lib. 3. *cap.* 2.
num. 36. *&* 37. *Cavaler. d. dec.* 508
nu. 7. nisi sint res, quæ non possint 45
rectè designari, nisi facta earum
æstimatione, ut lapillus, *Cancer.*
loc. cit. num. 38. quæ consuetudo 46
viget etiam Guastallæ, ut ex fide
Notarii illius Curiæ, & inspectio-
ne plurium inventariorum ex ad-
verso productorum, & in materia 47
confectionis inventarii stylus lo-
ci attenditur, *Seraph. decis.* 915.
num. 5. *Duran. dec.* 387. *nu.* 1.

Septimo datum fuit de defe- 48
ctu non appositæ quantitatis cre-
diti contra fortilitium Urbanum,
& quod aliud creditum contra
Bortesium fuerit exactum in
majori summa, ex quibus ex par-
te Capitanei Gnolfi infertur ad
omissionem in non describendo
omnia, & præcipuè cum illa cre-
dita deinde exacta non fuerint
addita inventario, ut addenda 49
videbantur, *Cancer. var. resol. d.*
lib. 3. *cap.* 2. *num.* 48. *et seqq. et*
num. 63.

Verum, præterquam quod Di-
ni non tenebantur credita in in- 50
ventario describere, ut superius
ostensum fuit, & abundans cau- 51
tela in sic describendo eis prodes-
se debet, non autem nocere, *Rot.*
rec.

rec. par. 4. tom. 2. dec. 179. num. 20. et dec. 337. num. 14. & tom. 3. dec.
52 *715. num. 6.* Responsum fuit, quod creditum contra Fortilitium non potuit aliter describi, nisi prout descriptum fuit, in genere, & cum qualitate, Prætensi crediti, quia illud erat incertum, & litigiosum, & aderant desuper sententiæ contrariæ, atq; videtur hujusmodi solemnitati satisfactum, dum ex sic facta descriptione valebant interesse habentes de crediti qualitate, & quantitate quærere, & se informare. Creditum verò contra Bortesium fuit descriptum in solis libr. 403. pro residuo majoris summæ, & de tali tantum summa apparet subsecuta quietatio, & sic non constat in effectu concludenter, quod creditum tempore mortis patris, & descriptionis in inventario esset majoris summæ (licet hanc etiam majorem summam censuerimus fuisse per Dinos in credito dotis, & donationis excomputandam propter explicitam confessionem exactionis,
53 quia in dubio, de contrario non constito, exactio facta intelligenda videtur ab ipsomet confitente, & quietante, non ab auctore,
54 cum in dubio sit capienda præsumptio, quæ favet reo, *l. favorabiliores ff. de reg. jur. c. cum sint partium, de reg. jur. in 6. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 44. num. 1. Rot. recent. par. 1. dec. 170. num. 10.*
55 & judicandum contra eum, qui poterat apertiùs loqui *Rot. recent.*
56 *par. 4. tom. 2. dec. 413. num. 15.* Nec ad privationem beneficii jam ex inventario quæsiti videtur sufficere omissio additionis eorum, quæ postea ad notitiam, seu etiam ad manus hæredum devenerunt, *Phanut. de invent. par. 3. num. 46. Surd. dec. 222. num. 22. Cavaler. d. dec. 508. num. 8. Duran. d. dec. 387. num. 7. & 8. Pen. d. dec. 1447. num. 13.* cum omissio censeatur facta potius per errorem, 57
ignorantiam, simplicitatem, & bona fide, quam dolosè, & mala fide, *Greg. d. dec. 69. num. 3. Cavaler. d. dec. 508. num. 6. Pen. d. dec. 1447. num. 14.* quæ pœnam non 58
meretur, *Rot. recent. par. 6. dec. 181 num. 2. & 3.* nec tollit inventarii 59
beneficium, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. dec. 331. num. 21. Duran. d. dec. 387. num. 15.* quia dolus, & ani- 60
mus occultandi solus in præjudicium creditorum attenditur ad invalidandum inventarium aliàs legitimè confectum, *Cavaler. d. dec. 508. num. 8. in fin.* nisi conclu- 61
denter, & exactissimè probetur dolus manifestus, *Bellon. cons. 30. num. 6. Greg. XV. dec. 69. num. 2. Rot. recent. d. par. 6. dec. 181. num. 13. & 14. Duran. d. decis. 387. nu. 23.* quo etiam casu omittens te- 62
neretur ad solum duplum ejus, quod omisisset secundùm veriorem, & sequendam opinionem, *Tusc. in verb. inventarium, d. concl. 349. num. 41. & 43. & concl. 352. num. 6. Gulielm. de Bened. in c. Raynutius, in verb. mortuo itaq; testatore, num. 402. Put. dec. 267. num. 7. lib. 3. Rot. recent. par. 6. d. dec. 181. num. 4. 9. & seq. Surd. d. dec. 222. nu. 13.* nisi deficeret alia solemni- 63
tas, *Tusch. d. concl. 349. num. 42.* & dolus præsumptus posset aliis 64
præsumptionibus elidi, & removeri,

veri, si modo tales essent, quæ
inducerent animum Judicis ad
moraliter credendum, omissio-
nem non fuisse dolosam, *Duran.*
65 *d. dec.* 387. *num.* 17. & in dubio su-
mi deberet præsumptio in mitio-
rem partem, & potius præsumi
deberet culpa, quam dolus, *Greg.*
d. decis. 69. *num.* 11. *& ibi Add.*
num. 13.

Quibus omnibus accedit,
66 quod in dubio pro validitate in-
ventarii judicari debet, *Tomas. de*
67 *invent. tit.* 8. *cap.* 11. *num.* 224. &
maxime cum factum sit cum tot
solemnitatibus, *Rot. divers. par.* 1.
dec. 246. *num.* 6. illudque substi-
nendum est, ut valeat, & dicatur
legitimè factum, quantum potest
Tusch. in d. verb. inventarium, concl.
68 350. *num.* 4. *&* 6. & ex præsentia,
& decreto Judicis omnia supple-
ta censentur, & præsumun-
tur cum omnibus solemnitatibus
gesta, *Cavaler. d. dec.* 508. *num.*
5. 6. *et* 7. *vers. cæteri defectus, et*
num. 8. *in fin. Pen. d. dec.* 1447. *sub*
num. 5. *Rot. rec. par.* 4. *tom.* 2. *dec.*
69 126. *num.* 1. & maximè dum, ut
hic, manifestè apparet, inventa-
rium fuisse confectum coram Ju-
70 dice, quia in illius fine legitur in-
terpositio decreti ipsius Judicis
super omnibus præmissis, *Cava-*
71 *ler. d. dec.* 584. *in fin. princ.* & calo-
re præsentiæ Judicis facilius aliæ
solemnitates præsumuntur, *Rot.*
rec. par. 5. *tom.* 1. *d. dec.* 331. *nu.* 12.
72 atque in omnem casum exceptio
hæc invaliditatis inventarii est
altioris indaginis, & non debet
impedire immissionem in Salvia-
73 no, *Buratt. dec.* 420. *num.* 4. prout
non impedit judicium executi-
vum, *Rot. penes Zacch. de oblig.*
camer. dec. 96. *num.* 2. *quæ est Coc-*
cin. dec. cum & in Salviano sit
regula, quod in eo non admittan- 74
tur exceptiones requirentes al-
tiorem indaginem, *Scapucc. de*
Salv. lib. 2. *q.* 1. *num.* 1. *Greg. XV.*
dec. 563. *num.* 15. *Rot. divers. par.*
4. *dec.* 186. *num.* 8. seu quæ sunt 75
turbidæ, *Rot. rec. par.* 2. *dec.* 467.
num. 5.

Non obstat, quod Actores sint
Judæi, qui uti non baptizati non 76
præsumuntur boni, *Pacian. de*
probat. lib. 1. *cap.* 53. *num.* 37. &
ex hoc videatur in eis præsumen-
da fraus, & quod contra eos vi- 77
deatur servandus rigor juris, non
æquitas, secundum quam prædi-
cta videntur procedere, *l. placet.*
C. de Jud. Rot. Bonon. divers. sup.
Stat. dec. 94. *num.* 105. *Pacian. de*
probat. d. lib. 1. *cap.* 7. *num.* 40. *&*
cap. 63. *num.* 88. *Lancell. de attent.*
2. *par. cap.* 12. *limit.* 11. *num.* 8.
& 9.

Respondetur enim, esse etiam, 78
qui tenet pro præsumptione bo-
nitatis, ut *per Pacian. d. num.* 37.
& inter bonum, & malum dari
medium, & cum Judæis non esse 79
servandum rigorem, sed æquita-
tem secundum veriorem, & ma-
gis communem, *Natt. cons.* 620.
num. 6. *& seq. &* 17. *lib.* 3. *Farin.*
in fragment. in verb. Judæis num.
603. *&* 615. *Grat. discept.* 658. *nu.*
24. *& discept.* 842. *n.* 27. *Merlin. de*
legit. lib. 3. *tit.* 1. *quæst.* 7. *num.* 5.
Redenasc. cons. 39. *in fin. Rot. rec.*
par. 4. *tom.* 2. *dec.* 269. *n.* 33. *&* 34.
& quidem æquitatem etiam Juris 80
Canonici, *Grat. d. discept.* 658.
num. 24. cum ipsi non sint in favo- 81
rabi-

rabilibus exclusi, *Marches. de commiss. par. 3. de cōmiss. admiss. ad bon.*
82 *cess. §. 1. n. 69. in fin.* sed cōtra Christianos gaudeant, & utantur, prout & ligantur jure communi, & Statutis, ac consuetudinibus loci, *l. Judæi Romano. l. nemo Judæorum, & l. nemo exterum, cum l. seq. C. de Judæ. Paris. cons. 2. num. 9. lib. 4. Natt. cons. 620. num. 11. lib. 3. Merlin. de legit. d. lib. 3. tit. 1. q. 7 num. 2. 3. et 7. Marcb. ubi sup. num. 68. et 75. Rot. rec. d. dec. 269.*
83 *num. 2. 3. 20. 35. et 45.* nec cum eis quoad jus reddendum est facienda aliqua differentia, nisi in casibus aliter expressis, *d. dec. 269.*
84 *num. 4.* dum ob justas causas Sancta Mater Ecclesia illos tollerat, *Paris. d. cons. 2. num. 10. lib. 4. ead. dec. 269. nu. 5.* & præcipuè, quia
85 sunt memoria maximi fundamenti nostræ fidei, *Roland. cons. 25. num. 4. & 9. lib. 3.* propter
86 quam tollerantiam respectu fori temporalis non sunt personæ odiosæ, *Natt. d. cons. 620. nu. 21. Merlin. loc. cit. num. 6. d. dec. 269.*
87 *num. 6.* & in humanis actibus nobiscum participant, *d. dec. 269. num. 7. post Roland. d. cons. 25. nu. 14. lib. 3. Pacian. de probat. d. lib.*
88 *1. cap. 7. num. 38.* & servanda est cum eis in judiciis æqualitas, *Natt. d. cons. 620. num. 11.*

Quo vero ad tertiam exceptionem satisfactionis in bonis hæreditariis fuit in sententia ut supra provisum.

Nec obstat, quod decisio videatur plus continere, quam sententia, dum sententia mandat simpliciter per Dinos, ultra tria credita in ea expressa, excomputari alia credita in inventario descripta, de quorum exactione non constat, & in decisione additur, Intelligendo tamen de exactis, & non alias, & tamen 89
Judex, postquam sententiam definitivam tulit, sive benè sive malè, dicitur functus officio suo, & illius jurisdictio consumpta, nec potest sententię quidquam addere, vel minuere, *l. Iudex poste aquam. ff. de sent. & re judic.*

Quia, ultra quod decisio videtur pars sententiæ, & maximè 90
tamquam facta eodem tempore, & in continenti, Respondetur, quod Judex potest suam senten- 91
tiam declarare in his, quæ, ut hoc casu, pertinent ad animi sui declarationem, *Rimin. jun. cons. 487. num. 43. lib. 5.* & videtur sentire
Pen. dec. 978. num. 3. in fin. & in 92
his, quæ respiciunt dilucidationem, seu executionem actus, *Gratian. discept. 693. num. 11. 12. & 16.* Et eo magis cum decla- 93
ratio ista non contrarietur sententię, *Pen. dec. 1638. in fin.* et ha- 94
beat pro se pręsumptionem, *Gratian. discept. 938. nu. 11.* quia Judicis mens talis pręsumitur, 95
qualis de jure esse debet, *Rot. divers. par. 2. dec. 112. num. 3.* et illius sententia intelligenda est 96
juxta juris communis dispositionem, et ab eo interpretationem recipit, *d. dec. 112. nu. 2. & in rec. part. 1. dec. 319. num. 10. & par. 2. dec. 345. num. 3. in fin. Greg. dec. 176. num. 3.* et judicari debet se- 97
cundum censuram legis, qua Judex non debet esse durior, *Greg. dec. 282. num. 2.* De jure autem 98
non debet in satisfactionem crediti

diti imputari, nisi quod in effectu ad manus creditoris pervenit, et exactum ab eo fuit, *Zacch. ad Gallesf. de obligat. camer. q. 17. num. 37. & 38. & ibi Rot. dec. 26. num. 1. 4. & 6. quæ est Seraph.*
99 *dec.* 1455. et de eo tantum tenetur hęres rationem reddere, *Gregor. dec. 220. num. 2. & 3.* prout
100 nec illius creditum excomputandum est in creditis non exigibilibus, *l. Nesennius §. fin. ff. ad leg. falcid. Mangil. de imputat. q. 136. num. 85. in fin.*

Et ita utraque etc.

RECIPROCÆ

Lunæ 23. Junii 1653.

ARGUMENTUM.

Dispositio conditionalis conditione non existente evanescit. Substitutio plurium descendentium ad invicem, an inducat reciprocum fideicommissum de linea ad lineam.

SUMMARIA.

1 *Substitutio recipoca facta dicitur per verba, Invicem substituit.*

2 *Reciproca fideicommissaria sub conditione extincta dicitur ob conditionis defectum, et nu. 3. et 4.*

5 *Antecendenti destructo, corruit et quod ex eo sequitur.*

6 *Præsuppositum ubi non verificatur, nec verificatur dispositum.*

7 *Dispositione prima deficiente, deficit et secunda illi subordinata.*

8 *Probibitioni de non alienando quando non dicatur factus locus.*

9 *Substitutio plurium descendentium ad invicem non inducit reciprocum fideicommissum, seu de linea ad lineam, sed descensivum tantum, et num. 11. Ampl. ut nu. 9. 10. 12. et seqq. Contrarium num. 26. Decl. ut nu. 27. et 28.*

15 *Clausula codicillaris est accessoria, et confirmat, non ampliat dispositionem.*

17 *Probibitio alienationis regulatur, et restringitur juxta terminos præcedentis fideicommissi Ampl. ut nu. 18.*

18 *Verba, et propterea, non stant de per se, et principaliter, sed secundario, et in consequentiam, ac illative ad præcedentia.*

19 *Probibitio alienationis quando sit accessoria ad præcedens fideicommissum.*

20 *Probibitio alienationis restricta ad simplex fideicommissum non facit illud esse reciprocum de linea ad lineam et num. 22. Ampl. ut num. 21.*

23 *Fideicommissum novum quando non sit inducendum.*

24 *Reciproca substitutio fideicommissaria non est admittenda, nisi quatenus pernecesse colligatur ex verbis, vel coniecturis.*

25 *Substitutio fideicommissaria interpretatur ab institutione.*

28 *Verba, Instituit, nominavit, et esse voluit, sunt directa, & non possunt trahi ad fideicommissum.*
29 *Reciproca inter descendentes facta unica oratione, & capitulo an extendatur de linea ad lineam, & num. 30. et 31.*
32 *Vocati si sint ad aliquam portionem minus dilecti, eo magis intelligi debent ad eandem vocati magis dilecti, Ampl. ut nu. 33. Decl. ut nu. 38.*
34 *Descendentes Testatoris sunt, & fœminæ, & nati ex eis, et num. 35.*
36 *Descendentium Testatoris favore facilius inducitur fideicommissum reciprocum de linea ad lineam, et facilius, quam extranei vocantur ad portiones patruorum, et num. 37.*
39 *Testator non debet decedere pro parte testatus, et pro parte intestatus.*

DECISIO LXXII.



ANNO 1528. Bartholomeus Carisius in ejus, cum quo obiit, testamento disposuit, ut infra, videlicet.

In omnibus &c. d. Testator sibi hæredem universalem quoad usum, & usumfructum tantum, & sic hæredem usufructuariam præfatam D. Dialtam ejus uxorem, donec vidualiter vivet, & non ultrà, instituit, nominavit, & esse voluit, quo vero ad nudam proprietatem sine aliquo usufructu, durante naturali, & viduali vita d. D. Dialtæ, scilicet ipsa D. Dialta decedente, vel iterum se nubente, quoad proprietatem, usum, & usufructum, & pleno jure sibi hæredes universales instituit, nominavit, & esse voluit DD. Margaritam, & Lauram filias legitimas, & naturales ipsius Testatoris æquis portionibus, & in capita, & prædefunctæ tunc, seu prædefunctarum filios legitimos, & naturales in stirpes, & eas, & earum descendentes legitimos, & naturales invicem substituit vulgariter, & per fideicommissum, & omni &c. salua gradus prærogativa, Et propterea prohibuit alienationem suorum bonorum stabilium, & omne genus, & omnem speciem alienationis fieri, posse, vel debere in, & de bonis immobilibus, & stabilibus hæreditatis ipsius Testatoris &c. Et ubi, & quando dd. Margarita, & Laura prædecederent, vel alias quandocunque decederent sine aliquibus filiis legitimis, & naturalibus, substituit d. Dialtam earum matrem, si tunc ipsa D. Dialta vivet, alias autem filios, & descendentes mares legitimos, & naturales Marci de Canova de Terra Sassuni Comitatus Bonon. vulgariter, & per fideicommissum, ut supra &c.

Margarita, altera ex filiabus, & hæredibus proprietariis, & deinde

indè pleno jure d. Testatoris, nupsit Antonio de Pontellis, ex quibus orti fuere Alexander, & Marcus Antonius, qui obierunt, post se relictis Cæsare, & Alexandro juniore filiis d. Marci Antonii, professis in Religione Reu. PP. Theatinorum respectu Cæsaris sub nomine R. P. Michaelis, & respectu Alexandri sub nomine R. P. Vincentii, cum quibus ad Religionem, & Monasterium, seu Congregationem, & eorum locum S. Bartholomæi Bononiæ transivit etiam Prædium hæreditarium d. Testatoris, quod venditum à dd. PP. fuit q. Joanni Francisco Zambono, & deinde ab Emerentiana ejus filia q. Julio Cæsari Medosio, cui successerunt Julius, Camillus, & fratres de Canova.

Hinc DD. de Mandinis, & litis consortes descendentes, ut prætendunt à Laura altera filia, & hærede præfati Testatoris, & credentes, se in vim reciprocæ vocatos esse ad portionem etiam Margheritæ cohæredis, & ad eorum favorem illam purificatam fuisse in vim d. testamenti, Immissionem ad d. Prædium intentarunt, & sententiam desuper obtinuerunt à D. Auditore Generali.

In cujus revisione in gradu appellationis in hac Rota introductæ censuimus, sententiam esse revocandam, tamquam injustam, & reos conventos esse ab impetitis absolvendos, prout revocavimus, & absolvimus respective.

Quia, quamvis per verba, Invicem substituit, dicatur facta 1 reciproca, seu breviloqua substitutio, *Bart. in l. Lucius, num. 4. ff. de vulg. & pupil. substit. ubi Alex. num. 10. in princ. & Rip. num. 13. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 4. nu. 1. vers. idem est. Menoch. præsumpt. 59. nu. 4. lib. 4. Intrighol. de substit. centur. 2. quæst. 50. num. 1. Mart. de success. leg. par. 4. quæst. 29. art. 1. num. 1.* Attamen, cum vocatio filiorum, & descendentium, in quibus sumus, facta fuerit in locum suarum matrum si ipsæ scilicet matres prædecessissent Testatori, & sic cum ista conditione, sequitur, ut recipro- 2
ca fideicommissaria inter eosdem facta habeat, eandem conditionem, quæ extincta fuit, seu non fuit purificata per existentiam ipsarum matrum filiarum Testatoris, tempore ipsius mortis, & 3
ut ex hoc hæc quoque reciproca tunc expiraverit, *l. unic. §. fin autem sub conditione. C. de caduc. toll. l. si mater. §. fin. & l. qui habebat. ff. de vulg. & pupill. Rolan. cons. 56. num. 13. lib. 3. Buratt. cons. 1. num. 3. & 5. lib. 1.* & in puncto de sub- 4
stitutione facta ei, qui vocatur sub conditione, si suus parens moriatur ante obitum testatoris, quod expiret, si conditio hujusmodi non fuerit verificata, consulvit *Ancbar. cons. 137.* quem sequuntur *Ruyn. cons. 180. num. 7. lib. 2. Menoch. cons. 399. num. 16. & 17. cons. 864. num. 19. vers. respondetur secundo, Bero. cons. 98. lib. 2. Sim. de Præt. de interpræt. ult. volunt. lib. 3. fol. 371. col. 1. num. 2. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 31. Fusar. eod. tract. quæst. 456. num.* 8.

8. *Gratian. discept. 659. num. 18. & 19. Rot. diverſ. par. 2. dec. 230. & in recent. par. 1. deciſ. 519. & par. 2. deciſ. 538. & par. 6. dec. 274. num. 13. 14. & 15. & dec. 348. nu. 4. & 5. & Duran. dec. 339. nu. 31. & ſeq.* quoniam antecedenti deſtructo, corruit etiam id, quod ex eo ſequitur, *Rot. recent. par. 7.*
6 *dec. 261. num. 11.*, & ubi non verificatur præſuppoſitum, nec verificatur diſpoſitum, *Seraph. dec.*
7 *1216. nu. 12.*, & deficiente prima diſpoſitione, deficit ſecunda illi ſubordinata, *Roland. conſ. 57. nu. 56. lib. 3 Giuagn. conſ. 80. n. 32. lib. 1.* atque deſtructo medio, per quod neceſſario pervenitur ad finē, deſtruitur, & ipſe finis, *Roland. d. conſ.*
8 *57. nu. 57. lib. 3.* adeout nec dicatur factus locus prohibitioni de non alienando, ubi non eſt factus locus caſui, cui ea fuit adiecta, *Duran. deciſ. 40. num. 39.*

Præterea ſimplex ſubſtitutio plurium deſcendentium adinvi-
9 cem, ut hoc caſu, non inducit inter ipſos reciprocum fideicommiſſum, ſeu de linea ad lineam, dum maximè non leguntur verba, In perpetuum, vel, In caſum mortis, neque concurrunt verba explicantia tempus futurum, nec facta eſt hæredum mentio, ut per *Socin. ſen. conſ. 104. col. 2. lib. 3. Menoch. conſ. 86. num. 67 & conſ. 730. num. 4. Odd. conſ. 46. & conſ. 68. in princ. Mart. d. tract. de ſuc ceſſ. leg. par. 4. quæſt. 21. ar. 3. num. 13. & 14. & alleg. per Rot. recent. par. 2. deciſ. 344.*
10 *nu. 4.* ubi de magis recepta; Vel immo etiam quod adeſſent verba perpetuitatem denotantia, *Ruyn. conſ. 144. lib. 2. Cephal. conſ. 17 lib. . . Vegg. conſ. 74. Mart. loc. cit. quæſt. 29. art. 4. num. 16. & ſeqq. Fuſar. de fideicomm. quæſt. 475. nu. 1. 11. & ſeq. Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 287. num. 21. & par. 5. tom. 2. deciſ. 467. num. 10.* ſed ſemper 11
in dubio ſubſtitutio facta intelligitur diſcretivè de propriis filiis, & deſcendentibus unicujuſque inſtituti, non autem de aliis, *Rot. diverſ. par. 4. dec. 466. nu. 2. quæ eſt Seraph. deciſ. . . . & in recent. par. 4. tom. 2. dec. 287. num. 4. & 7.* & ſignanter, dum Teſtator verba 12
direxit ad deſcendentes filiarum, non autem ad deſcendentes ipſiuſmet Teſtatoris, *Fuſar. d. q. 475. num. 45.* Et quidem etiam ſi 13
adeſſent verba, Eiſdem, & cuilibet ipſorum ſubſtituit eorum, & cujuslibet ipſorum filios, & deſcendentes, quia, & ea intelligerentur diſcretivè, ſingula ſingulis referendo, hoc eſt, ut cuilibet decedenti cenſerentur ſubſtituti proprii cujuslibet filii, & deſcendentes *d. dec. 466. num. 2. verſ. non obſtant. & in recent. par. 4. tom. 2. dec. 287. num. 3.* Et etiam ſi con- 14
ſiderata eſſet agnatio, quia intelligeretur reſpectu deſcendentiæ cuiuslibet lineæ, & ad expreſſum gradum reſtricta, *Fuſar. d. q. 475. num. 21. & d. dec. 466. num. 5. & 6. Rot. recent. par. 5. tom. 2. dec. 467. num. 4.* Atque etiam ſtante clau- 15
ſula codicillari, quoniam illa uti acceſſoria confirmat, non ampliat diſpoſitionem, *Mart. d. q. 21. art. 3. num. 15. & 16. Seraph. dec. 1216. num. 13.* Et non obſtante 16
prohibitione alienationis, *Fuſar. d. q. 475. num. 16. Mart. d. tract.*

par.

par. 4. q. 29. art. 4. nu. 4. & 6. cum
17 ea reguletur juxta terminos fideicommissi præcedentis, *Mart. d. num. 6. in fin. Fusar. loc. cit.* & ad illos restringatur, *Seraph. d. decis.*
18 1216. & signanter quia legitur in casu nostro concepta sub verbis, Et propterea, quæ non stant de per se, & principaliter, sed secundariò, & in consequentiam, ac illative ad præcedentia, *Bero. cons. 51. num. 17. lib. 3. Rolan. cons. 15. num. 5. lib. 3. Barz. dec. 128. nu. 10.*
19 & sic ea quoque est accessoria ad præcedens fideicommissum, ad *Dec. cons. 636. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 103. num. 8. & 9. Rot. divers. par. 1. dec. 568. num. 9. & par. 6. recent. dec. 272. num. 16. Seraph. dec. 883. num. 5. & Beltram. ad Greg. dec. 433. num. 22.* Vnde
20 hæc prohibitio alienationis restricta ad simplex fideicommissum non facit illud esse reciprocum de linea ad lineam, *Mart. d. tract. de success. leg. par. 4. art. 3. nu.*
21 28. & maxime cum verba non sint directa ad proprios descendentes Testatoris, sed ad descendentes filiarum, *Fusar. de substit.*
22 *q. 689. num. 3.* quod operatur, ut quilibet hæredum videatur potius prohibitus alienare gratia suorum liberorum, ad quos hæreditas est perventura, quam gratia cohæredis, *Mart. d. num. 28. &*
23 33. Nec, quando dispositio potest parere effectum absque eo, quod inducantur nova fideicommissa, debet illa novum fideicommissum inducere; *Fusar. de fideicomm. q. 475. num. 7. Rot. divers. d. par. 4. dec. 466. num. 2. vers. non obstant, & dec. 490. num. 2. & 3. & in recent. par. 4. tom. 2. d. dec. 287. num. 18. & 22.* Nec est admittenda reciproca substitutio fideicommissaria, nisi quatenus pernecesse colligatur ex verbis, vel coniecturis, *Fusar. de fideicom. q. 471. num. 1. Rot. recent. par. 1. dec. 145. num. 6. & par. 3. decis. 390. num. 6.* 24

His accedit, quod substitutio fideicommissaria interprætationem ab institutione recipit, *Jas. cons. 143. num. 18. lib. 4. Curt. jun. cons. 91. num. 8. Redenasc. cons. 58. num. 27. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 68. vers. quia fideicommissaris, Mascard. de probat. concl. 1345. et 1352. num. 17. in fin. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 1. num. 20. Fusar. de fideicom. q. 12. num. 2.* Unde Mandini, & litis consortes non possunt prætendere, nisi successionem in portione, in qua fuit instituta Laura, cujus se faciunt descendentes. 25

Non obstat *Rot. rec. d. dec. 344. par. 2.* quæ est repetita etiam *par. 1. dec. 320.* in qua fuit tentum pro reciproca inter descendentes de linea ad lineam. 26

Quandoquidem respondetur d. decisionem procedere, quando Testator usus fuisset in institutione non solum verbis directis, sed etiam communibus, ita ut inconveniens non esset, illa obliquare, ut in *ead. dec. 344. nu. 6. & tradit Gratian. discept. 774. num. 30. & seqq.* sed in præsenti casu Testator usus fuit verbis, Hæredes proprietarios instituit, nominavit, & esse voluit Margaritam, & Lauram &c. quæ sunt directa, & quæ secundum 27 28

eorum

eorum propriam naturam impossibile est, quod trahantur ad fideicommissum, quia à principio jure directo valere potuerunt, *d. dec.* 344. *num.* 5. *et Gratian. d. discept.* 774. *num.* 29.

Neque etiam refragatur, quod vocatio descendentium per reciprocam sit facta unica oratione,
29 & capitulo, quo casu videtur reciproca extendenda de linea ad lineam, *Fusar. d. q.* 475. *nu.* 23.

Namque, præterquam quod
30 Fusarius loquitur, quando agitur de vocatione in infinitum, seu in
31 perpetuum, Respondetur hanc assertionem, & distinctionem jure non probari, & esse contra communem opinionem, ut tradit *Mart. d. tract. de success. leg. par.* 4. *quæst.* 29. *art.* 4. *num.* 19. *in fin.*

Quemadmodum non obstat, quod, sicuti in casu deficientiæ Margaritæ, & Lauræ sine filiis in utriusque portione successisset Dialta mater illius substituta, si supervixisset, vel alias filii, & descendentes Marci Antonii de
32 Canova, ita, & eo magis succedere debeant inter se earum descendentes utriusque lineæ, uti magis dilecti, ad *Giovag. cons.* 79. *sub nu.*
33 39. *lib.* 1. & eo fortius dum agitur de descendentibus Testatoris,
34 ut sunt non solum fœminæ, *Greg. dec.* 293. *num.* 5. & ibi *Add. nu.* 20. *& in recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 175.
35 *num.* 23. *& dec.* 368. *num.* 6. sed etiam ex fœminis nati ex magis communi, *Fusar. de substit. q.* 325.
36 *num.* 3. *et* 4. *in fin.* quorum favore facilius fideicommissum reciprocum inducitur de linea ad lineam *Giovagn. d. cons.* 79. *num.* 40. *Fusar. d. q.* 475. *num.* 20. & qui facilius, quam extranei vocantur ad 37
portiones patruorum, *Greg. dec.* 337. *in fin.*

Respondetur enim, obiectum 38
potuisse applicari in descendentibus substitutis in infinitum, ut in his terminis declarat, *Fusar. d. q.* 475. *num.* 26. ubi *num.* 27. dat etiam contrarios contra obiectum tenentes, in quo casu nos non sumus; Atque viget tunc in substituto in defectum descendentium diversa ratio, ne scilicet 39
Testator dicatur decessisse pro parte testatus, & pro parte intestatus, *Greg. dec.* 542. *num.* 6. *Pen. dec.* 1013. *num.* 6.

Et ita utraque, &c.

PRÆTENSÆ RESCISSIONIS VENDITIONIS.

Junii, & Veneris 19. Decembris 1653.

ARGUMENTUM.

Loci Visitationi locus est etiam post rem judicatam. Sententiæ ex actis non justificatæ non sunt uti conformes exequendæ. Quæ probationes requirantur ad obtinendum in remedio, *l.* 2. *C. de rescind. vendit.*

SUMMARIA.

1 *Appellatio si sit frivola, frivolam reddit etiam inhibitionem.*

2 *Accessus ad locum differentiæ admit-*

sunt secundum subjectam materiam.

44 *Reo sufficit offuscare, et dubiam reddere probationem actoris.*

45 *Reo potius in dubio favendum est, quam actori.*

47 *Testibus affectate deponentibus, et adinserviendum inducenti non est danda fides.*

48 *Testes consanguinei, an probent.*

49 *Periti æstimatio debet esse secundum communem æstimationem.*

50 *Periti æstimatio non probat valorem de præterito.*

51 *Remedio l.2.C.de rescind.vend. non est locus, stante perseverantia, et contractus ratificatione ex precii residui receptione.*

52 *Ratificatio venditionis inducitur ex precii receptione.*

53 *Emptoris est electio in remedio l.2.C.de rescind.vend. an velit rem restituere recepto precio vel eamdem retinendo pretium supplere.*

DECISIO LXXIII.



ENDIDIT Augustinus de Collis sub die 2. Septembris 1636.quondam Melchiorri fratri ejus medietatem omnium bonorum inter eos communium consistentium in quatuor terræ petiis cum domo in Communi Casaliæ, & Paderni, nec non in mobilibus, instrumentis ruralibus, & animalibus pro pretio lib. 4575. cujus libr. 2700. relaxavit in manibus emptoris partim pro satisfaciendis pro ejus rata communibus creditoribus, & partim pro extinguendis particularibus debitis ejusdem venditoris, certamque quantitatem emptor solvit in contanti, & residuum exbursare promisit, ut in instrumento desuper tunc confecto, quod postea numeratum fuit sub die 11. Januarii 1638. ut in alio instrumento.

Dicto Melchiorre emptore mortuo, præfatus Augustinus movit de anno 1646. judicium contra Lucam, & fatres filios, & hæredes ipsius Melchiorris ex remedio *l. 2. C. de rescind. vend.* prætendens etiam in divisione non fuisse habitam rationem cujusdam quantitatis syrici valoris in totum libr. 2200. & examinatis testibus, ac facta relatione per ejus peritum æstimatorem in contumaciam partis, quod petiæ terræ arrativæ essent valoris libr. 400. pro qualibet tornatura, & quod tornaturæ possent esse 42. circiter, nulla tamen facta mensuratione, ac quod petiæ terræ buschivæ essent in corpus valoris libr. 600. sententiam obtinuit condemnatoriam dd. fratruum ad sibi restituendum omnia bona vendita dicti Melchiorri una cum fructibus à die motæ litis, pro illa tamen rata, & parte, in qua idem Augustinus in venditione prædicta læsus fuit, facta tamen per ipsum restitutio-

tutione pretii accepti, & compensatis, & bonis factis hinc inde de jure compensandis, & bonis faciendis; Vel alias ad supplendum justum pretium veri valoris bonorum venditorum, & prædicta omnia juxtà liquidationem faciendam. Quæ deinde in gradu appellationis confirmata fuit, non obstante, quod ab alio perito in secunda instantia ad mensurandum formiter electo, facta mensuratione, relatum fuisset, terræ petias esse tornaturarum 24. & tabul. 54. & p. 52. & ulterius ex parte reorum conventorum facta fuisset oblatio de bonis dimittendis, facta sibi restitutione pretii.

Perventa demum causa ad hanc Rotam in tertia instantia, etiam per viam commissionis cum clausula, Constito, quod sit locus statuto de duabus conformibus, exequatur, sin minus causam appellationis cognoscat, & facta loci visitatione, ex quo inter partes controvertebatur, an sub d. mensuratione comprætenderentur omnes petiæ terræ arativæ, resolutum fuit, non constare de conformibus, quæ sint exequendæ, sed sententias esse revocandas, & reos conventos absolvendos, prout revocatæ sententiæ essent, & Rei absoluti, nisi supervenisset ex parte ipsius Augustini asserta inhibitio prætensæ appellationis Illustrissimi A. C. à decreto accessus ad locum differentiæ, quam ob reverentiam attendere voluimus, quamvis essemus in appellatione, & inhibitione friuola, & per multum tempus retenta, & calumniose præsentata in terminis ferendæ deffinitivæ sententiæ, eratque appellatio friuola, & suc- 1
cessive etiam inhibitio, quia probatio per facti evidentiam ad- 2
mittitur ad docendum etiam de iniquitate sententiæ, quæ transiverit in rem judicatam, *Bald. in l. 1. in fin. C. sent. rescind. non poss. Alex. cons. 63. num. . . lib. 4.* ubi ad effectum mensurationis, *Afflict. de feud. tit. de pact. juram. firmam. §. Judicis vero, sub nu. 13.* ad quem se remittit *Contard. de moment. poss. limit. 9. nu. 57.* & ma- 3
xime sumptibus petentis, ut evenit hoc casu, juxta Rotales Constitutiones num. 372. & 455. cum similis sententiæ executio retar- 4
detur ex oblatione probationum in continenti, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 912. Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 435. num. 9. & 12. & inter divers. etiam par. 4. decis. 89. num. 3. & seqq.* etiam stante com- 5
missione executoriali, quatenus executioni locus sit, quia Reus 6
ad effectum, ut non sit locus executioni, potest id probare ex novis, quæ tendant ad corroborationem probationis antiquæ, & etiam ex mere novis, *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 121. num. 21. Beltram. ad Greg. dec. 581. nu. 12. Add. ad Baratt. decis. 650. nu. 12. & Rot. post Pacific. de salv. decis. 64. num. 4. & 6.* quidquid aliud 7
sit in Actore, *Marescott. loc. cit. num. 20. Beltram. ad Greg. d. decis. 581. num. 11. & Rot. post Pacific. d. decis. 64. nu. 1. & seqq.* nisi aga- 8
tur de novis juribus, & probationibus ad elidendum novam pro-

bationem, & exceptionem Rei, *Beltram. ubi proxime num.* 12. *& Add. ad Buratt. d. decis.* 650. *num.* 19. *& Rot. post nostrum tract. de subhast. decis.* 11. *num.* 24. *& decis.* 111. *num.* 15.

Ratio resolutionis fuit, quia, quamvis forsan in præsenti causa posset applicari dispositio Statuti *lib.* 2. *in rubr. de appell. §. prohibemus, & in rubr. de arbitr. Potest. in*
9 *fin.* secundam tollens appellationem in causis præsertim pupillorum activè, & passivè, cum talis tempore cœpti judicii esset unus
10 ex dictis reis conventis, quod videtur sufficere, etiamsi pendente lite pupillus ad adultam ætatem pervenerit, juxta *d. Statutum in d. rubr. de arbitr. Potestat. §. &*
11 *insuper providemus*, & Statutum compræhendere, & afficere respectivè etiam litis consortes non pupillos, *Rot. Bonon. sup. Statut.*
12 *dec.* 43. *num.* 7. *&* 8. attamen conformes, & super illarum executione rescriptum non attenduntur, ubi sententiæ non justificantur ex actis, *Gratian. discept.* 581. *num.* 22. *& Rot. recent. par.* 6. *dec.*
13 132. *num.* 1. *&* 2. prout justificari debent, *Rot. divers. dec.* 278. *nu.* 1.
14 *&* 2. alias dicuntur notorie iniustæ, *Grat. discept.* 725. *nu.* 34. *Greg. dec.* 1. *num.* 4. *et* 6. & ibi *Add. nu.* 7. *dec.* 264. *num.* 4. *dec.* 330. *num.* 3. *dec.* 689. *num.* 2. *Rot. recent. par.* 2. *dec.* 277. *num.* 1. *et dec.* 659. *nu.* 16. *et par.* 3. *dec.* 173. *num.* 2. *dec.* 409. *num.* 3. *et dec.* 524. *num.* 6. *et par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 127. *num.* 2. *et par.* 7. *dec.*
15 94. *num.* 43. & nullæ, *Rot. divers. par.* 4. *dec.* 116. *num.* 13. *et dec.* 278.
16 *num.* 3. & non sunt exequendæ *Greg d. dec.* 689. *num.* 2. & quod sententia sit iniusta, si ex actis 17
probatoriis illius justitia non appareat, & hinc executioni non demandanda, tradit *Put. dec.* 401. *num.* 2. *lib.* 1. *juxta veter. impress. Rot. divers. par.* 4. *dec.* 77. impedi- 18
turque executio rei judicatæ, & trium etiam conformium iniustitia notoria, *Buratt. dec.* 251. *nu.* 9. nec, ubi Statutum tollit appella- 19
tionem, appellatio sublata censetur, quando quis manifeste gravatur, *Lancell. de attent.* 2. *par. cap.* 12. *limit.* 8. *num.* 29. Statutumque 20
de duobus conformibus intelligitur de validis, & justis, *Gilian. ad Statut. Perus. in verb. appellatio num.* 5.

Quod autem sententiæ, de quibus agitur, non justificentur ex actis, & probationibus, patet quoniam ad effectum rescinden- 21
dæ venditionis ob utilitatem precii, & læsionē de tempore venditionis ultra dimidiam, requiritur concludens, & plena probatio, nec sufficit dubia præsumptiva, vel per possibile, *Thomat. dec.* 50. *num.* 80. *Buratt. dec.* 538. *num.* 1. *Rot. divers. par.* 4. *dec.* 553. *num.* 3. 7. *&* 8. *& in recent. par.* 2. *dec.* 457. *num.* 1. *& par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 253. *num.* 18. faciuntque relata per me *in d. tract. de subhast. insp.* 60. *nu.* 1. *& seq.* nec maxima læsio præsu- 22
mitur, sed est ab allegante probanda, *Rot. divers. par.* 4. *dec.* 86. *num.* 11. *et* 12. utque venditio ex 23
modicitate precii evanescat, requiritur, ut sit ultra dimidiam justi precii, *Pinel. ad d. l.* 2. *par.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. *C. de rescind. vend. Pen. dec.* 282. *num.* 2. *et. dec.* 278. *num.*

num. 1. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *d.*
24 *dec.* 253. *nu.* 13. cum alias infra d. summam in foro exteriori licitum sit contrahentibus invicem se decipere, *d. dec.* 253. *nu.* 9. *Scacc. de commerc.* §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampl.* 10. *num.* 2. & sunt *tex. in l. item si pretio,* §. *fin. ff. loc. l. in causa, la* 2. *ff. de minor.* & *l. non idcirco, C. de rescind. vend.* quidquid aliud sit in foro conscientiæ, *Cagnol. in d. l.* 2. *num.* 33. *C. de rescind. vend. Scacc. loc. cit. num.* 41.

Probatio vero, in qua vim facit Augustinus, consistit in prætensa probatione annuorum redituum, & fructuum, qui percipi-
25 untur ex dd. terris, secundum quorum æstimationem valor rei immobilis probatur, *Jas. in l. si fundum per fideicommissum,*
26 *num.* 2. *ff. de leg.* 1. saltem si aliter probari non possit, *Mascard. de probat. in verb. æstimatio. concl.* 651. *num.* 4. & hanc probationem prætendit fecisse, prout
27 fieri potest, per depositiones testium, *Mascard. d. tract. in verb. valor. concl.* 1404. *num.* 5. quo facta probatione, probatum dicitur justum pretium in d. remedio *l.* 2.
28 *C. de rescind. vend.* cum justum pretium illud sit, quantum capiunt fructus, illos multiplicando in 20. vel 25. annis, *Jas. in d. l. si fundum per fideicommissum nu.* 5. *ff. de leg.* 1, *Rot. diversf. par.* 2. *dec.* 116. *num.* 1.
29 *Buratt. dec.* 675. *num.* 9. adeo ut testis, qui deponat, rem tantum valere, eo quia de ipsa percipiuntur tot fructus singulo anno, qui ascendunt ad tantum, bonam rationem reddat, *Jas. ibid. num.* 2.

Sed tamen ex prætensis probationibus bene ponderatis concludens probatio desumi non potest, quia non fuit articulatum, nec probatum, prout articulan- 30
dum, et probandum erat, quod ex bonis, de quibus agitur, de tempore venditionis percipiebantur communiter tot fructus tanti valoris, *Mascard. d. tract. in verb. æstimatio. concl.* 651. *nu.* 2. *et* 5. *et concl.* 656. *n.* 4. *et in verb. fructus concl.* 817. *num.* 2. *et in verb. valor. concl.* 1404. *num.* 5., & quod fundus tanti redditus in eo loco, 31
& regione est tanti valoris communi æstimatione, *Mascard. d. concl.* 1404. *num.* 5. & *ego habui d. tract. de subbast. insp.* 60. *num.* 109. modusque est in practica pro- 32
bandi valorem, Quod tantum annuatim communiter percipitur ex ea re, & res, ex qua tantum percipitur, communiter valet tantum ad rationem tot pro centenario, *Jas. in d. l. si fundum per fideicommissum, num.* 2. *ff. de leg.* 1. probatisque annuis fructibus, 33
eorum probanda est æstimatio per testes deponentes, fructus perceptos, seu qui percipi potuere, valuisse omni anno, computato uno pro alio, puta 100. *Mascard. in d. verb. æstimatio, concl.* 660. *num.* 1. seu computato anno sterili cum fertili, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 144. *num.* 4. ac debent 34
testes deponere de pluribus annis præcedentibus, & subsequentibus arbitrio Judicis, ad effectum, ut, facta compensatione anni fertilis cum sterili, ex eorum depositione probabilis valor, & justum rei pretium dijudicari

possit, *Rot. recent. par.* 1. *dec.* 648. *num.* 4. *Buratt. dec.* 598. *nu.* 8. *Pen. dec.* 176. *num.* 2. ubi addit in marg. *& dec.* 706. *num.* 5. *&* 6. cum nec
35 fructuum perceptio, nec eorum æstimatio singulis annis uniformis esse soleat, *Gratian. discept.* 510. *num.* 4. *&* 6. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 254. *num.* 16. & ipsa do-
36 cet experientia, & pretia rerum varientur ex tempore, *l. pretia re-*
37 *rum, ff. ad l. falcid.* nec non testes deponere debent de valore secundum communem æstimationem, *Rolan. cons.* 61. *num.* 37. *&* 39. *lib.* 1. *Cephal. cons.* 261. *num.* 2. *lib.* 2. *Rot. divers. par.* 4. *dec.* 128. *in fin.* & ego dixi *d. tract. de subbast. insp.* 60. *num.* 33. seu ad communem æstimationem se referre debent, *Natt. cons.* 332. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *Alex. in d. l. pretia rerum nu.* 9. *in fin. & seq. ff. ad leg. falcid.* ubi reprobat, seu declarat Baldum contrarium asserentem, cum quo Baldo concordat *Gomes. var. resol. tom.* 2. *cap.* 2. *tit. de empt. & vend.*
38 *num.* 22. *vers. item adde*, nec probant testes quantitatem fructuum, nisi dicant, se fuisse præsentes eorum recollectioni, vel divisioni, seu alias deponant de visu, & certa scientia, nec est sufficiens probatio de auditu, seu possibilitate, *Gratian. discept.* 705. *num.* 12. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 144. *num.* 2. *&* 3. *Buratt. dec.* 173. *num.* 5. *& dec.* 618. *num.* 2. *Pen. dec.* 1667. *num.* 2.

Unde prætensa læsio ultra dimidiam justi pretii non fuit ab Augustino plenè, & concludenter juxta præmissa probata ex tribus testibus ab ipso examinatis, dum eorum neuter deponit de quantitate fructuum præsertim de contractus tempore, sed de illorum tantum qualitate, inter quos magnificant cirsaras, seu arthichocos, & eorum semen, 39
qui non sunt fructus naturales, sed industriales, qui mixtim percipiuntur, partim scilicet ratione personæ operantis, & partim ratione terræ producentis, cum terra det materiam, seu alimentum, & industria formam, ad *Marches. de comm. par.* 1. *de comm. appell. in caus. decim.* §. 1. *nu.* 74. & sic non videtur in illis fieri posse solidum fundamentum, & quamvis deponant, & taxent valorem in libr. 1200. seu in scutis 300. attamen illum non con- 40
cludunt esse deductis expensis, juxta *l. fundus, qui dotis. ff. sol. matr. l. si à domino, §. fin. ff. de petit. hæred. Rot. recent. par.* 3. *decis.* 656. *num.* 2. *in fin. Buratt. decis.* 618. *nu.* 1. *Pen. decis.* 1153. *num.* 2. seu pro parte dominicali sine aliqua impensa, cum secundus deponat simpliciter de summa, tertius dicat, se credere in d. summam compræhendi partem colonicam, & dominicalem, & primus solus deponat de parte dominicali, quæ etiam habet annexum 41
onus aliquarum expensarum, *ad Rot. divers. par.* 4. *decis.* 211. *sub num.* 5. *& Pen. decis.* 1667. *num.* 5. *& seqq. decis.* 1686. *num.* 5. *&* 6. & cum ageretur de iis, qui propriis manibus, vel propriis expensis bona colebant, & partem dominicalem à colonica non dividebant, eò magis debebant testes se restringere ad partem domi-

dominicalem, & ad veros fru-
ctus, expensis detractis, quia
42 alias potest appellatione partis
venire totum propter mentis ve-
risimilitudinem, *Gratian. discept.*
946. num. 22. & in materia fru-
ctuum, *Ruyn. cons.* 33. *num.* 2. *lib.*
43 5. & verba testis interpraetari de-
bent secundum subiectam mate-
riam, *Farinac. de testib. quaest.* 68.
44 *num.* 57. sufficitque Reis offusca-
re, & dubiam reddere intentio-
nem, & probationem Actoris,
Rot. recent. par. 4. *tom.* 2. *decis.* 222.
45 *num.* 7. & in dubio potius Reis,
quam Actori favendum est,
Duran. decis. 462. *num.* 10. *&* 11.
Rot. divers. par. 1. *decis.* 238. *in fin.*
& par. 4. *decis.* 688. *num.* 2. neque
deponunt de valore secundum
communem aestimationem, nec
de pluribus annis immediate an-
te, & post contractum emptio-
46 nis, prout ex superius deductis
deponere debuissent. His acce-
dit, quod testes videntur de-
posuisse ad modum affectate, &
ad inserviendum inducenti, &
47 proinde illis nõ esse credendum,
Farin. de testib. quaest. 60. *num.* 33.
Rot. divers. par. 4. *decis.* 553. *num.*
48 8. *vers. tum etiam, & num.* 9. & eo
minus cum sint etiam consangui-
nitatis strictioris gradus coniun-
cti cum eodem Augustino, *Fa-*
rinac. d. tract. quaest. 54. *nu.* 47.

Minusque praetensa laesio pro-
bata dici potest per dictos peri-
tos, in quibus propterea nec pro
parte Augustini fit aliquod fun-
damentum, quia quoad primum,
qui aestimavit, ipsius aestimatio
non est secundum communem
49 aestimationem, ut esse debet,
Rot. recent. par. 4. *tom.* 2. *decis.* 278.
num. 2. neque percutit, nec per-
cutere potest nisi statum praesen-
tem, quae ideo non suffragatur, 50
ad relata per me in *tract. de*
subhast. insp. 60. *num.* 16. *& seqq.*
et Rot. recent. d. par. 4. *tom.* 2.
decis. 253. *num.* 19. *et decis.* 278.
num. 5. *et* 6. *et Pen. decis.* 291.
num. 4. & quatenus attendenda
esset aestimatio ad rationem
tornaturarum, prout ipse aestima-
vit, fingendo ex ejus capite tor-
naturarum numerum, et in hoc
excedendo etiam fines suae ele-
ctionis, & laesionem non con-
cluderet, stante relatione d. se-
cundi periti mensuratoris qui
imaginatas à primo tornaturas
42. reperiit esse tantummodo 24.
comprahensa etiam terrae petia,
quam Augustinus praetendebat
non fuisse comprahensam, ut
ex loci visitatione recognovi-
mus.

Praeterea, supposita, & non
concessa praetensa laesione adhuc
non esset locus remedio l. 2. stan- 51
te perseverantia, & contractus
approbatione, & ratificatione
per d. subsecutam receptionem
residui pretii, *Gabr. de empt. &*
vend. concl. 1. *lim.* 2. *num.* 114. nec 52
est novum, ex receptione precii
induci ratificationem, *Rot. rec. p.*
4. *to.* 2. *dec.* 138. *nu.* 7. *& dec.* 197.
num. 10. *& par.* 6. *decis.* 56. *num.*
3.

Neque etiam verificatum fuit,
Augustinum fuisse deceptum,
vel laesum quoad syricum, seu
illius pretium quia non probavit
illud fuisse commune, nec quod
contrahentes essent in commu-
nione

nione omnium bonorum, sed immo ex processu constat, syricum, & ejus pretium spectasse ad solum Melchionem fratrem, qui particularibus bonis fruebatur ex personis uxoris,& filiorum in vim testamenti q. Lauræ de Sistis.

Videtur præterea secunda sententia evidenter nulla, et injusta tamquam lata post oblationem de relaxandis bonis restituto pretio, cum hæc oblatio, et
53 electio esset ad favorem emptoris admittenda, non solum de jure communi, *Pinel. in d. l. 2. par. 2. cap. 3. num. 12. Rolan. cons. 59. num. 8. lib. 1. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. quæst. 262. num. 6. Rot. diversf. par. 1. dec. 440. nu. 2. & in rec. par. 2. dec. 457. nu. 1.* sed etiam ex forma libelli, et primæ sententiæ.

Et ita utraque etc.

In qua eadem causa, revocata deinde d. A.C. inhibitione, et parte appellante rejecta etiam à Signatura Justitiæ, nec non revocata den[illegible] alia inhibitione Illustrissimi D. V. Legati super allegata suspicione Rotæ Auditorum sub prætextu propalationis Voti, fuit sub die 19. Decembris ejusdem anni 1653. iterum omnium Votis, & ex eisdem rationibus resolutum, ut supra, & juxta resolutionem sententia infirmatoria præcedentium lata.

DOTIS

Jovis 24. Julii 1653.

ARGUMENTUM.

Muliere in tertio matrimonio moriente, superstite patre, qui eam dotavit, et filio ex priori matrimonio, ad quem spectet illius dos tam de jure communi, quam ex Statuto Bononiæ.

SUMMARIA.

1 *Dos à patre profecta ad patrem redire debet, filia in matrimonio defuncta & nu. 22. & 69.*

2 *Lim. secus extantibus filiæ filiis ex Martini consuetudine.*

3 *Sublim. dummodo sint filii ejusdem matrimonii, secus si antecedentis.*

4 *Consuetudo Martini est exorbitans, et contrà jus.*

5 *Legitima in bonis avi materni, ad quem dos rediit, nepoti debetur. Ampl. ut nu. 6.*

7 *Dos à patre data filiæ queritur, et illius remanet patrimonium et nu. 8. Decl. ut nu. 23. et seq. et nu. 71. et 72.*

9 *Matri succedit filius.*

10 *Filia habet hodie in dote ab intestato hæredes prop ios filios Decl. ut nu. 33. et seqq. et nu. 49. et seq.*

11 *Dos à patre data transit ad filiam non perfectè, et libere, sed cum onere reversionis, si illa*

illa moriatur, patre vivente, & nu. 13.

12 Lim. secus data à matre, vel alio extraneo.

14 Dos ad patrem redit jure consolidationis, non quia sit filiæ hæres.

15 Dos à patre data est filiæ quasi, & quoad quid, non verum patrimonium.

16 Dos à patre data ipsius veritate inspecta, patrimonium censetur.

17 Dos à patre promissa fingitur semper fuisse patris, si filia ante exactionem moriatur, eo vivente.

18 Dos filiæ tradita an dicatur exiisse patrimonium patris.

19 Dos quando non dicatur extra bona patris, sed in bonis, & quando secus, & nu. 28.

20 Dos materna, quæ sit in bonis avi, ad nepotem perventa, imputatur illi in avi legitimam, & confertur.

21 Dos à patre profecta non dicitur ex toto patrimonium filiæ, & quare, & nu. 22.

29 Dos data filiæ non confunditur amplius cum patrimonio, seu bonis patris.

30 Dos ad patrem reversa remanet filiæ patrimonium, & conservari debet etiam pro secundis nuptiis.

31 Dos à patre data censetur tam pro primis quam pro secundis nuptiis.

32 Filia non potest in dote sibi à patre data aliquod detrimentum pati.

35 Dos profectitia ubi ad patrem reverti debet, reversio locum habet, etiam si extent filii matris hæredes ab intestato in reliquis bonis, & nu. 36.

38 Statuti dispositio prævalet dispositioni juris communis.

39 Statutum est tantæ potentiæ in Civitate, quantę jus commune in universo.

40 Dos Bononiæ ex Statuto transit libera, & cum dominio in mulierem, & nu. 42. & 64. & 73. Ampl. ut nu. 43.

41 Statuti Bononien. dispositio circa dotis dominii translationem in mulierem, & nu. 60.

44 Dos in vim Statuti Bononiæ dicitur extra bona patris totaliter, & acquisita mulieri etiam filiæ familias tamquam emancipatæ sive sit adventitia, sive profectitia, & num. 45. et 46.

46 Pater in dote filiæ, mortuo viro, ex Statuto Bononiæ nec administrationem, nec usumfructum acquirit.

47 Dos ex Statuto Bononiæ est adventitia, quamvis à patre data, vel penes filiam est profectitia, et penes filiæ filios adventitia, et nu. 48.

49 Mulier, et filia ex Statuto Bononiæ habet in dote hæredem, sicut in aliis bonis, tam ex testamento, quam ab intestato, et nu. 50. et 64.

51 Dotem filii filiæ ex Statuto Bononię habent à matre, et uti illius hæredes, non ab avo, nec ideò imputant in legitimam, nec conferunt et nu. 52. et 53.

54 Statutum permittens filiæ familias de dote testari intelligi de-

debet sine patris præjudicio, et quatenus testetur, et num. 55. Decl. ut nu. 60.

56 *Filiam lex habere potest pro emancipata quoad quædam, et non quoad alia.*

57 *Statutum Bononiæ super facultate testandi de dote an tollat omnino patriam potestatem, & procedat etiam ab intestato, et num. 58. 61. et 63.*

58 *Statutum interpretari debet secundum jus commune. Decl. ut num. 62.*

59 *Statutum juris communis correctorium satis est, quod non sit frustratorium, et aliquid, seu unum tantum de novo inducat, vel operetur.*

65 *Relevari debet in alio, qui in uno gravatur.*

66 *Dos quando videatur data, vel succedere loco legitimæ, & in ea sit imputanda, & num. 67.*

68 *Dos à patre data de jure etiam communi dicitur lucrum, & ex titulo lucrativo respectu filiæ, Declarat. ut num. 70. & 71.*

72 *Dos de jure communi quando consolidetur in persona filiæ, & num. 25.*

74 *Dotis restitutionis stipulatio ad patris favorem, præsente filia, an illi seu ejus hæredi ex Statuto Bononiæ præjudicet, et n.n. seqq.*

75 *Dos ex jure communi restituenda est patri, si ille ita sit stipulatus, Decl. ut nu. 76.*

80 *Filiæ morienti sine liberis succedit pater, si vivat.*

82 *Statutum Bononiæ mandans, mulierem dotem lucrari, inductum dicitur favore matrimonii, et sic publico.*

83 *Statuto inducto favore publico à privato renunciari non potest.*

84 *Mulier ex præsentia, et taciturnitate non præsumitur suis juribus renunciasse, et maxime de illis non certiorata, et num. 85.*

86 *In Muliere ratione sexus præsumitur ignorantia, etiam eorum, quæ in jure consistunt.*

DECISIO LXXIV.



Uscepta, & administrata per Excellentiss. D. Florianum Dulphum in hac Curia advocatum tutela, & cura D. Joannis Bernardini de Gongolis ipsius nepotis ex D. Francisca filia ex primo matrimonio, eademq; D. Francisca interim mortua in tertio matrimonio cum D. Petronio Dosio absque aliquo alio filio, fuit de anno 1650. 8. Junii inter ipsum Avum maternum tutorem, & pupillum Nepotem deventum ad instrumentum redditionis, & receptionis rationis administrationis, & quietationis, in quo ipse Avus tutor constituit se pupilli Nepotis debitorem in libr. 4900., quas penes se retinuit sub prætextu, quod super iis vellet sibi satisfieri de medietate Dotis d. D. Franciscæ filiæ, & matris respective ad eundem spe-

1 spectantis, & revertentis, ut prætendebat, ex dispositione *l. dos à patre. C. sol. matrim.*, cujus articuli cognitionem ex tunc partes in hanc Rotam compromiserunt.

Instante deinde D. Gongolo, & cum eo D. Diomede Casarengo illius in parte cessionario, & successive, Diomede mortuo, D. Alberto ipsius patre, & hærede pro d. crediti consecutione, & causa ab Eminentiss. D. Card. Legato commissa Excellentiss. D. Auditori Generali cum Voto Excellentiss. D. Marii Marcelli hujus Rotæ Auditoris, & mei, convenimus in expeditione pro Actoribus.

Nam, quamquam, inspecto jure communi, non esset locus
2 consuetudini Martini, limitantis dispositionem *d. l. dos à patre.* & quæ dotem à patre avocat, & nepoti concedit, *Castr. cons. 109. num. 3. vers. & sic nepotes, lib. 1. & cons. 108. nu. 1. lib. 2. Ancbar. cons. 315. num. 2. & 3. & cons. 349. Ruyn. cons. 187. il p. num. 9. circa med. lib. 2. Cephal. cons. 255. num. 33. lib. 2. Surd. cons. 206. num. 28. lib. 2. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 9. num. 24. cum simil.* quia
3 consuetudo non loquitur, nec procedit, nisi in liberis susceptis ex eo matrimonio, sub quo filia moritur, non autem extenditur ad liberos susceptos ex alio antecedenti matrimonio, & sic ad D.
4 Gongolum, uti exorbitans, & contra jus, *Bart. in l. post dotem, 41. num. 30. ubi Alex. nu. 25. vers. subdit tamen, & Barbos. num. 48. prope fin. ff. sol. matrim. Gozadin. cons. 90. num. 3. Non. cons. 48. num.* 19. *Monterent. ad Statut. Bonon. in rubr. de dot. restit. §. si vero ex eo, in verb. liberi*, sed jus remanet il- 5
li consequendi post Avi mortem in ipsius bonis legitimam, non 6
obstante etiam renunciatione Matris bonis Paternis, si quæ adesset, *Thesaur. decis. 138. nu. 3.*

Ita ut secundum jus commune dos, quæ solvitur à Patre filiæ, & quæ ipsi filiæ quæritur, *l. 2. &* 7
l. si cum dotem, §. si pater, ff. sol. matr. & cujus remanet patrimo- 8
nium, *l. 3. §. sed utrum, in fin. ff. de minor, §. quia vero, Auth. de æqualit. dot. coll. 7. Nevizan. cons. 95. nu. 20. Mangil. de imput. quæst. 15. num. 34. vers. aut solutum, et quæst. 16. num. 8. Rot. divers. par. 2. decis. 156. num. 2.* (in quo ab inte- 9
stato succedere debet illius filius, cujus prima est causa, *Instit. de hæred. qualit. et differ. §. sui*, cum valeat hodie filia ab intestato in 10
dote hæredem habere filios, *Socin. sen. cons. 9. sub num. 23. lib. 1. Alex. in d. l. post dotem num. 30. in fin. qui de communi, ff. sol. matrim. Gratian. discept. 382. num. 20.*) transisse dicatur ad eandem filiam 11
non uti perfecte, & libere à Patre avulsa, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 329. num. 7. in fin.* quid 12
quid aliud sit in data à matre, & ab alio extraneo, *d. decis. 329. nu. 14. & seq.* sed cum sua causa, & 13
vinculo, seu onere reversionis ad Patrem, si illa moriatur, Patre vivente, *d. l. dos à patre, C. sol. matrim. et d. §. quia vero. Auth. de æqualit. dot. coll. 7. Barbos. in repetit. d. l. post dotem num. 46. in fin.* ad 14
quem dos tunc redit jure consolidationis, non quia ipse sit hæres

filiæ in ipsa dote, *Grat. d. discept.*
15 382. *num.* 20. Nec sit dos simpli-
citer verum filiæ patrimonium,
sed sit illius quasi patrimoniũ, &
quoad quid, *Gulielm. de Bened. in c.*
Raynutius, in verb. Alterocle filiæ
ultra dotem, num. 11. vers. quoniam
respondetur de testam. Barbos. in d.
l. post dotem num. 46. in fin. Cephal.
consi. 256. num. 51. lib. 2. Mangil. de
imput. d. q. 15. num. 18. & 36. vers.
16 *nec est verum*. Cum, veritate in-
specta, censeatur potius patrimo-
nium Patris dotantis, *Gulielm. de*
17 *Benedic. loc. cit.* ac proinde, si filia
moriatur ante exactionem, vi-
vente Patre, dos fingatur fuisse
semper ipsius Patris, *Cepb. d. consi.*
18 256. *num.* 54. *lib.* 2. & dos filiæ jam
tradita dicatur exiisse patrimo-
nium Patris non simpliciter, sed
quoad quid sic, & quoad quid
non, & in consequens non radi-
caliter, & funditus in totum, ma-
xime propter spem, quæ est, ut
ad eum reverti possit, *Mangil. de*
imputat. d. q. 15. num. 18. Rot. recent.
d. par. 5. tom. 1. dec. 329. num. 7. in
19 *fin.* quo casu non dicitur extra
bona Patris, sed in bonis, *Ancbar.*
20 *consi. 50. prope fin.* & imputatur
Nepoti in legitimam, *Ancbar.*
ibid. Castr. d. cons. 169. nu. 3. vers.
& sic nepotes lib. 1. & cons. 108. lib.
2. Gulielm. de Bened in d. c. Raynu-
tius in quæst. de legit. sub num. 8. de
testam. Merlin. de leg. lib. 2. tit. 2. q.
13. num. 32. Duran. d. dec. 231. nu.
7. & seq. Rot. recent. par. 5. tom. 1.
dec. 329. num. 8. & 20. & quod im-
putetur, & conferatur, tradit *Gi-*
vagn. cons. 92. num. 3. 6. 11. & 15.
21 *lib. 1.* Nec propterea dos ex toto
sit patrimonium filiæ, *Mangil.*

ead. q. 15. num. 36. vers. nec est ve-
rum, quia, ea mortua, vivo Patre, 22
ad Patrem revertitur, quod non
fieret, si esset in totum patrimo-
nium filiæ, *Mangil. ibid.* & præ- 23
mortuo tantum Patre, filia dici-
tur acquirere dotem, *Gulielm. de* 24
Bened. ubi sup. eaque efficiatur il-
lius patrimonium, *Mangil. d. tract.*
q. 14. num. 5. & consolidetur in 25
ejus persona, non antea, *Gratian.*
discept. 556. num. 34. Serapbin. dec
. . . *Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec.*
459. num. 8. intelligaturque dos 26
proprium patrimonium mulieris
in casibus, in quibus illa est ejus
propria, *Cephal. d. cons. 256. nu. 52.*
lib. 2. secus quando, soluto matri- 27
monio, jus eam recuperandi Pa-
tri competit, *Cephal. ibid.* Atque
sic sit quidem dos à Patre consti- 28
tuta, & eo magis tradita extra ip-
sius patrimonium, & bona, *gl. in*
d. §. quia vero, in verb. alienata,
Auth. de æqualit. dot. coll. 7. Capoll.
caut. 187. num. 1. Mangil. de imput.
d. q. 14. num. 3. nec amplius cum 29
eo, vel eis confundi possit, *Rot. di-*
vers. d. par. 2. dec. 156. num. 2. sed 30
remaneat filiæ patrimonium, ad
effectum, ut illamet in casu vi-
duitatis conservari debeat etiam
pro secundo matrimonio, *Alex. in*
d. l. post dotem nu. 21. ff. sol. matrim.
Merlin. de leg. lib. 3. tit. 1. q. 9. num.
25. Rot. recent. par. 4. tom. 1. decis.
124. nu. 7. (cum ratione utriusq; 31
censeatur etiam à Patre data, &
donata, *Menoch. de arbitr. cas. 88.*
sub num. 39.) ac ut non possit in 32
ea aliquod detrimentum pati,
Menoch. d. tract. de arbitr. cas. 242.
num. 1. & 2. atque tunc tantum 33
filia habens liberos habeat in do-

te

te hæredem ab inteſtato, videlicet, vel quando illa eſt adventitia, *Cephal. d. conſ. 256. nu. 17. lib.*
34 2. vel quando, ſi eſt profectitia, ea non revertitur ad Patrem, *Gratian. diſcept. 382. ſub num. 19.*
35 *et* 20. ſed quando ad Patrem revertitur, reverſio locum habeat, etiam ſi extent filii matris hæredes ab inteſtato, *Ruyn. conſ. 131. num. 11. verſ. ſecundo præmitto lib.* 4. ubi, quod hæc opinio eſt magis vera de jure, & magis communis,
36 &, quod filii ſuccedunt in aliis
37 bonis præter dotem, nec habeat filia in dote profectitia hæredem ab inteſtato, niſi Pater tacite, vel expreſsè ei donaſſet, *Cephal. d. conſ. 256. num. 12. et 51. lib. 2.*

Attamen, attento Statuto Bononiæ *in rubr. de dot. reſtit. §. item*
38 *dicimus, il* 2. quod prævalere debet diſpoſitioni juris communis, *Rot. penes Gilian. ad Stat. Peruſin. dec. 122. in fin.* quæ eſt *Cavaler.*
39 *dec.* . . & eſt tantæ potentiæ in Civitate, quantæ jus commune in univerſo, idem *Gilian. in verb.*
40 *Statutum num.* 1. dos à D. Dulpho Franciſcæ filiæ data videtur libe-
41 ra in eam tranſiiſſe, dum Statutum diſponit, quod dos à quocunque data, promiſſa, vel confeſſata fuerit, mulier eam lucre-
10 tur, non obſtante, quod alius, qui dotem dederit, vel promiſerit, ſeu confeſſionem à parte viri receperit, illam ſibi reddi fuerit ſtipulatus, & de ea teſtari poſſit, etiam non obſtante, quod talis mulier ſit in alterius poteſtate, quod refert etiam *Rot. diverſ. par. 1. dec. 432. num. 5. 6. et 12. verſ.*
42 *ſecundo tollebant*. Et ſic ex hoc Statuto mulier affecta dicitur domina dotis, ut in puncto tradit *Giovagn. conſ. 92. num. 14. lib. 1.* & dixit in eadem cauſa *Rota Bonon. in calce d. conſ. 92. in fin.* & proce- 43
dit id præcipue in dotata ab aſcendente, ut per *Monterent. ad idem Statut. in verb. à quocunque, verſ. et Gozadinus*, qui inferius non dicit contrarium, ut D. Dulphus prætendit, ſed aperte loquitur ſecundum jus commune, & circunſcripto Statuto, & ſentit *Rot. diverſ. d. dec. 432. num. 10. verſ. ſequeretur*. Diciturque dos in vim 44
hujus Statuti extra bona Patris totaliter, *Anchar. d. conſ. 50. circa fin.* & acquiſita mulieri, etiam ſi 45
ſit filiaſfamilias, ſive dos ſit adventitia, ſive profectitia, ut ſentit *Monterent. ibid. in verb. lucretur*, ubi, quod propterea, mortuo vi- 46
ro, uxore ſuperſtite, Pater nec adminiſtrationem, nec uſumfructum in dote acquirit, cum habeatur filia tamquam emancipata, *Rot. Bononien. poſt d. conſ. Giovag. 92. in fin. lib. 1.* Unde immo 47
ex hoc Statuto patet, quod dos eſt adventitia, quamvis à Ptare data, *Anchar. conſ. 315. in fin.* vel 48
penes filiam eſt profectitia, & adventitia penes filiæ filium, *Rot. Bonon. ſup. Statut. dec. 1. num. 19.* habetque mulier, & filia in do- 49
te hæredem ſicut in aliis bonis ſuis, *Anchar. d. conſ. 315. in fin. & Rot. Bonon. poſt d. conſ. Giovag. 92. in fin. lib. 1.* & quidem tam ex te- 50
ſtamento, quam ab inteſtato, *Monterent. ad d. Statut. de dot. reſtit. in §. inſuper etiam ſtatuimus, il primo in verb. dubium*, & filius filiæ 51
habet dotem à matre, & uti illius

hæres, non autem ab Avo, *Monterent. in d. verb. dubium, Ruyn. conf.* 187. *il primo num.* 9. *lib.* 2. *Giovagn.*
52 *d. conf.* 92. *num.* 14. nec ideo illam in legitimam ei ab Avo debitam tenetur imputare, *Monterent. in præfato verb. dubium, Ambar. d. conf.* 315. *in fin. Ruyn. d. conf.* 187. *il primo, num.* 9. *Giovag. d. conf.* 92. *num.* 14. *&* 15. *Gulielm. de Bened. in d. c. Raynutius in quæst. de legit. sub num.* 8. *de testam. Duran. d. dec.*
53 231. *num.* 13. vel in ejus successione conferre, *Giovagn. loc. cit. post Socin. sen. d. conf.* 9. *num.* 4. *vers. quinto probatur, lib.* 1.
54 Neque obstat, quod Statutum permittens mulierem filiam familias de dote testari debeat, intelligi sine præjudicio Patris, & illius jurium, ad *Cephal. d. conf.* 256. *num.* 10. *& seqq. lib.* 2. quem refert, & sequitur *Alderan. Mascard. de gener. Statut. interpret. concl.* 2. *num.* 4. & facit *Rot. recent.*
55 *par.* 2. *dec.* 555. *num.* 3. &, quatenus filia testari velit, & testetur ad *Neviz. conf.* 95. *num.* 9. *& seqq.*
56 & possit lex habere filiam pro emancipata quoad quædam, & sic quoad actum testandi de dote, & non quoad alia, *Gulielm. de Bened. in d. c. Raynutius, in verb. matrem, insuper Cleram. num.* 24.
57 26. *&* 27. & in consequens non videatur Statutum generaliter, & omnino tollere patriam potestatem, nec disponere super dote, de qua mulier non fuerit testata, & quæ alias ad Patrem de jure communi redire debet, sed
58 sit intelligendum, & interpretandum secundum jus commune, *Parif. conf.* 84. *num.* 11. *lib.* 2. & in similibus terminis *Ruyn. d. conf.* 131. *num.* 11. *vers. Statutum ergo, lib.* 4. & satis sit, quod 59
Statutum juris communis correctorium, ut est istud, non sit frustatorium, & aliquid de novo inducat, *Parif. conf.* 59. *num.* 16. *& conf.* 107. *num.* 58. *lib.* 3. & unum tantum effectum contra ipsum jus commune operetur, & sic in proposito facultatem testandi in muliere, quæ sit sub aliena potestate, nec sit ex eo arguendum ad alios casus non expressos, ut in similibus etiam terminis tradit *Gratian. d. discept.* 382. *nu.* 16. *& seqq.* & in puncto hujus Statuti *Rot. diverf. d. par.* 1. *decis.* 431. *n.* 10.

Quia respondetur Cephalum loqui, & illius dicta procedere 60
in Statuto, quod simpliciter habilitet ad testandum, ut ex ejus lectura patet, sed Statutum nostrum latius disponit, & ulterius progreditur, principaliter scilicet disponendo, quod mulier dotem lucretur, & non obstante etiam stipulatione de restituendo dotanti, & ampliat ulterius, ut de ea testari possit etiam non obstante, quod ipsa sit in alterius potestate, ut tradit *Rot. diverf. d. par.* 1. *decis.* 432. *num.* 5. *&* 6. & sic doctrina Cephali non applicatur, nec Statutum restringitur 61
ad causam testati, sed comprehendit etiam causam intestati, *arg. l. si mulier.* 25. *C. de jur. dot. & Rot. recent. par.* 7. *decis.* 163. *nu.* 11. *&* 41. in qua sumus, & sic non datur locus recurrendi ad jus commune, a quo nec etiam Statutum, quod illud corrigit, interpretationem recipit, sed solum- 62

lummodo Statutum, quod disponit circa ea, quæ de ipso jure communi inducta sunt secundum *Nevizan.conf.* 45. *num.* 17. *in fin.* & 18. &, quod Statutum, quod venit derogative ad jus commune, non interpretetur secundum illud, tradit *Gulielm. de Bened.in d.c. Raymuccius.in verb. in eodem testamento relinquens*. 1. *num.* 83. *de testam.* Quibus addi-
63 potest, quod sicuti statuentes *in rubr. de success. liber. patr. vel matr. vel aliis ascend. morient. ab intest. §. & filia, vel filiabus*, excluserunt dotatam à successione Patris, ita in hoc ad æqualitatem servandam, dando filiæ facultatem testandi, voluerunt excludere patrem à successione filiæ, *Nevizan. d. conf.* 95. *nu.* 20. *in fin.*
64 & 22. remanetque dos libera apud filiam, & ad suos transit hæredes, stante Statuto fœminarum exclusivo propter masculos, *Socin. sen. d. conf.* 9. *num.* 21.
65 & *seq. lib.* 1. ut dum in uno gravatur, in alio relevetur, *Socin. ibid.*
66 *sub num.* 23. videturque tunc dos data loco legitimæ, *Nevizan. d. conf.* 95. *num.* 20. vel legitimæ loco succedere, *Socin. d. conf.* 9. *nu.*
67 22. & 23. prout in ea est imputanda ex *eod. statut. in d. rubr. de success. liber. patr. vel matr. vel aliis ascend. morient. ab intest. §. in qua legitima*.

68 Nec quoque obstat, quod de jure etiam communi dos à Patre data respectu filiæ dicatur lucrum, *l. cum dotem*, *§. si pater*, *ff. sol. matr.* seu titulus lucrativus, *l. fin. §. si à socero*, *ff. quæ in fraud. cred. Gratian. discept.* 472. *num.* 12. & tamen ex eodem jure communi, filia decedente in matrimonio, Patre vivente, ad Patrem dos revertitur. Unde idem videatur dicendum, stante Statuto. 69

Quoniam respondetur obiectum procedere, quia de jure 70 communi dos respectu filiæ quoad Patrem dotantem, & illius præjudicium non est ex titulo lucrativo, *idem Gratian. discept.* 53. *num.* 12. sed, præmortuo tantum 71 Patre, ut ex supra deductis, cum tunc, & non antea secundum jus 72 commune dos in ipsam filiam consolidetur, *Gratian. d. discept.* 556. *num.* 34. & *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 459. *num.* 8. quod secus est in vim istius Sta- 73 tuti, ut jam deductum fuit.

Non obstat demum, quod in instrumento dotali dotis restitutio stipulata legatur ad favorem D. Franciscæ filiæ præsentis, & simul D. Floriani Patris etiam præsentis, quasi ex hoc videatur per d. 74 Franciscam renunciatum Statuto quoad Patris interesse, dum eademmet consensit stipulationi ad favorem etiam ipsius Patris, & sic restitutio hoc casu Patri 75 debeatur ex pacto, quo sibi providit, ad *Ruyn. d. conf.* 187. *il primo num.* 9. *in fin. lib.* 2. *Gratian. discep.* 719. *num.* 28. *Duran. d. dec.* 231. *num.* 10. 16. & 19. & *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 124. *sub num.* 7. & *par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 329. *num.* 13. & 20. *vers.* & *ex bis*, & 21 saltim 76 pro dimidia, *Corn. conf.* 154. *num.* 8. *lib.* 3.

Nam, præterquamquod in ante-

antecedenti apoca matrimoniali
in subsecuto instrumento inserta
promissio restitutionis dotis est
generalis, & impersonalis, & in
instrumento partes se referunt
ad Statuti dispositionem, ita ut
77 Pater, sibi etiam stipulando, videatur
stipulasse uti filiæ procurator,
seu vice administrator, ad
Surd. d. cons. 206. *num.* 22. *lib.* 2.
78 Respondetur stipulationem interpraetandam
esse ad formam
Statuti, seu Statutorum, *Socin.
sen. d. cons.* 9. *num.* 17. *& seq. lib.* 1.
79 & ad favorem Patris intelligendam
esse, quatenus filia ei præmoreretur
absque liberis, *Socin.
d. num.* 17. & non testaretur, cum
80 Pater tunc succederet, *Surd. d.
cons.* 206. *num.* 22. & posse, stanti-
81 bus dictis Statutis per D. Gongolum
nepotem, & D. Casarengum
ejus cessionarium ad dotem
agi, seu de ea excipi, vel replicari,
stipulatione ad favorem Patris
non obstante, *Socin. ibid. sub num.*
23. & disponit d. Statutum *in d.
§. item dicimus il secondo de dot. re-*
82 *stit.* & Statutum inductum etiam
esse principaliter favore matrimonii,
& sic publico, *Rot. diversi
d. par.* 1. *dec.* 432. *num.* 8. *vers. &*
83 *ita judicarunt*, cui à privato renunciari
non potest, *Buratt. dec.*
831. *num.* 1. *&* 2. nec respectu
84 etiam proprii præjudicii in dubio
renunciatum præsumitur, *Caputaq.
dec.* 323. *num.* 3. *par.* 1. *Durau.
dec.* 309. *num.* 8. & maxime de
85 Statuto muliere non certiorata,
ut necesse fuisset, *Rub. in annot. ad
dec.* 460. *num.* 230. *& seqq. par.* 4.
tom. 2, *recent. & ead. Rot. inter recent.
par.* 2. *dec.* 723. *num.* 10. *Bu-*
ratt. dec. 82. *num.* 11. *& dec.* 120.
num. 20. cum in ea ratione sexus 86
ignorantia præsumatur, etiam eorum
quæ in jure consistunt,
Buratt. ibid. num. 12. *&* 21. *respective*.

Et ita utraque, &c.

MOLESTIARUM

Mercurii 19. Novembris 1653.

ARGUMENTUM.

Evicta res non dicitur ex molestiis. Fideicommissi exceptio an impediat immissionem. De copulative vocatis, & de vulgari substitutione.

SUMMARIA.

1 *Mandato, seu sententiæ ad effectum deponendi quando sit locus.*

2 *Fideicommissi exceptio an impediat immissionem, & num.* 3.

4 *Vocati copulative an simul, vel successive succedant, & nu.* 5. 8. *&* 9.

6 *Substitutio omnis vulgaris dicitur institutio.*

7 *Substitutio vulgaris habet eandem vim, quam institutio.*

10 *Substitutio vulgaris terminari solet in primo adeunte.*

11 *Substitutioni primæ si non sit locus, sequentes etiam evanescunt.*

D E-

DECISIO LXXV.



SENTENTIAM, seu mandatum de associando, quam, seu quod obtinuit Perillustris D. Catherina Gargearea donataria, & cessionaria respective q. D. Petronillæ Mariæ Sotellæ, & D. Diomedæ Mantuanæ hæredum q. Pauli Burgognoni hæredis pro medietate q. Esculapii Burgognoni patris, nec non hæredis q. Hieronymi fratris, & cohæredis pro alia medietate ejusdem Esculapii contra Herculem de Landis etiam uti patrem, & legitimum administratorem Guidonis Ascanii, & aliorum suorum filiorum ad bona sita in Communi S Laurentii de Gruzzano in loco dicto, Casale, e Campostrino, alias tenta per Attilium de Nobilibus, & postea per Fælicem ejus ex Guidone Ascanio filio nepotem ad d. Attilii instantiam legitimatum, & hæredem, ac d. Esculapii auctorem ex emptione per ipsum Esculapium ab eodem Fælice facta sub die 22. Maii 1607. de quadam Domo magna cum Camuncula sita Bononiæ sub Capella S. Georgii in Poggiali, postea à dictis Esculapii hæredibus vendita DD. de Oddofredis, super qua successive ipsi de Oddofredis vexati fuerunt à D. Jo. Baptista Macchiavello, & D. Marchione Jo. Baptista Mangino illius donatario respective, uti anteriori creditore d. Attilii, & successive d. Fælicis ejus hæredis pro liberatione à molestiis ipsimet D. Catherinę illatis dicta de causa tam per dd. DD. de Oddofredis, quam per d. D. Marchionem super aliis bonis prædictorum de Burgognonis ab ipsa possessis ad effectum subhastandi, vel adjudicandi, seu retinendi, &c.

Reformandam, seu reformandum esse duximus, & reformavimus, addendo clausulam, ad effectum tamen pretium deponendi penes Ædem Sacram, & inde non amovendi, nisi sublatis molestiis, & refectis damnis, & interesse per eandem D. Catherinam passis, & patiendis liquidandis.

Nam, cum bona eidem D. Catherinæ non essent, neque sint evicta, sed solummodò ea desuper molestias pateretur, & patiatur, non poterat, neque potest, sententiam, & mandatum aliter reportare, ad tradita per me *in tract. mand. de manuten. observ. 12. num. 128. & seqq. & in tract. de subhast. insp. 23. num. 226. & seqq.*

Neque relevare credidimus exceptionem prætensi fideicommissi d. Attilii de Nobilibus super bonis, ad quæ D. Catherina agit, purificati, ut prætenditur in persona q. D. Attiliæ, uxoris, & matris respective reorum conventorum, stante quod præfatus Attilius instituit d. Fælicem nepotem, & ejusdem Fælicis filios masculos, & non extantibus masculis, filias fœminas, & Fælici quan-

quandocunque decedenti absq; filiis, vel filiabus legitimis, & naturalibus, vel legitimatis substituit, & quandocunque instituit Fortunatum alterum filium naturalem natum ex d. olim D. Guidone Ascanio, & quod Fælici supervixit d. Attilia illius filia; quæ non solum est posita in conditione, sed apparet vocata; &
2 si deicommissi incontinenti probati exceptionem impedire immissionem, & executionem, *Scapuccin. de salv. lib. 2. quæst. 9. sub num. 6.* & ibi *Add. in fin. juxta nov. impress. Perusin.* & sensit *Rot. post nostrum tract. de subbast. decis. 66. num. 11.* & penes *Merlin. de le-*
3 *gitim. dec. 18. num. 11.* quidquid aliud sit in fideicommisso non claro, *Rot. apud eund. Merlin. dec. 15. num. 3. & dec. 117. num. 6.*

Quoniam, præterquamquod non constat, quod Attilia uxor, & mater respective fideicommissum agnoverit, nec quod bona possederit, & potuerit possedisse, uti hæres Fælicis patris, & quod Fælici competebant detractiones, animadversum fuit, quod fuerunt copulative instituti, & vocati ii, inter quos cadit ordo necessitatis, nempe nepos ex premortuo filio, & illius filii, & filiæ,
4 quo casu secundo in ordine, & ex remotiori gradu vocati, dicuntur vocati ordine successivo, nempe, quatenus primo, & in proximiori gradu vocatus hæres esse nolit, vel non possit, & sic per solam vulgarem substitutionem, non autem etiam per fideicommissariam, *Peregrin. de fideicom. art. 18.* . . . *Fusar. eod. tract. quæst. 476. num. 1. & seqq. Crass. in §. Institutio q. 20. num. 6. & seqq. Surd. dec. ult. num.* . . *Cavaler. dec. 496. nu. 7. 4. & seq. Rot. recent. par. 4. tom. 1. dec. 97. num. 1. & 4. & dec. 574. num. 2. & tom. 2. dec. 473. num. 30. & tom. 3. dec. 661. nu. 1. Gratian. discept. 70. num. 22. & discept. 288. num. 13.* Quod maxime procedit, 5
quando testator, prout hic, usus fuit verbo, Instituit, *Fusar. d. trac. quæst. 479. num. 1. & seqq. Gratian. discept. 288. num. 22. & discep. 774. num. 1. & seq. & num. 29. Greg. dec. 207. num. 1. et seqq.* & ibi *Beltram. et Rot. recent. par. 2. dec. 344. num. 4. et 5.* quæ est repetita *par. 1. dec. 320.* cum institutio dicatur 6
omnis vulgaris substitutio, *Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 246. num. 1.* tamquam habens eandem vim, 7
quam institutio, *Rot. recent. d. par. 4. tom. 2. dec. 246. num. 29.*

Quinimmo conclusio locum 8
habere videtur etiam in illis, in quibus cadit solus ordo charitatis, & affectionis, *Fusar. d. quæst. 479. num. 1. et Rot. divers. par. 1. dec. 579. num. 2.* quæ est *Seraph. decis.* . . . *et in recent. par. 1. dec. 357. num. 1. et seqq. et par. 4. tom. 1. dec. 212. num. 1.* licet id non sit tu- 9
tum, cum sint opiniones hinc inde, *Rot. recent. par. 4. tom. 1. d. dec. 574. num. 4. et seqq.* & *Gratian. d. discept. 70. num. 20. et seqq. et discept. 288. num. 11. et 12. et discept. 585. num. 1. et seq.*

Vulgaris vero solet terminari 10
in primo adeunte, *l. si legata C. de legat. l. post aditam, C. de impuber. Alex. cons. 14. col. 3. num.* . . . *lib. 4. Rot. divers. par. 4. dec. 495. num. 1. & in recent. par. 4. tom. 2. dec. 473. num.*

num. 31. et tom. 3. dec. 661. num. 1. Greg. dec. 371. num. 7. Gratian. discept. 774. num. 1. Caval. d. decis.
11 1496. num. 1. Prout, ubi substitutioni primæ non fit locus, cæteræ quoq; sequentes evanescunt, l. si mater, §. 1. & l. qui habebat. ff. de vulg. Rot. recent. par. 1. decis. 519. num. 2. & 3. & par. 2. dec. 538. nu. 1. & 5. et par. 4. tom. 3. decis. 632. num. 1. et 11. Buratt. decis. 820. nu. 13. Pen. dec. 1002. sub num. 10. Gratian. discept. 288. num. 4. et discept. 536. num. 33. et 47. et discept. 571. num. 28. et discept. 774. num. 5. et 6.

Et ita utraque, &c.

EMPTIONIS

Lunæ 15. Decembris 1653.


ARGUMENTUM.

Inter duos emptores quis præferendus, & traduntur aliqua de confinibus.

SUMMARIA.

1 *Emptor anterior cum clausula constituti, & bonorum omnium obligatione est posteriori præferendus, & nu. 2. & 3. Ampl. ut nu. 4. & 5.*
6 *Constituti clausula transfertur possessio.*
7 *Conductio probat possessionem locantis.*
8 *Ampl. maxime secuta affictuum exactione.*
9 *Identitas rei quomodo probetur, & nu. 10. & 11.*
12 *Confine debet rei cohærere.*
13 *Confinium designatio includit omnia intra fines comprehensa.*
14 *Confines visitatione, ac planta probantur.*
15 *Confinium duorum expressio satis est. Ampl. ut nu. 16.*
17 *Confinia omnia includuntur ex clausula, & alios suos plures confines &c.*
18 *Annexum esse aliquid, vel separatum, an probetur ex ordine scripturæ.*
19 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
20 *Includi aliquid intra fines, quomodo probetur.*

DECISIO LXXVI.

1 D. Officiales Montis Matrimonii emerunt sub die 5. Januarii 1637. ab Antonio de Braidis Prædium terræ arativæ, arboratæ, vitatæ, moretæ, prativæ, & aliarum qualitatum cum domo, area, tegete, stabulo, furno, & aliis suis superextantiis tornatur. 40. vel circa seminis corbium septem, necnon Pratum distinctum in tribus petiis tornatur. 8. constituen. in totum tornatur. 48. positum in Communi Vizzani Comitatus Bononiæ in loco detto, la Costa, cultum tunc temporis per Marcum Antonium de Vandinis, & ejus familiam, confinatum juxta hæredes D. Vincentii de Vizzanis, bona Ecclesiæ Sancti Georgii d. Communis Vizzani, D. Anto-

nium de Braidis venditorem à pluribus lateribus, viam publicam, & alios suos plures, vel veriores confines, pro pretio libr. 5500. tunc soluto cum clausula constituti, & obligatione venditoris omnium suorum bonorum pro contractus observatione, ac pacto francandi, quod incontinenti locarunt eidem Braido venditori ad annos 9. pro annuo affictu libr. 330.

Sed, quia, pacto francandi, & locatione expiratis, ac mortuo etiam venditore, pro parte Montis fuit obtentum contra illius hæredes mandatum de associando, illudque super dicto Prædio, & bonis executum, & successive Prædium etiam ad medietatem fructuum aliis locatum.

Insurrexit q. Petrus de Sartis, docens, ipsum de eodem anno 1637. 8. Octobris emisse ab eodem Antonio de Braidis tornatur. 15. terræ arativæ, arboratæ, vitatæ, prativæ, fructiferæ, et moratæ cum rata, et parte domus, et ædificiorum unius Prædii terræ similis qualitatis positi in Communi Viggiani cum domo pro laboratoribus noviter constructa, area, fontana, horto, et alis suis superextantiis confinati juxta viam publicam versus mane, et bona, videlicet nemores d. venditoris, et desubtus Rivum, seu Rivonum, à sero viam publicam, et à meridie bona d. venditoris, et hæredes D. Vincentii Viggiani, et seu alios plures, vel veriores confines, capiendo dd. tornatur. 15. secus domum, seu stabulum versus mane, et eundo in latitudine, et longitudine donec habeantur dd. tornaturæ 15. versus d. Rivonum, et viam publicam, et versus bona Caprariæ ejusdem D. Venditoris, in quibus tornaturis 15. comprehendatur quædam Cavedanea herbosa. Nec non ab eodem emisse sub die 8. Octobris 1637. tornaturas 16. in eodem Communi, et loco vocato, la Costa, cum parte Ædificiorum. Ac de anno 1640. 9. Septembris alias tornaturas 15.

Quo Petro de Sartis mortuo, mandatum immissivum uti illius hæres testamentarius in dd. bonis obtinuit, et executus fuit Joannes Barnabeus, qui etiam deinde manutentus fuit, salvis juribus d. Montis Matrimonii in quocunque alio judicio.

Unde per Montem instituto tenutæ, seu adipiscendæ judicio adversus d. Barnabeum super dd. bonis, D. tunc A. G. Judex sententiam tulit, qua tenutam confirmavit, et, quatenùs opus esset, de novo dedit cum præcepto expulsivo, et condemnatione etiam in expensis.

A qua interposita, et introducta ex parte Barnabei in hac Rota appellatione, et facta per Nos etiam loci visitatione, et Planta per Peritos extracta, fuit hodie confirmata sententia, ut potè justa.

Est enim Mons in emptione Prædii, in quo compræhenduntur primæ tornaturæ quindecim, quas emit Barnabei author, non solum

solum anterior, sed cum clausula etiam constituti, & obligatione omnium bonorum pro observatione contractus, ut in instru-
1 mento, de quo in actis, quod operatur, ut sit præferendus ipsi Barnabeo posteriori emptori, tam in petitorio, quam in posses-
2 sorio, ut quando dominus venditor in primo contractu constituit, se emptoris nomine possidere, tradit *Gabr. de empt. & vend. concl.* 2. *num.* 18. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 30. *sub num.* 8. *& Rot. recent. part.* 5. *tom.* 1. *dec.* 308. *num.* 7. *&* 8. *& penes nostrum tract. mand. de manuten. dec.* 58. *num.* 17. *& seqq. quæ est Duran. dec.* 84. *sub nu.* 16. *& seq.*
3 et in terminis obligationis omnium bonorum, et hypothecæ tradit pariter *Gabr. d. concl.* 2. *nu.* 29. *&* 36. *Merlin. d. quæst.* 30. *nu.* 8. *Beltram. ad Greg. dec.* 567. *sub num.* 10. *vers. quarto et Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *d. dec.* 308. *num.* 7.
4 et maxime, quod in ipso actu contractus Mons pretium solvit constituenti, qui possidebat, *Gabr. ead. concl.* 2. *num.* 22. *et* 53.
5 et Monti possessionem tradidit, *l. quoties. C. de rei vendic. Gabr. d. concl.* 2. *num.* 2. *Merlin. d. quæst.* 30. *num.* 1. *et quæst.* 203. *num.* 1. *et ibi Rot. dec.* 12. *num.* 1 *et in recent. par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 64. *num.* 3. *et tom.* 2. *dec.* 426. *num.* 1. *et par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 103. *num.* 25. *et Beltram. ad Greg. d. dec.* 567. *sub num.* 10. tam
6 d. constituto mediante, juxta tradita per me in *tract. mand. de manuten. observ.* 20. *num.* 5. *et seqq.*
7 quam ex subsecuta conductione, *l. quædam mulier, ff. de rei vendic. Cyriac. contr.* 255. *num.* 11. *lib.* 2. & habui *d. tract. observ.* 24. *num.* 7. & afflictum solutione, *ut d. observ.* 8
24. *num.* 14. *et seqq.*

Quod autem dd. tornaturæ 15 à Sarto Barnabei authore emptæ sint ex corpore d. Prædii antea venditi Monti, constare videtur, ex quo concordant locus, 9
situatio, et terræ qualitas, ac tria confinia, nempe via publica, alia bona venditoris, et hæredes Vincentii Vizzani, et ad identi- 10
tatem probandam sufficiunt duę coherentiæ, seu duo confinia, *Rimsen. cons.* 429. *n.* 5. *lib.* 5. *Sim. de Pret. cons.* 143. *num.* 8. *Alex. cons.* 134. *num.* 5. *lib.* 1. *Corn. cons.* 206. *circa fin. lib.* 4. *Rolan. cons.* 67. *nu.* 13. *in fin. et seq. lib.* 2. vel duæ de- 11
monstrationes, *Mantic. dec.* 297. *num.* 1. *Buratt. dec.* 132. *num.* 5. *ubi Add. nu.* 9.

Nec res dubia reddi videtur ex aliis discordantibus, ut prætenditur, demonstrationibus, &

Primo, quod in emptione Sarti exprimatur, Viam confinare à mane, & à sero, & in emptione Montis Via exprimatur simpliciter pro uno confine, & tamquam ab uno latere tantum.

Secundo, quod Sarto non dentur pro confine bona Ecclesiæ prout dantur Monti, & data verisimiliter fuissent etiam Sarto uti magis perpetua.

Tertio, quod in instrumento Sarti apponatur pro confine desuptus Rivus, seu Rivonus, qui non apponitur in instrumento Montis, & tamen uti etiam con-

fine istud immutabile apponendum fuisset.

Quarto, quod in instrumento Montis Domus videatur à Tegete distincta, ex quo in descriptione inter domum, & Tegetem ponitur Arca, quæ tamen Teges in visitatione fuit visa unita Domui possessæ per Barnabeum.

Quinto, quod in eodem instrumento Montis exprimatur Domus absque alia qualitate, & in instrumento Sarti exprimatur Domus pro laboratoribus noviter constructa.

Sexto, quod emptio Sarti sit sub vocabulo, la Cà nova, ut Barnabeus prætendit, & emptio Montis sit in vocabulo, la Costa, qui sit locus ejusdem communis venditoris diversus, nempè positus juxta fastigium Collis, ubi in Visitatione reperta fuit quædam parva Domus, quasi ibi sit clivus, & ex hoc vulgo denominetur, la Costa.

Nam ad Primum de Viæ confine respondetur illud etiam in instrumento Montis intelligi posse à pluribus lateribus, cum non legatur restrictum ad unum tantum.

Ad secundum de ommisso confine Ecclesiæ in emptione Sarti, respondetur in Visitatione, & Planta repertum fuisse, Ecclesiæ bona non cohærere Prædio principali, nec ratæ bonorum à Sarto emptæ, sed Prato in emptione Montis comprænhenso, & a d. principali Prædio distincto.

Ad tertium de non posito confine Rivi, seu Rivoni in emptione Montis respondetur illud non esse confine immediatum, sed mediatum, hoc est mediante nemore venditoris, ut id innotuit tam ex instrumento Sarti, in quo ab illo latere leguntur verba, Juxta bona, videlicet nemores d. venditoris, & desuptus Rivum, seu Rivonum, & sic Rivus ponitur ut ex isteus sub nemoribus, seu post nemores ad majorem demonstrationem, non quia cohæreat bonis venditis, ut 12
cohærere debet, quod datur pro confine, *Rot. recent. par. 7. decis.* 215. *num.* 9. cum confinium desi- 13
gnatio includat omnia intra fines compræhensa, *Paris. cons.* 2. *num.* 63. *&* 64. *lib.* 3. *&* *cons.* 4. *num.* 1 *lib.* 4. *Natt. cons.* 401. *num.* 31. *&* *cons.* 506. *num.* 31. *lib.* 3. quam ex Visitatione, & Planta, quibus 14
probantur limites, *Cald. de restit. in integr. in verb. minoribus num.* 19. Et ulterius, quatenus etiam Rivus adiaceret bonis venditis, respondetur non fuisse necessariam illius expressionem in instrumento Montis, dum in eo fuerunt expressa alia quatuor confinia, et tamen satis fuissent 15
duo, *Natt. cons.* 138. *num.* 19. *lib.* 1. *et cons.* 314. *num.* 3. *lib.* 2. *Paris. cons.* 169. *num.* 15. *&* *cons.* 191. *num.* 4. & maxime stante 16
adiecta clausula, Et alios suos plures, vel veriores confines, sub 17
qua veniunt alia omnia confinia non expressa.

Ad quartum de Tegete respondetur argumentum non con- 18
cludere, non fuit in instrumento Montis posita Teges immediate post

post Domum, ergo Teges est à Domo separata, cum ordo scripturæ potuerit etiam casu, & inadvertenter, ac etiam ignoranter à Notario sic componi, &
19 non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. neque natales*, *C. de probat.* Quodque eo minus attendendum videtur, dum nec in instrumento Sarti sit aliqua mentio Tegetis, & tamen ex visitatione, & Planta constitit, illam adesse.

Ad quintum de non expressa in instrumento Montis qualitate Domus, quod ea scilicet sit pro laboratoribus, & noviter constructa, ut legitur in instrumento Sarti respondetur hanc expressionem factam in instrumento Sarti non excludere, quin etiam Domus, de qua in instrumento Montis, sit ejusdem qualitatis, seu qualitatum, ita ut intret etiam in hoc regula *d. l. neque natales*, *C. de probat.* & immo qualitatem, pro laboratoribus, in instrumento Montis contineri, dum legitur expresse nominatus Prædii cultor, nempe Marcus Antonius de Vandinis cum ejus familia, qui Prædium tornaturarum 40. & seminis corbium septem, ut in Montis instrumento habetur, colere non valuisset, non existente Domo pro ejus, & familiæ, habitatione.

Ad sextum circa diversitatem denominationis loci respondetur ex testium Montis depositione constitisse, locum, & Prædium, de quo agitur utroque modo, & vocabulo denominari, hoc est, la Costa, &, la Cà nova, & aliud Prædium ad Collis fastigium esse sub vocabulo, Caprara, de quo sit etiam mentio in instrumento emptionis Sarti, et id fuit quoque corroboratum ex accessu, et sumpta ibi diligenti informatione.

Præterea, quod emptio Sarti sit in loco sub vocabulo, la Costa, satis apparet ex instrumento secundæ emptionis tornaturarum 16. in loco ut ibi legitur vocato, la Costa juncta animadversione, quod in prima emptione emit tornaturas 15. cum rata, et parte Domus, et ædificiorum, et in secunda emit alias tornaturas 16. cum alia parte ædificiorum. Atque quod dd. tornaturæ 15. de quibus agitur, nec non Domus sint compræhensæ intra fines emptionis factæ per Montem, satis, superque intelligitur, 20
dum, capta per Montem Tenuta ad formam, et limites ipsius Montis instrumenti, Sartus in actis comparvit, allegando se possessorem respectu dd. tornatur. 15. et instando pro tenutæ revocatione, et successivè pro sententia favorabili; in cujus judicii prosecutione, et defensione subintravit tractu temporis Barnabeus prætensus hæres. Qui non debet conquæri de Tenuta capta, et confirmata, atque data juxta instrumentum Montis emptoris anterioris etiam respectu traditionis, et possessionis, ut supra.

Et ita utraque, &c.

MAN-

MANDATI

Mercurii 17. Decembris 1653.

ARGUMENTUM.

Mandatum ad exigendum, & exegisse confitendum an contineat facultatem confitendi etiamsi non receperit, & an dicatur restrictum ad confitendum circa factum proprium procuratoris, vel intelligatur etiam circa factum domini.

SUMMARIA.

1 *Inventarium usufructuarii probat contra ipsum non existentiam aliorum bonorum, et suffragatur hæredi etiam proprietario.*

2 *Solutio, et implementum est quid facti, et non præsumitur, sed probari debet.*

3 *Solutio allegata, et non probata agnitionem tantum debiti operatur.*

4 *Solutio maxime notabilis quantitatis facta non præsumitur sine quietantia, seu receputo, vel testibus.*

5 *Confessionis adversarii pars continens inverisimilitudinem reiici potest, et in reliquis acceptari.*

6 *Confessio continens duo facta potest dividi.*

7 *Confessionem dividere ex præsumptionibus est in Judicis arbitrio.*

8 *Impugnata in probatione potest se Judex fundare ad favorem etiam impugnantis.*

9 *Narrativa Instrumenti inter partes probat.*

10 *Debita præferuntur legatis, & datur pro illis actio contra legatarios, & num. 11.*

12 *Fructus fundorum restitutorum sunt de ipsorum fundorum natura, & ut bona restituendi.*

13 *Fructus quando non censeantur remissi propter receptionem sortis, & fundorum, & num. 14. & 15.*

16 *Confessio Procuratoris quando possit à principali revocari, & num. 100.*

17 *Confessio Procuratoris revocata censetur à principali eo ipso, quod dicit, & prætendit contrarium, et num. 99. in fin.*

18 *Mandatum ad exigendum cum facultate confitendi receptionem, et exactionem non intelligitur de antea facta per constituentem, sed de realiter facienda per ipsum constitutum.*

19 *Ampl. etiam stante juramento de ratum habendo. Decl. ut ibid. & num. 42.*

20 *Confitendi facultas in mandato intelligitur de eo, quod consistit in facto proprio, non de eo, quod in alieno; & aliter facta confessio voluntaria principali non nocet, & num. 21. Lim. ut num. 22. Decl. ut num. 13.*

23 *Confessio in dubio interpretanda est ad favorem confitentis, & ut minus illi noceat.*

24 *Confessio Procuratoris interpræ-*

pretari debet, ut minus noceat principali.

25 *Mandatum ad confitendum receptionem intelligitur ad favorem constituentis, & sic eorum, quæ Procurator recipiat, alias esset ad donandum, & num. 27.*

26 *Mandatum cum libera, seu amplissimum non extenditur, ut Procurator possit Domino præjudicium inferre, vel donare, & jus liquidum remittere.*

28 *Mandatum procuræ est semper stricte interpretandum, & ut est utilius mandanti, seu illi minus damnosum, & ut est verisimilius ex ejus mente, & num. 29. & 30.*

31 *Mandatum ad donandum, & renunciandum requiritur speciale.*

32 *Confessio Procuratoris non probat solutiones, nec nocet principali sine speciali mandato.*

33 *Mandatum aliud est generale, aliud speciale, aliud singulare, seu specialissimum, vel individuum.*

34 *Procuratoris facultas confitendi receptionem, & subsecuta confessio de recepto non præjudicat Domino, nisi vere receperit, seu constet de reali solutione. Contrarium num. 44. Lim. seu distingue, ut num. 43.*

35 *Procuratoris liberatio gratuita, & causa complacendi uti ambitiosa, & Domino præjudicialis non valet.*

36 *Debitoris assertio facta solutionis contra creditorem non probat.*

37 *Clausula, Ad recepisse confitendum, est de forma mandati ad exigendum.*

38 *Et intelligitur ad confitendum de pecunia, & rebus ab eodem Procuratore receptis tantum. Decl. ut num. 39. & 43.*

40 *Verbum, Ad confitendum, in mandato non est diversum à verbo, Ad recipiendum, & importat, ut Procurator accipiat primo, & postea confiteatur, & num. 41.*

45 *Mandatum qualificatur, et limitatur ex verbis, et clausulis.*

46 *Mandatum qualificatum, & limitatum aliter acceptari, et exequi non potest.*

47 *Dictiones, Cum, & Tamen, important conditionem, & num. 49.*

48 *Dictio, Quando, denotat conditionem.*

50 *Dictio, Tamen, limitat, & restringit.*

51 *Dictio, Postquam, inducit conditionem.*

52 *Participia faciunt conditionem.*

53 *Conditionis natura est, ut ea prius existat, & ut illius implen en um sit probandum, et num. 54.*

55 *Participium præteriti temporis actus denotat perfectionem, et junctum cum verbo, Est, secundum propriam significationem factum requirit, et num. 56.*

57 *Mandatum ad exigendum, et exegisse confitendum cum clausula, Interveniente tamen reali,*

reali, & effectuali pecuniarum numeratione, vel cum clausula, & de habitis, receptis, & recuperatis quietandum; intelligitur, de reali, & actuali solutione, et consignatione.

58 *Mandatum speciale ad quietandum intelligitur facta solutione, & non alias.*

59 *Procurator mandati terminos excedendo dominũ non obligat nec illi praejudicat, et nu. 60.*

61 *Mandati fines sunt diligenter custodiendi, & tam in substantia, quam in qualitate, et nu. 62.*

63 *Procurator potest facto suo conditionem domini facere meliorem, sed non deteriorem.*

64 *Procurator non potest declarare aliquid, quod sit contra domini voluntatem.*

65 *Mandati probatio debet esse clara, lucida, & necessario concludens, nec illud est extendibile, sed ad expressa restringitur, etiam si sit cum libera, & nu. 66.*

67 *Mandato sub generali non venit id, quod est insolitum.*

68 *Quietandi facultas propter imaginarias solutiones est in mandato insolita.*

69 *Procuratorem ad generalem non spectat ratificare solutiones, sed ad solum creditorem.*

70 *Mandatum generale non sufficit ad ea, quae requirunt speciale.*

71 *Rationis redditio fructuum debet esse actualis cum exhibitione, & solidatione computorum, et reliquatus restitutione, non autem suppletur confessione.*

72 *Clausula de rato in mandato non porrigitur ad ea, in quibus procurator fines mandati excedat.*

74 *Mandati amplitudo, et generalitas operatur in favorabilibus, & ad effectum mandatum pinguius, & utilius exequendi.*

75 *Mandati verba generalia, seu universalia non inferunt, ut sit recessum à praecedenti restrictiva, & qualitate.*

76 *Dictio, Item, est repetitiva praecedentis qualitatis, et conditionis, Ampl. ut nu. 77. et 78.*

79 *Verba generalia in eadem apposita oratione intelligi debent secundum praecedentem qualitatem, et restrictivam.*

80 *Dictio, Antea, intelligitur tam cum intervallo, quam in continenti.*

81 *Dictio, Postea, verificatur sive ex intervallo, sive in continenti.*

82 *Procurator non praesumitur excessisse fines mandati, Lim. ut num. 84.*

83 *Praesumptio non est, quod quis facere voluerit, quod non poterat.*

85 *Procurator si excedat domino sciente, et non contradicente, ei praejudicat.*

86 *Ratihabitio tacita, vel expressa operatur etiam in excedente mandati fines, secus in non habente mandatum, et nu. 87.*

88 *Dominus certioratus praesumitur à suis Ministris de gestis*

gestis negociis, & à Procuratore de eo, propter quod faciendum constitutus fuit. Decl. ut nu. 92. & 93. & 96.

89 Dominus ignorare praesumitur, quae sui Agentes, & Procuratores faciunt. Ampl. ut nu. 90.

91 Ratificatio tacita non extenditur ad ignorata.

94 Certiorationis Procuratoris praesumptio non infert ad approbationem respectu excessus, nisi in concernentibus commodum.

95 Scientiae praesumptio, ubi agitur de privatione, seu de amittendo jure quaesito, non admittitur, sed requiritur certa, & indubitata.

97 Praesumptio ex alia praesumptione non inducitur.

98 Ratificatio ut praesumatur, est scientia articulanda, & probanda.

99 Scientia Domini, excessus Procuratoris quando non dicatur probata.

101 Taciturnitas in petendo facit praesumere satisfactionem. Lim. ut nu. 102. & 103.

104 Debitum solvens praesumitur de credito satisfactus, vel illud remisisse. Decl. ut nu. 105. 106. et 107.

108 Procurator contrahens aliter, quam in mandatis habuerit, dicitur proprio nomine contraxisse, & tenetur ad interesse. & nu. 109.

110 Procuratoris facto damnum sentiens agere primo debet contra ipsum, si sit solvendo, & in subsidium petere restitutionem in integrum.

111 Procurator praesumitur intellexisse mandatum eo modo, quo illud executus fuit.

112 Procurator existens in bona fide, ad aliquid erga Dominum non tenetur.

113 Procuratoris confessio de recepto, receptione non probata, non praejudicat Domino, quin illi jura intacta remaneant; cum fuerit donatio, & actus nullus.

114 Haereditatis portio non adeuntis, accrescit adeuntibus tam ab intestato, quam ex testamento, & nu. 115.

DECISIO LXXVII.



Ita functo D. Hieronymo Vetia de Bobus, praevia institutione in suorum bonorum usufructu quond. D. Comitissae Domicillae de Blanchinis ejus Uxoris, & in proprietate Illustriss. D. Vitalis de Bobus, illiusque haereditate, & usufructu ab eisdem concorditer aditis, Inventario quoque confecto, atque postmodum intentato ab eodem D. Vitale contra praefatam D. Comitissam Domicillam judicio super immissione, & relaxatione bonorum subiectorum fideicommissis Bartolomaei, Andreae senioris, & Joannis Andreae de Bobus,

Bobus, ejusdem antenatorum ad ipsius favorem purificatis, & magno compilato processu, causaq; redacta in calculo ferendæ sententiæ.

Dicta D. Comitissa Domicilla, mediante Perillustri D. Alexandro Bocchio ejus speciali procuratore, dimisit, & relaxavit dicto D. Vitali omnia, & quæcunque bona, res, & jura, stabilia, urbana, ruralia, livellaria, precaria, emphyteotica, & cujuscunq; alterius qualitatis, & conditionis, necnon & omnia, & singula bona mobilia, & semoventia, supellectilia domus, & domorum, tam urbis, quam ruris, & in effectu omnia, & singula bona, res, & jura tenta, & possessa per suprascriptum olim D. Hieronymum in hereditatibus suprascriptorum olim DD. Bartholomæi Andreę Vitalis senioris, & Joannis Andreæ reperta, & illorum respectivè fideicommissis subiecta. Et versa vice D. Vitalis promisit eidem solvere, ac restituere dotem lib. 35000. sibi debitam, seu ejus partem intra terminum annorum novem, & singulo triennio ratam, & interim respondere, etiam de interusuriis, seu alimentis loco fructuum ad rationem quinque pro centenario, & anno, ut in duobus Instrumentis rogatis 25. Aprilis 1643. in proc. pr. instantiæ fol. 6. & seq. fol. 93. & seq.

Die vero 3. Februarii 1644. D. Vitalis Procuratorem fecit eundem præfatum D. Bocchium *ad exigendum, vendicandum, & recuperandum ab omni, & quacunque persona omnem, & quamcunque pecuniarum, bonorum, rerum, & jurium summam, & quantitatem sibi quomodolibet, & ex quacunque ratione, vel causa debitam, seu in futurum debendam, & à sic exigendis, cum tamen exacta erunt, solventes, & alios quoscunque, quos opus esset, prævia etiam confessione alicujus summæ, seu rei, aut bonorum per antea exactorum, & habitorum respectivè, absolvendum, quietandum, & liberandum, &c. Item ad solidandum, & in saldum redigendum cum quocunque ipsius debitore, aut creditore omnia, & quæcunque computa super quocunque negotio, facto, aut debito, etiam cum renunciatione exceptionis erroris calculi in forma, & prævia confessione cujusuis solutionis, seu traditionis bonorum antea factæ absolvendum, & respectivè absolvi faciendum ipsum D. Constituentem ab omni, & toto, quod debitum fuisset per unum alteri, & è contra, & hoc ne dum in specie, sed etiam in genere, &c.* & alias prout in Instrumento in d. proc. pr. instantiæ fol. 60. à tergo, & seqq.

Cujus mandati vigore die 30 Martii ejusdem anni 1644. prævia narratione d. renunciationis, & relaxationis bonorum d. D. Domicillæ nomine factæ sub d. die 25. Aprilis 1643. per D. Bocchium ejus tunc Procuratorem ad favorem d. D. Vitalis, & quod *eadem D. Domicilla deinde informata, ex juris dispositione se teneri, & obligatam esse reddere rationem administrationis fructuum, & introituum dd. bonorum ad illius manus perventorum à die mortis d. Hieronymi usque ad d. diem 25. Aprilis, &, quod ad id etiam pro parte d. D. Vitalis requisita, effectualiter rationem prædictam reddidit prædicto D. Vitali, eidem effectualiter dimittendo, & relaxando omnia bona mobilia, etiam aurea, argentea, gemmas, & quæcunque alia bona latius descripta in Inventario legali per eam uti hæredem usufructuariam confecto, exceptis aliquibus, &c. & quod de prædicta redditione rationis, & effectuali consignatione dd. bonorum mobilium, & totius reliquatus nulla adhuc facta fuerant computa publica, vel privata, & quod D. Bocchius procurator D. Vitalis dixit, & confessus fuit d. D. Vitalem ejus principalem habere perfectam notitiam, scientiam, & cognitionem, cum illud penes se habuerit, & habeat, ac pluries, ut dixit, vidit, & legit,*

legit, & renunciavit cuicunque exceptioni &c. licet, de prædicta redditione rationis, effectuali consignatione dd. bonorum mobilium, & totius reliquatus nulla adhuc facta fuerit scriptura publica, vel privata, & quod partes prædictæ cuperent de prædictis perpetuo apparere &c. fuit inter eandem D. Domicillam ex una, & D. Alexandrum Bocchium Procuratorem nunc d. D. Vitalis, ut supra, ex altera deventum ad Instrumenti dispositivam sub infrascriptis formalibus verbis, videlicet.

Ad petitionem, & instantiam d. D. Domicillæ præsentis, & ad infrascripta instantis &c. d. D. Bocchius Procurator D. Vitalis dixit, confessus fuit, & publice recognovit, prædicta omnia, & singula vera fuisse, & esse, & sic per d. D. Domicillam fuisse eidem D. Vitali redditam integram rationem administrationis fructuum, & introituum prædictorum, mediantibus computis inter ipsos, ut supra dictum fuit, factis, & adæquatis, prout etiam, eidem fuisse in vim suprascripti Instrumenti relaxatam possessionem suprascriptorum bonorum stabilium cum effectuali, & integrali consignatione reliquatus; nec non, & effectualiter consignata, & in suo posse de præsenti habere omnia bona mobilia, gemmas, res aureas, & argenteas, suppellectilia domus latius descripta in suprascripto Inventario, exceptis tamen infrascriptis &c. quæ D. Domicilla dixit vendidisse, & pretium erogasse in expensas funerales &c. quibus stantibus, & attentis, prædictus D. Bocchius Procurator D. Vitalis ne dum absolvit, & plenissime liberavit d. D. Domicillam præsentem &c. à dictis bonis, ut supra restitutis, dimissis, relaxatis, & consignatis, nec non & à redditione administrationis prædictæ, & reliquatus consignatione, faciendo finem &c. & pactum &c. etiam per acquilianam animo novandi &c. verum etiam promisit eam liberare à molestiis creditorum d. Hieronymi, & indemnem conservare &c. et alias ut in Instrumento in d. proc. pr. instantiæ fol. 50. à tergo, et seq.

Post quæ de Anno 1654. 4. Maii fuit ex parte d. D. Domicillæ coram D. Auditore Generali institutum judicium contra d. D. Vitalem pro solutione interusuriorum, seu alimentorum dotalium per ipsum, ut supra, promissorum, decursorum, et non solutorum, et aliorum in futurum decurrendorum in vim, et executionem dicti Instrumenti, ut in d. proc. pr. instantiæ fol. 2. et seq.

Qui D. Vitalis opposuit de solutione, compensatione, & retentione ex causis allegandis, & probandis, ut d. proc. fol. 21. & dedit in progressu causæ positiones, quibus D. Domicilla respondit, ut d. proc. pr. instantiæ fol. 32. & seq. sed ex responsionibus non elicitur aliqua relevans probatio ac favorem ipsius D. Vitalis.

Et, cum in causæ progressu, hoc est sub die 4. Junii 1645. fuerit contra D. Vitalem productum d. Instrumentum, in quo D. Bocchius illius Procurator fatetur relaxationem factam per d. D. Domicillam D. Vitali de dictis omnibus bonis, & redditionem rationis, & generaliter eandem quietat, & liberat, de quo d. proc. pr. instantiæ fol. 56. & seq. idem D. Vitalis in termino productionis d. alterius instrumenti relaxationis bonorum factæ per d. D. Domicillam mediante eodem D. Bocchio tunc illius Procuratore, de quo d. proc. pr. instantiæ fol. 93. & seq. sub die 22. d. mensis Junii 1645. dedit de extorsione d. confessionis, & absolutionis, eamq; revocavit, cassavit, & annullavit, ut ibid. fol. 107. & seq.

Emanavitq; demum sententia D. Auditoris Generalis, qua exe-

executionem commissit pro interusuriis dotalibus decursis, & non solutis usq; ad diem 14. Aprilis tunc præteriti 1645. reservatis D. Vitali juribus prætensæ compensationis in alio judicio, ut in sententia d. proc. pr. instantiæ fol. 133. & seq. & in proc. sec. instantiæ, seu Rotali fol. 6. & seq.

A qua introducta per extractionem appellatione coram D. meo Antecessore, supervenit ad instantiam D. Vitalis commissio Eminentiss. D. tunc Legati amplectens causas motas, & movendas, & cum clausula, *quam, & quis*, ut in proc. sec. instantiæ, seu Rotali fol. 16. & pr. instantiæ fol. 146. à tergo.

Et, dicta stante commissione fuit ex parte D. Vitalis, ut supra hæredis d. D. Hieronymi beneficiati novum cœptum judicium contra D. Domicillam, & Illustrissimum D. Marchionem Cornelium Lambertinum ejus tunc secundum virum pro relaxatione, & traditione mobilium, aureorum, argentorum, & gemmarum hæreditariarum ejusdem D. Hieronymi ejus primi viri, de quibus in Inventario per eandem facto, ut in proc. Rotali fol. 26. & seq. & in proc. pr. instantiæ
1 fol. 112. & seq. Quod contra ipsam probat negativam non existentiam aliorum bonorum, & suffragatur hæredi etiam proprietatio, *Rot. recent. par. 6. decis. 39. n. 15. & seq.* ad effectum ea vendendi, & ex pretio extinguendi debita hæreditaria ipsius Hieronymi, & signanter ad effectum redimendi bona quædam stabilia per d. Hieronymum vendita Dominis de Bocchis pretio lib. 3000. & ab eodem in continenti conducta sub annuo affictu lib. 180. nec non ad effectum solvendi alias lib. 6000. debitas D. Helisabettæ Tossinæ, pro quibus solvuntur anno quolibet lib. 360. cum protestatione de damnis, expensis, & interesse, & sine præjudicio aliorum, suorum jurium, ut in d. proc. Rotali fol. 16. verso cum seq. & in causæ progressu fuit etiam ex parte D. Vitalis repetita, & reiterata supradicta petitio, & addita etiam instantia pro redditione rationis de administratis, et restitutione fructuum, ut in d. proc. Rotali fol. 93. verso, et in informatione facti in eodem proc. fol. 73. etiam verso, & seq. Et fabricato, & completo desuper processu; nec non soluta, & restituta interim, mediantibus etiam mandatis A. C. ut prætenditur, etiam à D. Vitali ipsi D. Domicillæ, & D. Marchioni Cornelio secundo viro d. dote cum interusuriis, quorum aliquæ quietantiæ apparent in d. proc. pr. instantiæ fol. 49. & seq. ac d. D. Domicilla lite pendente mortua, institutis sibi hæredibus pro dimidia eodem D. Marchione Cornelio secundo viro, & pro alia dimidia Illustrissimis DD. Comitibus de Blanchinis fratribus, & nepote respective, ut in Testamento in proc. Rotali fol. 101. & seq. & deinde mortuo etiam D. Marchione Cornelio, & continuata lite cum D. Silvio Clerico dd.

Con-

Coniugum procuratore, & domino litis effecto (qui, dicto Testamento producto, declaravit, & opposuit D. Marchionem esse pro medietate tantum Domicillæ uxoris hæredem) ac cum dd. DD. de Blanchinis, qui medio Procuratore declararunt, se nolle esse hæredes, fuit tandem post multas habitas Congregationes, & sessiones, atque auditis, & reauditis pluries, partibus, eorumque Procuratoribus, & Advocatis hinc inde in voce, & in scriptis deventum hac die 17. Decembris 1653. ad Causæ expeditionem, in qua omnium Dominorum Votis condemnatus fuit d. D. Clericus dominus litis effectus ad traditionem dd. mobilium, aureorum, argentorum, & gemmarum, ac ad petitam redditionem rationis fructuum, reliquatusq; restitutionem (executione tamen directa ad bona hæreditaria d. D. Domicillæ) & insuper absoluti fuerunt à petitis præfati DD. de Blanchinis.

Non enim controvertebatur, nec controverti poterat, quin D. Domicilla teneretur ad relaxationem dd. mobilium, & gemmarum, & ad d. redditionem rationis fructuum bonorum stabilium jam relaxatorum, Cum & eadem in proemio, & narrativa d. instrumenti absolutionis, & quietationis id admiserit, & confessa fuerit; Qua confessione partis nulla est major probatio, vulgatis juribus; Et dividi, ac separari potest hoc casu qualitas redditæ rationis, & consignationis mobilium, & reliquatus. Tum
quia solutio, & implementum est 2
quid facti, & non præsumitur, sed probationem requirit. *Herc. de probat. negat. num.* 35. *fol. mibi* 50. *Greg. decis.* 139. *nu.* 1. *&* 6. et
allegata, et non probata agnitio- 3
nem solam debiti operatur, *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 362. *num.* 2. *& par.* 2. *decis.* 353. *num.* 3. *& d. par.*
6. *decis.* 97. *num.* 7. et facta solutio 4
non præsumitur, maxime notabilis quantitatis, ut hoc casu, non reportata tunc quietantia, seu apoca receptionis, vel sine testibus, *Greg. decis.* 188. *num.* 3. *decis.* 195. *num* 13. *decis.* 253. *num.* 1. *Pen. decis.* 721. *num.* 16. *& Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 239. *num.* 11, *et seqq. par.* 6. *decis.* 259. *num.* 6 *decis.* 290. *num.* 10. *et par.* 7. *decis.*
11. *num.* 10. *et* 11. Tum quia po- 5
test reiici pars, quæ continet inverisimilitudinem. *Rot. recent. d. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 239. *num.* 17.
Tum quia agitur de duobus fa- 6
ctis diverso tempore, *ut habui in tract. mand. de manuten. observ.* 83. *num.* 63. *paulo ante fin.* Tum quia
habet Judex semper arbitrium 7
dividendi ex præsumptionibus, *vt dict. observ.* 83. *num.*
63. *in fin.* et potest se fun- 8
dare super probatione impugnata etiam ad favorem impugnantis, *Gratian. discep.* 279. *num.* 42.
et 43. *et discep.* 967. *nu.* 29. Prout 9
& narrativa Instrumenti inter partes probat, *Gratian. discept.* 693. *num.* 4. & attentis dictis de-
bitis Hieronymi, quæ legatis 10
præferuntur, *l. si universa C. de*
legat. & datur pro illis actio con- 11
tra legatarios, *Castr. cons.* 27. *nu.* 19. *lib.*

19. *lib. 3. Rolan. de invent. inter tract. diverſ. quæſt. 161. num. 1. & quæſt. 162. per tot.* dictorum mobilium, & jocalium reſtitutio, ad effectum ex retractu illa ſolvendi non poterat evitari. Et
12 fructus fundorum reſtitutorum ſunt de ipſorum fundorum natura, & ut bona reſtituendi, *Cephal. conſ. 215. num. 47. & 48. lib. 2.* & in fructibus poſt purificatum fideicommiſſum, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 626. num. 46. et ſeq.*
13 & uti debiti jure actionis, *Gait. de cred. cap. 3. tit. 1. num. 77.* ac
14 in omni judicio poſſeſſorio à die motæ litis, *ut habui in tract. de ſubbaſt. inſpec. 55. num. 95. & ibi Rot. dec. 100. num. 3. & 5.* remiſſi
15 non cenſentur petfundorum, & ſortis receptionem, *l. ſi cum doſ. ff. rer. amot. Bart. Bald. & Salycet. in l. ſiquidem C. de tranſact. Gait. loc. cit. Greg. deciſ. 93. num. 3. ubi Beltram. num. 10. Pen. dec. 451. num. 2. & dec. 1026. num. 7. & Rot poſt d. noſtrum tract. de ſubbaſt. dec. 69. num. 21.*

Sed opponebatur de ipſorum mobilium, aureorum argentorum, & gemmarum ſecuta reſtitutione, ac de redditione rationis fructuum, & reliquatus conſignatione facta D. Vitali, ac de reportata deſuper confeſſione de recepto, & quietatione, & liberatione à D. Bocchio D. Vitalis Procuratore; Et exadverſo replicabatur de defectu mandati, ac de illius finium exceſſu, & de ipſius confeſſionis revocatione à
16 die habitæ notitiæ, quod à D. Vitali principali fieri potuit, etiam non docto de errore, dum ſumus in Procuratore, cujus mandatum ad id non extendebatur, *ut dixi in d. tract. mand. de manuten. obſerv. 19. num. 58. & 59. & tradit Rot. diverſ. par. 1. dec. 613. num. 9. & in recent. par. 4. tom. 2. dec. 7. num. 13. & dec. 356. num. 7. & par. 7. dec. 16. num. 12. & dec. 57. num. 46.* & revocata confeſſio cenſetur eo 17 ipſo, quod principalis dicit, & prætendit contrarium, *Duran. dec. 35. num. 6.*

Unde, reſtricta, & ventilata ſuper hoc cauſa, Domini tenuerunt d. mandatum procuræ non 18 continere facultatem confitendi receptionem, & exactionem antea factam per D. Vitalem conſtituentem, ſed confitendi ſolummodo veram receptionem, & exactionem, quæ fieri contigiſſet per eundemmet D. Bocchium Procuratorem conſtitutum, *Dec. conſ. 493. num. 15. in fin. lib. 2.* & in his terminis loquuntur, *Bald. Caſtr. & alii in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. & Ruyn. conſ. 53. num. 17. lib. 2. Cyriac. contr. 122. num. 3. & Seraph. dec. 987. num. 5. Cancer. var. reſol. lib. 1. p. 2. cap. 14. de procurat. num. 77. & ſeqq.* & quidem etiam ſi D. Vitalis conſtituens juraſſet, 19 ſe ratum habiturum, dum Procuratorem conſtituit, non ad ipſius Procuratoris utilitatem, ſed ad utilitatem propriam, ut ſcilicet pro ipſo conſtituente reciperet, *Caſtr. conſ. 409. prope fin. lib. 1. Cancer. loc. cit. num. 83.* quique habet facultatem confitendi, intelligi- 20 tur habere facultatem confitendi de eo, quod conſiſtit in facto proprio, non de eo, quod non conſiſtit in facto proprio, ſed in alieno,

21 no, & aliter facta confessio voluntaria, ut hic, non nocet principali, *Castr. cons.* 34. *num.* 2. *lib.* 1.
22 nisi simus in habente plenam bonorum administrationem, & liberam potestatem, *Natt. cons.*
23 543. *num.* 25. *lib.* 3. Et, sicuti in dubio ipsa confessio interpraetari debet in favorem confitentis, & ut minus illi noceat, *Dec. d. cons.* 493. *nu.* 16. *lib.* 2. *Rot. divers. par.*
24 2. *dec.* 80. *in fin.* & confessio Procuratoris, ut minus noceat domino, *Rot. divers. par.* 1. *dec.* 613. *nu.*
25 10. ita mandatum ad confitendum receptionem intelligendum est ad favorem constituentis, nempe ad confitendam receptionem eorum, quæ procurator recipiat, alias esset constituenti valde præjudiciale, si mandatum intelligeretur ad confitendum ea, quæ non recepisset, quia esset donare, *Dec. d. cons.* 493 *nu.* 16. & 22. *lib.* 2. *Pract. Papien. de form. libell. quo agit. ad fict. præ-*
26 *stat. in glos. mutuo in fin.* Nec mandatum etiam cum libera, seu amplissimum extenditur, ut procurator possit domino præjudicium inferre, *Rot. divers. par.* 4. *dec.* 58. *num.* 1. vel donare, & jus liquidum remittere, *l. procurator cui* 58. *in summar. & ibi gl. in verb. procurator in fin. ff. de procurat. Dec. d. cons.* 493. *num.* 22. *lib.* 2. *Natt. cons.* 10. *num.* 4. *cons.* 25. *nu.* 4. *cons.* 45. *num.* 5. & 6. & *cons.* 115. *num.* 8. *lib.* 1. *et cons.* 641. *num.* 6. *et seqq. lib.* 3. *Greg. dec.* 311. *num.* 1. *et* 2. *et Rot. recent. par.* 1. *dec.* 576. *num.* 1. *et dec.* 701. *num.* 3. & in terminis
27 mandati ad confitendum exactam pecuniam, *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 93. *num.* 3. 4. *et* 5.

Sed est semper mandatum stri- 28
cte interpraetandum, *l. si procura-*
tor, C. de procurat. Rot. divers. par.
4. *dec.* 120. *num.* 2. & prout est uti- 29
lius mandanti, *Buratt. dec.* 623.
num. 8. seu illi minus damnosum,
Rot. recent. par. 5. *tom.* 1. *decis.* 26.
num. 5. ac prout est verisimilius 30
secundum illius intentionem, &
mentem, *d. dec.* 26. *nu.* 6. Debetq; 31
ad donandum, & renunciandum
esse speciale, *Rol. cons.* 11. *num.* 18.
lib. 1. *Gargear. patroc.* 35. *lib.* 2.
Adeout confessio Procuratoris 32
non solum non probet solutiones
contra dominum, nec noceat
principali, nisi adsit speciale
mandatum, *Gratian. discept.* 677.
num. 45. *Seraph. d. dec.* 987. *num.*
5. & *dec.* 1139. *num.* 1. & 5. *Greg.*
dec. 75. *num.* 1. *Coccin. dec.* 283. *nu.*
2. & *dec.* 326. *num.* 4. *Buratt. dec.*
374. *num.* 11. & *Rot. recent. par.* 2.
dec. 68. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *decis.*
371. *num.* 8. *et par.* 5. *tom.* 1. *decis.*
188. *num.* 10. quod ita dicitur ad 33
differentiam generalis, & singu-
laris, seu specialissimi, & indivi-
dui. *Natt. cons.* 673. *num.* 17. *lib.* 4.
sed hæc etiam facultas, & subse- 34
cuta confessio de recepto non
præjudicet domino, nisi re vera
procurator receperit, seu constet
de reali solutione, juxta doctri-
nam *Bart. in l.* 2. §. *fin. num.* 7. *vers.*
dico etiam ff. si cert. pet. ubi Add.
littera E. et facit Pen. dec. 1062.
num. 7. *Cancer. var. resol. lib.* 1. *p.*
2. *cap.* 14. *de procurat. nu.* 79. *et* 80.
cum liberatio gratuita, & causa 35
complacendi tamquam ambitio-
sa, & domino præjudicialis non
valeat, *Castr. cons.* 13. *nu.* 63. *lib.* 3.

& nuda

& nuda debitoris assertio de solu-
36 tione facta, ut hoc casu asseruit D. Domicilla, nullam faciat contra creditorem probationem,
37 *Buratt. dec.* 199. *num.* 6. & clausula, Ad recepisse confitendum, sit de forma mandati ad exigendum, *ut per Salust. Tiber. in formul. instrum. lib.* 2. *sub formula procuræ generalissimæ col.* 8. *circa med. fol. mihi* 104. *et lib.* 3. *in clausul. appon. in instr. proc. ante fin. et sentit Pen. dec.* 528. *num.* 2. & intelligatur ad
38 confitendum de pecunia, & rebus ab eodem Procuratore receptis tantum, *Parlador. var. quotid. lib.* 2. *cap.* 17. *par.* 5. *num.* 11. *Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst.* 4. *an, et quomod. ex mut. obligat. Eccles.* §. *item adverse fol. mihi* 326. hoc est
39 de confessione, quæ continet implicitam confessionem, super ipso facto solutionis, & traditionis, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 109.
40 *num.* 5. itaut verbum, Ad confitendum, non sit quid diversum à verbo, Ad recipiendum, *Add. ad Bart. in d. l.* 2. §. *ult. sub littera E,*
41 *vers.* ad secundum, ubi quod importat, ut accipiat primo, & postea confiteatur, Et sic etiam in-
42 telligatur promissio jurata constituentis de habendo ratum, *Castr. d. cons.* 409. *prope fin. lib.* 1.
43 Quidquid aliud esset in Procuratore habente mandatum pinguius, hoc est specifice ad confitendum recepisse etiam si re vera non recepisset, *Redoan. loc. supra cit.*

44 Cæterum, quia doctrina, *Bart. in d. l.* 2. §. *ult. num.* 7. *vers. dico etiam ff. si cert. pet. non videtur communiter recepta, ut testantur ibi Add. littera E.* (à qua tamen recedendum non esse firmat ex *Mascard. Pascal. de patr. potest. par.* 1. *cap.* 7. *sub num.* 14.) *& eum impugnat præsertim ibid. Bald. Fulgos. Alex. Dec. Jas. Battigell. Jo. de Prat. Alciat. & Curt. jun. Ruyn. cons.* 53. *nu.* 17. *lib.* 2. *Stracc. de Mercat. tit. de mand. nu.* 4. *vers. idem Bart. in relato. Mancin. de confess. cap.* 9. *art.* 5. *nu.* 11. *Mozzius de contract. in tract. de mutuo tit.* 3. *num.* 8. *Guttierez. de juram. par.* 1. *cap.* 50. *num.* 8. *Cyriac. controv.* 122. *num.* 2. *Parlador. d. lib.* 2. *res. quotid. leg. fin. quæst.* 5. §. 17. *num.* 14. *Munnoz. de ratioc. cap.* 23. *num.* 43. *vers. ex qua distinctione Felin. in cap.* 3. *num.* 87. *et* 88. *de fid. instrum. et D. Merend. controv.* 20. *nu.* 6. *lib.* 24. *alleg. per Cancer. var. resol. d. lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 14. *de procurat. num.* 81. in proposito omnis submovetur difficultas, dum mandatum est ad exigendum cum clausula, & formalibus verbis, videlicet. *Et à sic exigendis, cum tamen exacta erunt, solventes, & alios quoscunque, quos opus esset, prævia etiam confessione alicujus summæ, seu rei, aut bonorum per antea exactorum, & habitorum respective absolvendum, quietandum, & liberandum, &c. Item ad solidandum computa etc. et prævia confessione cujusvis solutionis, seu traditionis bonorum antea factæ absolvendum, &c.* Nam illa verba, 45
Cum tamen exacta erunt, solventes, & alia, *Per antea exactorum*, atq; alia inferius, *Cujusvis solutionis, seu traditionis bonorum antea factæ*, qualificant mandatum, *ad Rot. recent. par.* 7. *dec.* 249. *num.* 16. illudq;

46 illudq; limitant, ut aliter accep-
tari, & exequi non poſſit, *ad Put.*
dec. 100. *num.* 4. *lib.* 2. *juxta veter.*
impreſſ. et Rot. diverſ. par. 4. *dec.*
803. *num.* 10. *et* 11. *poſt Dec. d. conſ.*
493. *num.* 16. *verſ. ſecundo reſpon-*
detur, lib. 2. *et Caſtr. conſ.* 396. *in*
fin. lib. 1. nec ſervari per æquipol-
lens, & ſimplicem confeſſionem,
Gratian. d. diſcept. 677 *num.* 46.
47 Ac dictæ dictiones, *Cum*, &
Tamen, important conditionem,
ut de prima ſunt, *tex. in l. bujuſmo-*
di ſtipulationibus 20. *& in l. quod-*
cunq; 45. *§. fin. ff. de verb. obligat.*
& tradit *Bart. in l.* 1. *verſ.* 20. *quæro*
ff. de cond. & demonſtr. Dec. conſ.
401. *num.* 1. *lib.* 2. *& Pariſ. conſ.*
48 17. *num.* 25. *lib.* 1. ut conditionem
importat dictio, *Quando idem Pa-*
riſ. conſ. 81. *num.* 6. *eod. lib.* 1. *Rot.*
49 *recent. par.* 3. *deciſ.* 238. *num.* 3. &
de ſecunda pariter *Pariſ. d. conſ.*
17. *num.* 19. *lib.* 1. *Rot. recent. par.*
1. *dec.* 515. *num.* 2. quæ eſt *Buratt.*
dec. 14. *num.* 3. & ibi *Add. num.* 51.
50 & quod dictio, *Tamen*, limitet,
& reſtringat, eſt *tex. in l. pro hærede*
§. quod autem ff. de acq. hæred. &
tradit *Ruyn. conſ.* 1. *num.* 12. *lib.* 4.
Rot. rec. par. 3. *deciſ.* 140. *num.* 4.
51 prout in ſimili conditionem in-
ducit dictio, *Poſtquam, Rot. rec.*
par. 6. *dec.* 7. *num.* 3. *Duran. deciſ.*
52 205. *num.* 7. Quemadmodum
conditionem faciunt participia
illa, *Exacta, Solventes, Exacto-*
rum, Factæ, Natt. conſ. 371. *num.*
53 3. *lib.* 2. Et conditioni natura
eſt, ut ea prius exiſtat. *Natt. ibid.*
num. 4. *& Pariſ. d. conſ.* 17. *nu.* 25.
54 *lib.* 1. & ut illius implementum
probandum ſit, *Rot. recent. par.* 1.
d. dec. 515. *num.* 4. quæ eſt *Buratt.*
d. dec. 14. *num.* 7. Denotatq; par- 55
ticipium præteriti temporis actus
perfectionem, *Ruyn. conſ.* 226. *nu.*
6. *lib.* 1. *Greg. dec.* 116. *num.* 2. &
junctum cum verbo, *Eſt*, ſecun- 56
dum propriam ſignificationem
factum requirit, *Bart. in l. ſi, qui*
§. quod ait Prætor, num. 1. ubi ad-
monet id perpetuo menti tenen-
dum eſſe, *ff. quod vi, aut clam:* &
ſic intervenire debebat realis, & 57
actualis ſolutio, & conſignatio,
Mareſcott. var. reſol. d. cap. 93. *nu.*
4. 5. *&* 6. *& Buratt. dec.* 661. *in*
princ. Prout & mandatum ſpe- 58
ciale ad quietandum intelligitur
facta ſolutione, & non alias, *Boer.*
dec. 281. *num.* 8.

Itaque nulliter egerit D. Boc- 59
chius Procurator, mandati termi-
nos excedendo, & D. Vitalem
dominum non obligaverit, *l.* 3. *§.*
ult. l. diligenter l. poteſt, & ibi gl. ff.
mand. l. ſi Procurator, ubi etiam
gloſ. in verb. potuit, Bald. & Alex.
C. de procurat. c. cum dilecta de re-
ſcript. Rot. recent. par. 6. *dec.* 79. *nu.*
1. *& ſeq. dec.* 93. *num.* 11. *& deciſ.*
100. *num.* 11. neque illi præjudi- 60
caverit, *Buratt. d. dec.* 661. *num.* 8.
Cum mandati fines ſint diligen- 61
ter cuſtodiendi, *d. l. diligenter, ff.*
mand. c. qui ad agendum de procurat.
in 6. *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *deciſ.*
374. *num.* 24. & procurator tenea- 62
tur mandatum diligenter obſer-
vare, non ſolum in ſubſtantia, ſed
etiam in qualitate, *Roland. conſ.* 1.
num. 135. *lib.* 3. ac poſſit quidem 63
facto ſuo conditionem domini
facere meliorem, ſed non dete-
riorem, *l. ſi quis mihi bona §. ſed ſi*
mandavit ff. de acqu. hæred. Rot.
recent. par. 2. *dec.* 28. *nu.* 6. *& par.* 6.

64 *dec.* 194. *num.* 5. ita ut nec possit declarare aliquid, quod sit contra voluntatem domini, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 726. *num.* 8.
65 Atque debet mandati probatio esse clara, lucida, & necessario
66 concludens, nec est mandatum extendibile, sed ad expressa restringitur, *Jos. Ludovic. dec. Perus.* 117. *num.* 15. *et seq. par.* 2. etiamsi sit cum libera, *Buratt. d. dec.* 661.
67 *num.* 1. Nec sub generali mandato venit id, quod est insolitum, *Put. dec.* 524. *num.* 2. *lib.* 2. *juxta*
68 *veter. impress.* ut est facultas quietandi propter imaginarias solutiones, *Rot. recent. par.* 6. *dec.* 227.
69 *num.* 6. Prout nec ad generalem procuratorem spectat ratificare solutiones, sed ad ipsum creditorem tantum, *Put. dec.* 403. *num.* 2.
70 *lib.* 3. *juxta veter. impress.* nec mandatum generale sufficit ad ea, quæ requirunt speciale, *Put. dec.* 251. *num.* 4. *lib.* 2. *juxta veter. im-*
71 *press.* nec in ea parte, in qua agitur de redditione rationis fructuum, sufficit confessio, sed requiritur actualis redditio cum exhibitione, & solidatione computorum, & restitutione reliquatus, *l. cum servus* 81. *ff. de cond. et demonstr. Pen. decis.* 1310. *num.* 4. *et seqq.*
72 Quemadmodum nec clausula de rato porrigitur ad ea, in quibus procurator mandati fines excedat, *Ruyn. cons.* 66. *sub num.* 5. *lib.* 1.

Quibus stantibus non obstare dixerunt Domini, quæ exadverso longa serie perspicaciter allata fuere, & signanter ad suadendum, mandatum continere facultatem confitendi circa ea etiam, quæ pendebant ex facto D. Vitalis constituentis, & sic circa solutionem, traditionem, & consignationem sibi factam.

Quia ex jam demonstratis apparet de contrario. Et, quatenus quoque mandatum id compræhenderet, quod negatur, non sufficeret sola confessio, sed aliunde justificanda esset effectualis solutio, traditio, & consignatio, cum ad istum casum restrictum, & limitatum fuerit mandatum, ut jam ostensum est, & sentit *Put. dec.* 416. *num.* 1. *in fin. lib.* 3. *juxta veter. impress.* 73

Unde non visa fuerunt obstare generalia verba mandati, ibi, *Cum quocunque ejus debitore, vel creditore*, & ibi, *Omnia, et quæcunque computa super quocunque negocio*, & ibi, *Prævia confessione cujusvis solutionis, aut traditionis bonorum antea factæ*, ac ibi, *Absolvendum quemcunque opus esset*. Quoniam, ultra quod amplitudo, & generalitas mandati videtur operari posse solummodo in concernentibus favorem mandantis, & ad effectum mandatum pinguius, & utilius exequendi, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 194. *num.* 5. Respondetur quod per ista verba generalia, seu universalia non dicitur recessum à dicta præcedenti, seu inclusa, & adiecta restrictiva, & qualitate, *Buratt. d. decis.* 661. *num.* 1. *Rot. in recent. par.* 1. *decis.* 576. *num.* 2. & *par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 374. *num.* 24. non obstante quod illa legantur sub oratione incipiente per dictionem, *Item*, sine expressione supradictæ qualitatis, & condi- 74 75

ditionis appositæ in alia oratione
76 præcedenti; Quia ipsa dictio, *Item*, est repetitiva præcedentis qualitatis, & conditionis, *Castr. cons.* 88. *num.* 1. *lib.* 1. *Pen. decis.*
77 200. *nu.* 6. & 7. & signanter cum sit posita inter duas orationes imperfectas, *Gratian. discept.* 769. *num.* 45. 46. 53. & *seq.* & *discept.* 828. *num.* 10. & 11. & *Pen. d. dec.*
78 200. *sub num.* 4. & 9. & in principio orationis, quæ regitur à verbis orationis præcedentis, *ad Buratt. decis.* 480. *num.* 5. nempe à verbis, *Procuratorem fecit*, itaut
79 præfata verba, generalia tamquam apposita in eadem oratione intelligi debeant sicut præcedentia, *Buratt. decis.* 272. *nu.* 11. & sic cum illa qualitate, & restrictione, *Cum tamen exacta erunt*;
80 adeout, licet dictio, *Antea*, ibi, *Antea exactorum*, & ibi, *Antea facta*, possit intelligi tam cum intervallo, quam in continenti; *Rot. divers. par.* 1. *decis.* 247. *num.*
81 6. prout etiam econverso dictio, *Postea*, *Gratian. discept.* 2. *num.* 15. *discept.* 577. *nu.* 40. & *discept.* 877. *num.* 5. *et Rot. divers. par.* 3. *decis.* 310. *num.* 6. *lib.* 3. Attamen semper constare sit necesse de vera antecedenti exactione, & traditione, de qua hic non solum non constat, sed quoad gemmas apparet de contrario, hoc est, quod eas D. Domicilla dedit deinde in computum dotis D. Marchioni Cornelio secundo viro, ut in Instrumento in actis Rotæ exhibito, juncto d. inventario, de quo etiam in actis.
82 Non obstat, quod non præsumitur procurator excessisse fines mandati, *Gait. de cred. cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 3064. & 3065. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 56. *num.* 18. & *tom.* 2. *decis.* 228. *num.* 8. & *par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 428. *num.* 1. & *seqq.* nec facere quis voluisse, quod 83
non poterat, *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 364. *num.* 3.

Respondetur enim, id procedere in dubio, prout in dubio loquuntur allegationes, secus autem dicendum esse, quando excessus est clarus, ut est in proposito ex supra deductis. 84

Non obstat, quod, ubi procurator habens mandatum limitatum excedit, sciente domino, & non contradicente, ei præjudicat, *Dec. cons.* 437. *num.* 1. 2. & 3. *Paris. cons.* 117. *num.* 26. *lib.* 1. *Ruyn. cons.* 59. *num.* 7. *lib.* 5. *Lancell. de attent. par.* 1. *cap.* 1. *nu.* 44. & 45. *Rot. divers. decis.* 32. *num.* 6. *par.* 2. & in excedente in confessione, *Rolan. cons.* 70. *num.* 30. & 85
31. *lib.* 1. cum ratihabitio tacita, 86
vel expressa etiam in excedente mandati fines operetur, *Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. num.* 104. *Port. cons.* 176. *num.* 5. *Put. decis.* 397. *num.* 12. *juxta veter. impress. Coccin. dec.* 316. *nu.* 13. & 14. quidquid aliud esset, 87
si mandatum non præcederet, *Ruyn. loc. cit.* & quod scivisse præsumitur D. Vitalis d. confessionem, & liberationem factam per D. Bocchium Procuratorem, quia dominus præsumitur certio- 88
ratus à suis ministris de negotiis gestis, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 197. *num.* 9. & à Procuratore de eo, propter quod faciendum

dum constitutus fuit, *Menoch. lib. 6. præsumpt. 33. num. 43. & seqq. Put. decis. 100. in fin. lib. 2. juxta veter. impress. Rot. divers. par. 1. decis. 396. num. 3. & par. 2. decis. 131. num. 7.* cum simil.

Nam respondetur primo, im-
89 mo dominum non præsumi scire ea, quæ sui agentes, & Procuratores faciant, *Gratian. discept. 752. num. 19.* sed potius præsumi
90 ignorare, & maxime illud, in quo Procurator excessit fines mandati, *Paris. cons. 47. num. 103 lib. 1.* quod divinare non potuit,
91 & ratificatio tacita non extenditur ad ignorata, *Gratian. discept. 752. num. 16.*

Respondetur secundo, quod
92 præsumptio, quod principalis censeatur à Procuratore certioratus de actu à se gesto, procedit solum in Procuratore speciali, non in generali, ut erat D. Bocchius, *Gabri. de reg. jur. concl. 5. nu. 34. & 35. Lancell. de attent. par. 1. cap. 1. num. 101. Put. d. decis. 100. num. 9. lib. 2. juxta veter. impress. Beltram. ad Greg. decis. 127. num.*
93 *11.* & in his terminis loquitur, & procedit, *Abb. ex adverso allegatus cons. 18. num. 7. vers. tertio dixi.* Ubi de syndico Communitatis cum speciali mandato. Quem sequitur *Lancell. loc. cit. num. 99. & Rimin. jun. cons. 6. nu. 73. lib. . . et Cravett. cons. 40. num. 3.* & declarat *Giovagn. cons. 8. num. 8. lib. 1.*

Respondetur tertio, quod data etiam præsumptione certio-
94 rationis, ex ea non infertur ad approbationem respectu excessus, nisi in concernentibus commodum, *Put. d. decis. 316. sub nu. 2.* Nam, quando agitur, ut in 95
præsenti casu de privatione, seu de ammittendo jure quæsito, scientiæ præsumptio non admittitur, sed requiritur scientia certa, et indubitata, *Duran. decis. 426. num. 16. Greg. decis. 317. nu. 6.* et in terminis præsumptæ cer- 96
tiorationis Procuratoris, *Pen. dec. 940. num. 13. & Beltram. ad Greg. d. decis. 127. num. 11. in 4. limit.* Nec videtur tunc præsumenda ratificatio, quia ex una præ- 97
sumptione non inducitur alia. *Pen. decis. 980. num. 9.* Unde ad 98
præsumendam ratificationem est scientia articulanda, et probanda *Dec. d. cons. 437. num. 3. vers. tertio etiam responderi potest, Rot. divers. par. 2. decis. 132. num. 6.* Et non dicitur scientia probata, 99
quando dominus potuit credere, Procuratorem non excessisse, seu excessus erat dubius, *eadem dec. 132. num. 6. & 7.* Et tantum abest in præsenti casu, quod D. Vitalis ratificaverit d. confessionem D. Bocchii Procuratoris, ut immo illam à die habitæ notitiæ ex instrumento contra eum in actis producto explicite impugnaverit, et revocaverit, et impugnet, et improbet, dicendo, ac prætendendo contrarium, ut superius ostensum est. Quod eo 100
magis illi facere licuit, Tum quia confessio apparet emanata ad assertionem, et persuasionem D. Domicillæ; *Ad tradita per Castr. cons. 342. & 385. per tot. lib. 1. et Natt. cons. 166. num. 21. lib. 1.* Tum quia ex eodem Instrumento ipsa convincitur de mendacio

circa

circa consignationem, et solutio-
nem, dum simul asserit, et sup-
ponit, quod nulla adhuc facta
fuerant computa publica, vel
privata, quæ tamen præcedere
debebant.

Non obstat taciturnitas D.
Vitalis in petendo per multos
101 menses, ex qua videtur præsu-
menda satisfactio, *Put. d. decis.*
416. sub num. 2. lib. 2. juxta veter.
impress. Mantic. decis. 166. nu. 5.

102 Siquidem respondetur, quod
sola tarditas in petendo etiam
per longum tempus non facit
præsumere solutionem, *Maresc.*
var. res. lib. 2. cap. 67. num. 36. Rot.
divers. par. 1. decis. 788. num. 12.
et penes Zacch. de oblig. camer. dec.
103 *60. num. 2.* et tarditas eo minus
attendi debet hoc casu, quia D.
Vitalis erat etiam debitor D.
Domicillæ, occasione dotis re-
stituendæ, et illius interusurio-
rum in majori summa, cum qua
prætendebat fieri debere com-
pensationem, prout citatus op-
posuit, et reservationem jurium
reportavit, ut superius dictum
fuit.

Quemadmodum non obstat;
quod D. Vitalis dotem restituere-
re, ac solvere promiserit D. Do-
micillæ, & deinde in effectu sol-
verit una cum interusuriis, nulla
mentione facta hujusmodi ejus
crediti, seu creditorum, & ideo
104 etiam ex hoc præsumatur, vel
satisfactus, vel remisisse, *ad*
Rot. rec. p. 5. tom. 1. dec. 305. nu. 1.
& seq.

Quia prompta est responsio,
105 quod ubi quis est creditor alicu-
jus ex una causa, & debitor ex
alia diversa, ut in proposito, si
solvit debitum, potest nihilomi-
nus petere creditum, nec ex so-
lutione debiti oritur præsum-
ptio, quod non sit creditor,
Pacific. de salu. insp. 5. cap. 1. num.
95. contrarium autem procedit, 106
vel quando creditum utriusque
oritur ex eadem causa, *Pacific.*
ubi sup. vel quando utriusque 107
creditum est æque liquidum; &
tale, ut locus esse possit compen-
sationi, *ad d. dec. 305. num. 4.* sed
hic credita non erant ex eadem
causa, & creditum D. Domi-
cillæ erat liquidum, & executi-
vum, & illud D. Vitalis non
erat tale, cujus propterea non
fuit per D. A. G. admissa
compensatio, sed fuerunt reser-
vata jura in alio, & præsenti judi-
cio.

Non obstat, quod, cum con- 108
trahens aliter, quam in mandato
habuerit, dicatur proprio nomi-
ne contraxisse, *Buratt. dec. 661.*
num. 8. & teneatur ad interesse, *l.* 109
in re mandata C. mand. *Buratt.*
dec. 518. nu. 12. debeat dominus, 110
qui ex hujusmodi Procuratoris
facto damnum sentit, primo age-
re contra ipsum, si sit solvendo, 111
ut vere est D. Bocchius, & si
non sit solcando, possit in subsi-
dium petere restitutionem in in-
tegrum, *Rot. rec. p. 5. to. 1. dec. 103.*
nu. 25.

Etenim, præterquam quod
Procurator præsumitur intelle- 111
xisse mandatum eo modo, quo
illud executus fuit, *Rol. cons. 53.*
num. 2. lib. 4. & ita in executione
se etiam declarasse videtur, & in
consequens tamquam existens in 112
bona

bona fide, non videtur ad aliquid erga dominum teneri, *l. idemq; in*
13 *princ. ff. mand.* Respondetur in confessione de recepto, de quo non aliter apparet, ut hoc casu, contrarium procedere, cum ea sit donatio, & actus nullus, & jura ideo intacta servata dicantur, *Natt. cons. 543. num. 25. lib. 2.*

Fuit autem insolidum condemnatus Procurator dominus litis effectus q. D. Marchionis Cornelii Lambertini hæredis Testamentarii d. D. Comitissæ Domicillæ pro sola medietate, executione tamen directa in bonis hæreditariis ipsius D. Domicillæ, & absoluti fuerunt DD. Comites de Blanchinis heredes Testamentarii pro alia medietate, quia D. Marchio tantum hereditatem adivit, & DD. Comites Blanchini illam repu-
114 diarunt, & ubi ex pluribus hæredibus aliqui omiserunt hæreditatem adire, aliis, qui adierunt accrescit illorum portio, *l. si ex pluribus 9. ff. de suis, & legit. hæred. Socin. sen. cons. 9. num. 23. in fin. lib. 1. Bellon. de jure accresc. cap.*
115 *6. quæst. 1. num. 1. & seq.* & id procedit in hæredibus tam ab Intestato, quam ex Testamento, & etiam in invitis, *Bellon. ibid. nu. 2. vers. secundo procedit, & vers. octavo procedit, & num. 3.*

Et ita utraque, &c.

PRÆTENSÆ EXHIBITIONIS, ET REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 16. Januariis 1654.

ARGUMENTUM.

Quando non sit locus exhibitioni librorum. An ex datione notulæ litterarum cambii nundinalium inducatur obligatio earum redditionis rationis, & de dictarum litterarum materia.

SUMMARIA.

1 *Exhibitionis ad effectum probanda est concludenter existentia penes exhibere debentem de tempore motæ litis.*
2 *Exhibitio librorum peti non potest ab eo, penes quem non constat eos fuisse.*
3 *Confessio in responsione ad positiones quando non attendatur & nu. 12.*
4 *Exhibitionis ad effectum non valet argumentum à præterito ad præsens in eo, qui non tenetur custodire, nec rem habuit à petente exhibitionem. Ampl. ut nu. 5. & 7.*
6 *Librorum, & mobilium facilis est amissio.*
8 *Libri de dominio defuncti præsumuntur esse penes hæredem.*
9 *Possessio continuata non præsumitur, ubi adest justa causa arguendi contrarium.*
10 *Juramentum, quod jurans non ha-*

habuerit, nec habeat, nec dolo desierit habere quando suffragetur in judicio exhibitionis.

11 Sententia libello non conformis est nulla.

13 Notula crediti quando non sit obligatoria, sed testimonialis.

14 Litteras cambii faciens, creditor, non debitor constituitur illius, cujus commissione litteras facit.

15 Litterarum cambii rationem reddere tenetur, qui litteras habuit.

16 Pecuniam ad cambium accipiens ad quid se obliget.

17 Cambii apoca retineri solet per dantem pecuniam.

18 Campsorum litterarum cambii nundinalium officium, in quo consistat, & an illi, vel eorum responsales obligentur, et nu. 19.

20 Mercatorum attestationibus standum videtur circa stylum litterarum cambii nundinalium.

21 Litteræ cambii tria continent commercia, & quæ, & an in omnibus verificetur debitum, & nu. 22.

23 Litterarum cambii nundinalium officio incumbentes vulgo appellantur spacciatori di lettere di fiera.

24 Complimentarii rationem reddere non tenentur; nec obligantur, & quare, sed obligant alios, & num. 25. & 26.

27 Rationem reddere non tenetur, qui nec fuit administrationi destinatus, nec exegit, quamvis se ingesserit pro commoditate, & utilitate negotii, & nu. 28.

29 Minister nudus nullum commodum, nec damnum sentit.

30 Administrator ad plus non tenetur, quam ad ejus manus pervenisse probetur.

31 Litterarum cambii nundinalium complementum probatur ex litteris nuncupatis del ritorno.

32 Non entis nullæ sunt qualitates.

33 Pecunias sub cambiis nundinalibus habentes in fine quarumlibet nundinarum, listinum cum lucris à Campsore recipiunt, & invigilant pro litterarum renovatione pro sequentibus proximis nundinis, & nu. 40.

34 Solita fieri, præsumuntur facta.

35 Argumentum valet ab eo, quod plerunque, vel communiter contingit.

36 Argumentum valet à fieri consuetis.

27 Diligens unusquisque præsumitur in propriis negotiis.

38 Nundinæ quater in anno celebrantur de tribus in tribus mensibus.

39 Cambia nundinalia pro primis tantum nundinis celebrari possunt.

41 Socius socium non obligat in negocio à societate alieno.

42 Creditoris assertioni non creditur, nisi creditum aliunde justificetur, & nu. 43.

DE-

DECISIO LXXVIII.



E Mense Septembris 1644. ex hac vita migravit D. Jo. Paulus de Contis Campsor, condito prius testamento, in quo inter alia reliquit *à M. Francesco Piana suo Agente al negotio, che di presente essercita, di detto Testatore di Bambiero, ò Cambiatore, tutti li Mobili essistenti al detto suo negotio, eccetto un' Armario di ferro, e di più li lascia ancora il maneggio di detta negociatione, quale M. Francesco dovrà essercitare, e maneggiare ancora in compagnia del Sig. Paolo Giraldino suo nepote, al quale Sig. Paolo detto Sig. Testatore ex nunc, venendo il caso della sua morte naturale, l' instituisce per ragione di legato al detto negotio, e maneggio come di sopra, e detto M. Francesco habbi d' havere quella provisione, ò parte delli utili, che si faranno in detta negociatione, et nel modo, e forma, che si converrà, e concorderà fra essi Sig. Paolo, e M. Francesco sudetti*, & hæredem universalem instituit D. Virginiam Riccobonam ejus uxorem, quæ statim viri morte secuta se contulit ad apothecam dicti negocii, à qua semovit, & secum in sacculo intus rhedam asportavit argentea quedam, & scripturas, ut eadem fatetur in responsione ad positiones partis adversæ (licet ipsa se restringat ad scripturas concernentes interesse ejus matris, & fratris) & dd. DD. Giraldinus, & Plana in dicto negocio, & exercitio perseveraverunt.

Movit tractu temporis, hoc est de mense Februarii 1649. d. D. Virginia judicium contra dd. DD. Giraldinum, & Planam coram D. A. G. in quo, obtenta, & facta ex improviso perquisitione, & descriptione librorum d. negocii, & apothecæ, ac aliorum ibi existentium sub prætextu, quod se de facto in dicto negocio intrusissent, nullo facto inventario pecuniarum, sirici, & aliarum rerum preciosarum in eodem negocio existentium, nec etiam librorum, litterarum cambii, & aliarum scripturarum ejusdem negocii, neque creditorum, & pecuniarum in creditum d. D. Joannis Pauli existentium, & ad ipsam uti hæredem spectantium, institutum fuit, eosdem DD. Giraldinum, & Planam condemnari ad reddendum de prædictis rationem, & consignandum pecunias, litteras cambii, nomina debitorum, & alia quæcunque bona hæreditatis prædictæ ad eorum manus perven. una cum totius reliquatus consignatione, & restitutione, alias ad omnia damna liquidan. etiam per juramentum in litem. Et datis deinde ex parte Actricis positionibus, & præsertim 35. & 39. in quibus positum fuit, *che detti Giraldino, & Piana vi ritrovorno nelli Armarii il libro, dove esso Sig. Gio. Paolo scriveva li suoi Tratti, e negotii, e suoi debitori, & un altro libro, dove teneva il conto [illegible], che faceva delle lettere di cambio, e de loro*

bry lucri, & responsione data illis à Giraldino per verbum, Non credit, & à Plana per verbum, Credit, nec non producta cum positionibus notula litterarum Cambii ascenden. ad libr. 9952. 15. cantan. sub nomine ipsius D. Virginiæ, quamvis sine die, anno, & subscriptione, quam D. Plana recognovit, emanatam fuisse ex eorum banco, & D. Giraldinus respondit ab eo non esse datam, nec scriptam, lata demum fuit sententia contra D. Planam super exhibitione dd. duorum librorum per ipsum confessatorum, quæ à D. Michillo Auditore tunc Eminentiss. Legati fuit revocata, reservato jure melius probandi dd. librorum existentiam.

Devolutaq; postmodum causa in tertia instantia ad D. Laurentium Auditorem Eminentiss. D. Cardinalis Carrafæ moderni tunc Legati, etiam respectu meritorum, tulit ipse binas sententias, quarum prima fuit revocatoria sententiæ D. Micchilli, & confirmatoria antecedentis D. A. G. & secunda fuit condemnatoria in meritis dd. DD. Giraldini, & Planæ sociorum, ad reddendam rationem infra mensem de omnibus pecuniis, litteris cambii, illarum lucris, nominibus debitorum, scripturis, & libris hæreditariis d. D. Conti ad d. D. Virginiam illius hæredem spectan. uti per illos habitis, & in respondendo positionibus confessatis, & ad illa, seu omne illorum reliquatum consignandum, & restituendum eidem D. Virginiæ, condemnando alias eosdem ad dandum, & solvendum infrascripta per eos respondendo positionibus confessata videlicet, Pro capitalibus litterarum Cambii libr. 9952. 15. Pro pretio gemmarum, & rerum aurearum libr. 500. Pro venditione centurini argentei libr. 4. Pro venditione horologii libr. 50. Pro litteris patentibus Officii Vicariatus libr. 68. 9. Pro exactis à Zampetro debitore libr. 72. Pro habitis à nummularia D. Catalani libr. 3589. quæ summant in totum libr. 14236. 4. Item ad reficiendum, & solvendum ipsi D. Virginiæ omnia damna, & interesse ob non redditam rationem prædictam juxta liquidationem faciendam etiam medio juramento in litem, prævia illorum taxatione, eosdemque etiam condemnavit in expensis.

Commissa tandem causa appellationis in quarta, & secunda instantia respective D. Severio Auditori Illustriss. D. tunc V. Legati cum Voto meo, & cum clausula quo ad primam sententiam executiva, quatenus scilicet locus sit executioni duarum conformium, & ob D. Severii discessum facta in illius locum subrogatione in Excellentiss. D. Papinum Auditorem Eminentiss. D. nunc Cardinalis Legati, & in hac instantia præstito juramento per d. D. Planam, se non habuisse præsertim tempore motæ litis, nec ad præsens habere, nec dolo desiisse habere libros, de quibus agitur, atque verificatis per D. Giraldinum pecuniis ab eo solu-

tis tam d. D. Virginiæ, quam ejusdem D. Virginiæ creditoribus in summa lib. . . . ex illius responsionibus ad positiones, & ex quietantiis, & testibus desuper examinatis.

Votum meum fuit quoad primam sententiam, seu sententias contra Planam super exhibitione librorum pro revocatione, & pro confirmatione alterius ad ejusdem favorem desuper latæ; Et quoad secundam super meritis tam contra ipsum Planam, quam contra Giraldinum pro reformatione, ut scilicet illi absolvendi sint à summa libr. 9952. 15. prætensarum à D. Virginia occasione d. notulæ litterarum cambii, & Giraldinus condemnandus sit ad solvendum Virginiæ pro reliquatu ejus pecuniarum ad illius manus perventarum summæ in totum libr. 4283. sol. 9. libr. 2337. & sol. 11. bonificatis eidem Giraldino pro totidem expensis ad commodum Virginiæ, & eidem solutis libris 1946. & sol. 18. Reservatis tamen ipsi Giraldino juribus sibi competentibus melius justificandi tres alias partitas, nempe solutionem factam Pelono, ac aliam factam Montesano, & tertiam factam Carolo Carletto.

Et quoad denegatam coactionem ad exibendum dictos duos libros motus fui, quia ex parte D. Virginiæ actricis non fuit probata existentia librorum penes Planam de tempore motæ litis,
1 prout probanda erat, et concludenter, *l. non ignorabat*, & *l. tigni in fin. ff. ad exiben. Salust. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 17. num. 4. Rot. recent. par. 1. decis. 259. num. 6. & par. 4. tom. 1. decis. 581. num. 4. par. 6. decis. 207. num. 23. Beltram. ad Greg. decis. 129. num. 6. Pen. decis. 1576. num. 2.* et generaliter de probatione concludenti tradit *Rot. divers. par. 4. decis. 235. num. 1. & 3. & decis. 241. num. 1. & Greg. decis. 199. num. 8.*

Nec obstare duxi, quod Plana, respondendo positionibus fassus fuerit, libros tempore obitus Joannis Pauli fuisse in apotheca, et negocio repertos, ad *Pen. decis. 1464. nu. 2.*

Quia, præterquam quod fassus non fuit, illos ad ejus manus pervenisse, nec potest peti ex- 2
hibitio ab eo, penes quem non constat libros fuisse, *Seraph. dec. 692. num. 5. & Rot. recent. d. par. 6. decis. 207. num. 12.* et confessio non videtur attendenda, cum positiones non fuerint medio juramento specificatæ ab ipsamet D. Virginia, nec à Procuratore ad id habente specialissimum mandatum, ut, stante virtuali protestatione videbatur necessarium, ut responsio respondentem afficeret, ad relata per me in *tract. mand. de manuten. observ. 83. num. 11.* & disponit Justiniana Constitutio.

Respondetur quod, cum à morte Joannis Pauli ad initium litis intercesserint anni quatuor 4
cum dimidio circiter, non valet argumentum de præterito in præsens in D. Plana, qui nec tenebatur ratione officii custodire, nec libros habuit à petente exhibitionem, *Coccin. decis. 63. num. 1.* &

& seqq. Beltram. ad Greg. d. decis. 129. *num.* 7. *Rot. recent. d. par.* 1. *decis.* 259. *num.* 6. *& inter diversis.*
5 *par.* 4. *decis.* 239. *num.* 8. & maxime quod hoc casu adest justa causa arguendi, quod continvatio non intervenerit, Tum quja
6 librorum, cum sint res mobiles, facilis est ammissio, *Rot. diversf.*
7 *par.* 4. *d. decis.* 239. *num.* 7. & præsumptio in rebus mobilibus non procedit de præterito in præsens, *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 97. *num.* 9. *& decis.* 225. *num.* 12. Tum quja agitur de libris, qui prætenduntur
8 tur de dominio defuncti, & qui propterea præsumuntur esse penes D. Virginiam hæredem, *Beltram. ad Greg. d. decis.* 199. *sub num.* 6. Tum quja dum ipsa, penes quam erant apothecæ claves, post mortem mariti ad ipsam apothecam nocturno tempore se contulit, & scripturas ibi accepit, & in sacculo asportavit, ut ipsa fassa fuit in responsione ad positiones, & deponit Giovagnonus testis examinatus à Plana, etiam circa asportationem librorum in genere, potuit probabiliter accepisse, & asportasse
9 etjam dd. libros; quibus stantibus ex eo solo, quod quis semel habuerit, vel possederit, non præsumitur continvata possessio, *Rot. diversf. par.* 4. *decis.* 239. *nu.* 15. Et videtur sublata omnis amari-
10 tudo ex juramento à Plana præstito, se libros non habuisse de tempore motæ litis, nec habere de præsenti, nec dolo desiisse habere, ad *Rot. diversf. par.* 4. *dec.* 238. *num.* 2. *& seqq. & dec.* 241. *num.* 2. *& in recent. par.* 7. *dec.* 207. *num.* 19. *& Greg. dec.* 199. *num.* 2. juncta vana perquisitione, & descriptione librorum, & rerum in apotheca, & negocio existentium ex improviso facta tempore moti judicii, ubi verisimiliter libri reperti fuissent, si apud eum fuissent.

Respectu vero alterius sententiæ super meritis in absolvendo Geraldinum, & Planam à redditione rationis libr. 9952. 15. contentarum in litteris cambii ex d. notula cantante, *Lettere della Signora Virginia Riccoboni*, motus fui, Quja ultra quod illæ non complectuntur in petitione, cum ea sit super litteris cambii Testatoris, & sic sententia desuper lata videtur non posse substineri, uti 11
libello non conformis, & notulæ traditio non probatur, nisi ex confessione D. Planæ in responsione ad positiones, quæ non vi- 12
detur afficere ex defectu mandati ponentis in personam producentis, ut supra diximus, & ex ipsa notula non apparet, an ad D. Virginiam litteræ spectent active, vel passive, seu an ea dederit, uel receperit pecunias ad cambium, nec quod eorum Banchus constituatur d. summæ debitor, & est sine die, & anno, seu sine diebus, & annis, ac absque subscriptione, itaut sonet non in 13
dispositionem, & obligationem, sed ad pejus in attestationem, & fidem rei inter alios gestæ, & potest esse, quod notula sit de litteris cambii jam extinctis, & resolutis, ac de pecuniis jam restitutis, Respondetur quod, qui 14
facit litteras cambii, constituitur

creditor, non autem debitor il-
lius, cujus commissione litteras
facit, *Put. dec.* 121. *lib.* 3. *juxta ve-*
15 *ter.impress.* & litterarum rationem
committenti reddere tenetur
ille, qui litteras habuit, *d.dec.* 121.
16 prout ille, qui pecuniam ad cam-
bium accipit, se obligat ad favo-
rem dantis pro cambiis, recam-
biis, damnis, expensis, & interesse
etiam in forma Cameræ, ut in
17 apocha impressa, quæ remanere
solet, & retineri per ipsum dan-
tem, & tradit *Duran. dec.* 32. *num.*
18 7. Consistitque officium, &
opera horum Campsorum so-
lummodo in creandis, & forman-
dis litteris, illisque transmitten-
dis ad Nundinas, ubi eadem eo-
rum opera per eorum responsa-
lem complentur, & per recam-
bium ad eos remittuntur, adeout
sint simplices Institores, & Me-
diatores absque administratione,
& ad nihil aliud serviant, nisi ad
perficiendam nudam solutio-
nem per scripturam in Nundi-
19 nis, nec contra illos, nec contra
eorum responsalem in Nundinis
acquiratur à creditore pecuniæ
jus aliquod, ut explicat *D. Me-*
rend. de camb. nundin. cap. 2. *nu.* 35.
& 36. & concordant attestatio-
nes Mercatorum hinc inde ex-
20 trajudicialiter datæ, quibus stan-
dum videtur, ad *Rot. diverſ. par.* 3.
lib. 3. *dec.* 430. *in fin. Duran. decis.*
416. *nu.* 8. Quamvis alias litteræ
21 cambii contineant tria commer-
cia, unum inter numerantem, &
dantem litteras, aliud inter nu-
merantem, & illum, cui litteræ
diriguntur, & tertium inter dan-
tem litteras, & eum, cui dirigun-
tur, & in omnibus istis casibus 22
possit verificari debitum vigore
litterarum cambii, *Seraph. decis.*
562. *num.* 3. Ac ideo hujusmodi 23
officio, & exercitio incumbentes
vulgo appellantur, *Spacciatori di*
lettere di cambio di fiere, & uti 24
complementarii non tenentur
rationem reddere, *Rot. recent. par.*
1. *dec.* 502. *num.* 6. *in fin.* nec obli- 25
gati remanent, cum ex contractu
sibi non acquirant, *Rot. recent. par.*
3. *dec.* 54. *num.* 1. *& seqq.* sed obli- 26
gent alios, *Duran. dec.* 368. *nu.* 19.
Cumque D. Virginia nec docue-
rit, illis particulariter commisisse
dd. litterarum, & cambii admi-
nistrationem, & exactionem, nec
eos uti tales administrasse, nec
aliquid ab aliquo ex dd. litteris
exegisse, ii non videntur ad ali- 27
quid illi teneri, *Rot. diverſ. par.* 4.
dec. 888. *num.* 1. quæ est etiam
post 2. *vol. conſ. Farinac. dec.* 142.
num. 1. *Greg. decis.* 220. *num.* 3. *&*
Rot. recent. par. 1. *dec.* 522. *num.* 4.
neque ad effectum cogendi ali- 28
quem ad reddendam rationem
sufficit, quod ille se ingesserit pro
commodo, & utilitate negotii,
d. dec. 522. *num.* 4. cum nudus Mi- 29
nister nullum commodum sen-
tiat, nec damnum, *Gratian. di-*
scept. 543. *nu.* 19. nec ad plus te- 30
netur, quam ad id, quod ad ejus
manus pervenisse probatur,
Greg. d. dec. 220. *num.* 2.

Nec obstat, quod Campsor
videatur obligatus rationem red-
dere de litteris nuncupatis, *del*
ritorno, à Nundinis, ex quibus 31
probatur litterarum cambii com-
plementum, *Buratt. dec.* 603. *nu.* 2.
et videntur necessariæ ad scien-
dum,

dum, et consequendum lucra.

Quoniam, præterquamquod non constat de primis litteris, nec quod ille sint in creditum D. Virginiæ, prout constare debuisset, et potuisset per apochas obligationum prætensorum debitorum in manibus creditorum
32 semper remanentes, et non entis nullæ sunt qualitates, *l. ejus, qui in provincia ff. si cert. pet.* Respondetur ex ipsa habita notula inferri ad complementum litterarum, et redditam rationem,
33 cum notorium sit, quod habentes pecunias sub cambiis nundinalibus in fine quarumlibet Nundinarum ad Campsorem accedunt, seu mittunt ad effectum recipiendi, prout recipiunt, & quidem absque alia quietatione lucra, et notulam, seu, ut appellant, listinum, in quo scripta legitur sors principalis ipsarum litterarum cambii cum lucris, quod deponit etiam Bartholomeus Pelonus testis Giraldini, et Planæ super interrogatoriis;
34 Et quæ solita sunt fieri, præsumptionem habent pro se, quod facta fuerint, *Rot. rec. par. 5. tom. 1. dec. 323. num. 12. Gratian. discept. 174. num. 3. discept. 298. num.*
35 10. valetque argumentum etiam ab eo, quod plerunque, seu communiter contingit, *Dec. cons. 596*
36 *num. 11. lib. 2.* vel à fieri consuetis, *Natt. cons. 684. num. 7. lib. 4.*
37 et est id etiam verisimile, cum unusquisque præsumatur diligens in propriis negociis, *Rot. rec. par. 3. dec. 52. num. 7. & par. 7. dec. 272. num. 10. Beltram. ad Greg. dec. 278. in fin.* Quod eo magis dicendum est, dum quater 38
in anno Nundinæ celebrantur, nempe de tribus in tribus mensibus, ut per *Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gl. 4. sub num. 3.* ad quem se refert *Gail. de cred. cap. 2. tit. 7. num. 1346.* & cambia non 39
possunt aliter celebrari, quam pro primis Nundinis *Pen. decis. 1245. num. 9.* et sentit *Buratt. d. dec. 603. in med. princ.* Unde, ne 40
pecuniæ remaneant ociosæ, invigilari solet pro litterarum renovatione pro sequentibus proximis nundinis.

Condemnandum vero censui D. Giraldinum, & non etiam D. Planam socium ad residuum summæ per Giraldinum exactę, ac debitæ, bonificatis tamen summis restitutis, et solutis, quia hoc fuit negocium alienum 41
à societate, et gestum à solo Giraldino nepote ipsius D. Virginiæ, prout et ipsa eidem tantum demandasse in processu profitetur.

Nec ad creditum Giraldini ponendam duxi summam libr. 3410. quam ipse solvit Pelono, nec aliam libr. 3000. quam solvit Montesano, quia non justifica- 42
tur eorum creditum ex sola propria assertione, *Pen. dec. 1062. num. 2. & 7.* quæ tantum concurrit hoc casu, donec aliter non 43
probetur, *Rot. post nostrum tract. de subhast. dec. 37. nu. 7.*

Et ex defectu plenæ etiam justificationis in suspenso relinquendam esse arbitratus fui aliam summam solutam Carolo Carletto libr....

Et ita utraque etc.

Fi-

FIDEIUSSIONIS

.... Februarii 1654.

ARGUMENTUM.

Agitur de traditione rei liberæ.

SUMMARIA.

1 *Cessonarius, qui cœpit exigere debitorem cessum, an, & quando redire contra cedentem, & illius fidejussores, & nu. 2. & 3.*

4 *Reconductio tacita vel expressa est fidejussoribus pro ea obligatis intimanda.*

5 *Venditor tenetur tradere rem ejusque possessionem liberam, & emptorem reddere securum, ac defendere, & nu. 6. 7. & 8.*

9 *Emptoris causa finalis est consecutio rei irrevocabilis.*

10 *Emptor evictione etiam non secuta agit contra venditorem, & fidejussores, ut res libera tradatur, & illius dominium sit inavocabile, vel, ut indemnis relevetur ab expensis, et num. 11. 12. 13. 14. 18.*

15 *Fidejussor tenetur ad omnia, ad quæ principalis, et ad ea, quæ veniunt ex natura obligationis, et contractus, et eadem actione, et nu. 16. 17. et 18.*

19 *Libera non dicitur res; quæ fideicommisso subiacet.*

20 *Venditor promittens rem liberam dicitur vendere uti propriam, non jus tantum, quod in ea habeat.*

21 *Liberam rem si venditor, ut promisit, tradere non potest, stante fideicommisso, resolui debet venditio, et pretium restitui. et nu. 22. Ampl. ut nu. 23.*

24 *Molestias tam juris, quam facti tenetur venditor removere ex pacto constituti, et formulario Bononiæ.*

25 *Molestias si obligatus non amoveat, sibi imputare debet.*

26 *Venditor, ubi non agitur de evictione, sed ex empto ad interesse, tenetur à molestiis liberare.*

27 *Mandatum pro liberatione à molestiis concipi debet ad effectum deponendi.*

DECISIO LXXIX.



SUB die 12. Martii 1644. olim DD. Alexander, & Julius Cæsar de Amorinis vendiderunt cum pacto francandi Illustris. D. Co. Costantio Mariæ de Zambeccariis petiam terræ tornatur. 25. in Communi Funi, & successive illam ab emptore conduxerunt ad Septennium pro annuo affictu libr. 240. cum fideiussione tam ad legitimam, & generalem defensionem, & de evictione dicti prædii venditi, & clausula constituti ad formam formularii Bononiæ, quam pro annuis affictibus, durante locatione prædicta,

vel

vel quavis alia tacita, sive expressa prorogatione Perillust. DD. Doctoris Achillis de Muratoribus, & Porphirii de Lindris, & pro majori cautela ejusdem D. Co. in habendis, & consequendis dd. annuis libr. 240. & citra præjudicium, novationem, aut derogationem quorumcunque jurium adhuc quæsitorum, sed animo jura juribus addendi dederunt, & concesserunt jura sibi ipsis, & cuilibet eorum competentia contra hæredes D. Pauli Rotæ cōductoris nummis unius eorum apothecæ sitæ sub Voltis Bancorum, seu alios illius futuros conductores pro habendis, & consequendis dd. annuis libr. 240. cum plenis clausulis cessionis jurium extendendis secundum formam clausularii Bononien. &c. ut in publico Instrumento in actis producto.

In quorum executionem D. Zambeccarius exigere cœpit d. nomen debitoris cessum temporibus debitis, faciendo ei suas receptiones, & quietantias, usque ad diem 5. Julii 1650. ut in proc.

Interim, præmortuo Julio Cæsare alio ex venditoribus, Alexander (ut præsumi potest) sic consentiente D. Cessionario, novavit cum locatione apothecæ etiam solutiones pensionum, & sic nomen idem debitoris cessum, ipsum destinando, & noviter delegando in extinctionem aliorum suorum debitorum, ut ex Instrumento rogato per D. Alexandrum de Andreis sub die 13. Junii 1650. de quo etiam in proc. à quo tempore non apparet ultra d. Cessionarium exigere curasse à debitore cesso, quem anteà quotannis temporibus debitis exegerat.

Mortuus quoque est circa diem 6. Novembris 1651. Alexander, quo tempore q. D. Co. Paris Maria de Grassis uti prætendens succedere jure fideicommissi de Amorinis in hæreditate cujusdam antiquioris de d. Familia, nec non uti pater & administrator D. Co. Gabrielis de Grassis ejus filii donatarii d. Alexandri, occupavit possessionem hæreditatis ipsius, & in ea petiam conductam à D. Zambeccario, ut ex actis deductis in proc.

Quæ omnia cum patientia D. Zambeccarius toleravit usque ad annum 1652. die 27. Maii, quo judicium intentavit adversus fideiussores prædictos coram D. A. G. petendo declarari, novam inductam fuisse locationem post completam primam, & fideiussores non minus teneri, & condemnandos esse ad pensiones, ac essent in illa, & ad residuum affictuum, & contra illos executionem d. Instrumenti relaxari, ut in illius petitione in proc.

Qui D. A. G. Augustinus sententiam tulit adversus fideiussores relaxando executionem contra illos pro affictibus decursis, & non solutis, & pro decurrendis, advenientibus terminis, et temporibus, illosque in expensis condemnavit &c.

Appellarunt fideiussores, & causam appellationis fuit per Emi-

Eminentissimum D. Legatum commissa Excellentiss. D. Papino ejus Auditori, qui sententiam prædictam A. G. revocavit. A qua successive sententia D. Papini appellavit D. Co. Zambeccarius, & causa in Rota introducta, ac commissa cum clausula etiam, Quam, & quas &c. petiit sententiam D. Papini revocari, & illam D. Augustini confirmari, nedum rationibus per ipsum adductis in prima instantia, verum quia prætendebat d. fundum per D.D. de Grassis ex prædictis fuisse sibi evictum, vel non esse liberum, & sic evenisse casum, quo fideiussores condemnari debeant in damnis, expensis, & interesse, & in hoc pedes figebat, & pronunciari petebat tamquam in prima, stante in commissione d. clausula, Quam, & quas.

Quare Rota pro causæ resolutione, ac expeditione (ommisso de consensu Actoris primo judicio super solutione affictuum, maxime quod victoria in illo maximam patiebatur difficultatem,
1 stante, quod D. Co. Zambeccarius cœperit exigere debitorem cessum, & quidem sine aliqua in exigendo protestatione, ad *l. 3. C. de novat. Soc. Sen. cons. 18. num. 16. lib. 1. Gratian. discept. 20. num. 28. Franc. Salgad. de cred. concurs. tom. 1. par. 1. cap. 27. num. 77. & seqq. Duran. decis. 99. num. 2. & decis. 266. num. 17.* & non constet de ejus ulterioribus diligentiis in exigendo, sed
2 immo potius de negligentia in fideiussorum necem, ut dicit *Ruyn. cons. 44. sub num. 7. lib. 1.* itaut, diligentiis non exhibitis, non videatur redire posse recta 3
via contracedentem, & illius fideiussores, ad *eund. Ruyn. d. nu. 7. & 8. & Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gl. 5. num. 250. & seqq. & Altograd. cons. 37. num. 23. & seqq.* & stante etiam, quod nec appareat, de aliqua tacita, seu expressa reconductione, nec quod illa fuerit intimata præfatis fideiussoribus, ut requirebatur, 4
Aretin. cons. 78. in fin. Salgad. d. par. 1. cap. 34. num. 28. vers. hanc eandem opinionem, in sententiam venit, relaxandam esse contra fideiussores executionem protraditione rei, & illius possessionis liberæ, prout, relaxavit.

Tenetur enim venditor vendens rem simpliciter de jure rem 5
liberam tradere, & nemini obligatam, *Rot. recent. par. 3. dec. 67. num. 5. decis. 335. num. 6. & par. 4. tom. 1. decis. 26. num. 4.* nec non 6
tenetur tradere liberam illius possessionem, *Rot. recent. par. 3. decis. 52. num. 4. & decis. 67. num. 1. & par. 4. tom. 1. decis. 26. num. 4. decis. 351. num. 2. & tom. 2. dec. 307. nu. 4.* ac reddere emptorem 7
securum, ut nullum ei periculum immineat, *Rot. recent. d. par. 3. decis. 46. num. 4.* & eum adversus 8
quoscunque defendere, *Rot. recent. d. par. 3. decis. 52. num. 4 & decis. 67. num. 1. & par. 4. tom. 1. decis. 26. num. 4. decis. 351. num. 2. & tom. 2. decis. 307. num. 4.*

Cum que emptionis causa finalis sit consecutio irrevocabi- 9
lis rei emptæ, *Baratt. decis. 105. num. 1.* valet emptor, etiam pen- 10
dente

dente lite super evictione, & illa adhuc non secuta, agere contra venditorem, ut rem liberam tradat, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. dec.*
11 337. *num.* 5. ita ut dominium ab ipso avocari non possit, *Rot.*
12 *recent. par. 2. decis.* 77. *num.* 4. aut quod ipse indemnis releveturab expensis *d. decis.* 337. *num.* 5. *par.*
13 5. *tom. 1. recent.* Quæ eo magis procedunt stante obligatione, constituto mediante, ut in formulario, & provisione Bononiæ, & tradit *Rot. divers. par. 4. decis.*
14 304. *in fin.* & locum habent non solum contra venditorem, sed etiam contra illius fideiussores, *d. decis.* 304. *num.* 2. *vers. & licet generaliter*, *Pen. decis.* 820. *num.* 9.
15 *&* 10. qui tenentur ad omnia, ad quæ tenentur principales, *Dec. cons.* 2. *nu.* 2. *Pen. decis.* 1368. *num.* 3. *Rot. recent. par. 4. tom. 2. decis.* 386. *num.* 33. *& par. 6. decis.*
16 318. *num.* 16. *&* 17. & ad omnia, quæ veniunt ex natura obligationis, & contractus, cui accesserunt, *Greg. decis.* 554. *num.* 3. *Duran. decis.* 27. *num.* 7. *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis.* 156. *num.* 19. *& par. 6. decis.* 246. *num.* 4. cum
17 iis cunctis fideiubendo consensisse videantur, *Beratt. decis.* 690. *nu.* 4. *Rot. divers. par. 1. decis.* 797.
18 *num.* 2. *&* 3. & tamquam fideiussores de evictione, qui accesserunt uti principales tenentur eadem actione ad præstandam rem liberam, qua tenentur principales, *Seraph. decis.* 321. *num.* 12.
19 Libera autem petia terræ vendita, de qua agitur, dici non potest, dum ea fideicommisso subiacet, *Rot. recent. par. 3. dec.* 335. *num.* 7. *in fin.* à quo eam esse liberam, fuit etiam expresse promissum in instrumento, quo casu dicitur quis rem vendidisse uti 20
propriam, & liberam, non autem jus tantum, quod in ea habebat, *Rot. recent. par. 1. decis.* 336. *num.* 3.

Et, ubi bona vendita non possent dari libera, stante fideicommisso, & præcipue quia libera tradi promissum est, perinde etiam esset, ac si fuissent jam evicta, & locus esset restitutioni pretii, *Rot. diverf. par. 4. d. decis.* 21
304. *num.* 2. quia tunc emptor non tenetur stare venditioni, sed potest venditorem cogere ad dissolutionem contractus, *Merlin. de pignor. lib. 4. quæst.* 154. *nu.* 35. *&* 36. *Rot. recent. par. 1. decis.* 22
318. *num.* 1. Et idem est, quando à venditore assertum fuit, rem esse suam, quoniam, quamvis re vera sit propria, sed tamen non libera, non cogitur emptor stare contractui, sed potest pretium repetere, *Rot. recent. par. 5. tom. 2 decis.* 476. *num.* 4. 23

Nec obstaret si molestiæ essent de facto, & iniustæ.

Nam respondetur hoc casu adesse ex pacto constituti, & formulario Bononiæ obligationem de defendendo, & liberando à molestiis, & de suscipiendo in se judicium, quæ amplectitur molestias tam juris, & justas, quam non juris, & iniustas, ac de facto, ut in d. constituto, & illius forma, & tradit *Rot. diverf. par. 4. dec.* 815. *num.* 1. *&* 2. *& penes nostrum tract. de mand. de manutenen. decis.* 331. *num.* 15. quas si venditores, seu 24 25

 illo-

illorum fidejussores non amoveant, sibimet imputare debent, *Rot. recent. par. 6. dec. 145. num. 14.*
26 cum venditor, ubi non agitur de evictione, sed ex empto ad interesse, teneatur à molestiis liberare, *Duran. dec. 30. nu. 8.* ad cujus
27 effectum mandatum relaxatur ad effectum deponendi, *Rot. divers. d. par. 4. decis. 304. in princ. vers. postquam autem A.C. & penes nostrum tract. mand. de manuten. dec. 582. nu. 7. & 8.* & sentit *Gratian. discept. 946. n. 7. & Rot. Bonon. divers. super Statut. decis. 68. num. 26. & seq.*

Et ita utraque, &c.

OFFICII.

Martis 10. Martii 1654.

ARGUMENTUM.

Ad effectum consequendi utilia Officia Bononiæ quæ requirantur.

SUMMARIA.

1 *Senatores habere dicuntur domicilium in loco Senatoratus, & possunt alibi commorari, & num. 2. et 23. Ampl. ut nu. 3. Lim. ut num. 32. et 33. et 35.*

4 *Domicilia plura potest quis habere, et nu. 5.*

6 *Senatoria dignitas præbet ibi domicilium, et non mutat antiquum.*

7 *Officia utilia ex Constitutione Bononiæ non consequuntur non habitantes, et nu. 33. Ampl. ut num. 36. 37. Lim. ut num. 20. et 21.*

8 *Senatores in quacunque Provincia sunt à muneribus publicis immunes.*

9 *Senatores intelliguntur quoad honores, non quoad onera. Decl. ut nu. 35.*

10 *Senator effectus statim desinit esse Civis quoad munera, secus quoad honores, Decl. ut nu. 35.*

11 *Privilegium alicui concessum non censetur ab eo avocatum per novam legem in contrarium.*

12 *Constitutio, quamvis generalis, non extenditur ad personas exemptas, sed intelligitur de omnibus, exceptis privilegiatis, et nu. 13.*

14 *Legatus à latere non potest statuere contra jus commune, Contrarium num. 38. Decl. ut num. 36.*

15 *Voluntas regulata præsumitur, et metitur à potestate.*

16 *Dispositum contra aliquos in aliquibus casibus judicat non dispositionem contra ipsos in aliis casibus.*

17 *Argumentum valet à Senatoribus Populi Romani ad Senatores Bononienses.*

18 *Argumentum à simili, et ab æquiparatis valet.*

19 *Similitudinem negans probare debet.*

22 *Dictio, ut, et, prout, quid importet, et nu. 41.*

24 *Successori competit manutentio ex possessione auctoris.*

25 *Manutentio debetur in quasi pos-*

possessione obtinendi Officia, Ampl. ut nu. 27.

26 *Possessio respectu unius actus, vel Officii suffragatur etiam respectu aliorum similium, et eiusdem speciei.*

28 *Consensus non extenditur ultra ea, quæ verba consentientis important.*

29 *Constitutio nova generice loquens intelligi debet prout de jure, et, ut minus corrigat jus commune, quam fieri possit, et nu. 30.*

31 *Observantia unius alteri non nocet.*

32 *Constitutio localis habetur in loco tamquam jus commune.*

34 *Leges non derogant posterioribus Sanctionibus, sed econtra.*

37 *Persona una duplicem repræsentans tractanda est ut duplex.*

39 *Constitutio generalis, seu universalis comprehendit etiam Senatores.*

40 *Rotæ decisio in Bononien. Officii 20. Aprilis 1640. coram Terracinen. declaratur.*

42 *Forma data cum clausula irritanti non potest adimpleri per æquipollens.*



DECISIO LXXX.



SENATORES dicuntur habere domicilium in loco, ubi sunt Senatores, & liberum nihilominus habent commeatum, seu arbitrium, ubi velint, commorandi, *l. filii libertorum 22. prope fin. ubi gl. in verb. impetraverunt, ff. ad municip. & l. clarissimis 15. in fin. C. de dignit. lib. 12.* 1

Ita ut Excellentiss. Domini Duces de Boncompagnis, qui successive semper retinuerunt locum Senatoris in Senatu Bononiæ, dicantur semper Bononiæ domicilium naturale, atque originis etiam continuasse, & continuare, non autem unquam deservisse, & maxime retinendo Bononiæ Domum, *Buratt. decis. 244. num. 3.* quamvis à creatione Sanctæ Mem. Greg. XIII. Romæ, & in Ducatu Soræ commorati fuerint, & commorentur, seu alia domicilia collocaverint; cum possit quis plura habere domicilia, *l. ejus qui 27. §. Celsus, ff. ad municip. Bart. in l. assumpto §. viris prudentibus num. 1. ff. eod. Gratian. discept. 181. num. 29. discept. 484. num. 18. discept. 592. num. 13. & discept. 623. num. 23. Rot. recent. par. 4. to. 3. dec. 670. nu. 24.* constituaturque domicilium duobus modis, voluntate scilicet, & re ipsa, stando quis in loco, ubi habet majorem partem fortunarum suarum, *Bart. in l. 1. num. 2.* 2 3 4 5

C. ubi pet. tut. vel curat. et in l. pla-
6 *cet num.2. ff. ad municip.* atque det Senatoria dignitas domicilii adjectionem, si, qui illam assecutus fuit, ibi non habeat, & non mutet antiquum, *l. Senatoribus* 11. *ubi gl. in verb. adiectionem ff. de Senat.*

Quibus stantibus, Officium utile Molinellæ, de quo nunc agitur, adjudicandum credebam Excellentiss. D. Duci Ugoni Boncompagno Senatori primo loco ad illud extracto, & ad ejusdem favorem arbitrabar decernendas, ac expediendas fuisse desuper litteras, excluso Illustriss. D. Comite Jo. Francisco Isolano secundo loco extracto.

Nec obstare opinabar Constitutionem editam de anno 1632. à bo.me. Cardinali Santacrucio Seniore tunc Bononiæ Legato cum consensu Excelsium DD. Antianorum, & Illustriss. Regiminis numero in ordine 69. non ad-
7 mittentem ad obtentionem hujusmodi Officiorum utilium non habitantes; addendo rationem, *Poiche non sopportando in tal caso li pesi de gl' Offitii d' honore, che ricercono spesa, non se gli concedono ne anco gl' Offitii utili.*

Quoniam respondebam primo, quod ea non videtur ample-
8 cti Senatores, quia illi in quacunque Provincia sunt à muneribus publicis immunes, *l. præcipimus*
9 13. *C. de dignit. lib.* 12. intelligunturque Senatores, quantum ad honores, non quantum ad onera, *gl. in l. Senatores, in verb. Senato-*
10 *res, ff. de Senat.* cum statim, quod quis est effectus, seu creatus Senator, desinat esse Civis quoad munera, secus quoad honores, *l. municeps* 23. *ubi gl. in verb. municeps cum duob. seqq. ff. ad municip.* neque privilegium alicui conces- 11
sum ab eo avocatum censetur per legem novam in contrarium emanatam, *Eugen. cons.* 9. *nu.* 27. *lib.* 1. quem refert, & sequitur *Gilian. ad Stat. Perus. in verb. privilegium num.* 1. nec Constitutio 12
quantumcunque generalis extenditur ad personas exemptas, *Rot. post nostrum tract. mand. de manuten. dec.* 297. *num.* 6. sed ejus ver- 13
ba generalia intelliguntur de omnibus, exceptis privilegiatis, *d. dec.* 297. *num.* 7. Et insuper, cum hujusmodi privilegium, & exemptio sit de jure communi, nec videtur, Legatum potuisse 14
contra illud statuere, *Gilian. ad Stat. Perus. in verb. Gubernator num.* 4. *Gratian. discept.* 245. *num.* 42. *discept.* 300. *num.* 50. *& discep.* 859. *num.* 7. *Greg. dec.* 555. *num.* 2. nec etiam voluisse, quia voluntas 15
regulata præsumitur, & metitur à potestate, *Rot. rec. par.* 1. *decis.* 596. *sub num.* 2. *& par.* 2. *dec.* 555. *num.* 6. *in fin. & par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 467. *num.* 7. *& tom.* 3. *dec.* 682. *nu.* 31. *& par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 186. *nu.* 8. *& par.* 7. *dec.* 182. *num.* 9. *& dec.* 211. *num.* 10. Et quatenus vo- 16
luerit, dum in d. Constitutione *num.* 44. *&* 117. disponitur expresse etiam contra Senatores ex hoc colligitur, quod in aliis Constitutionibus, & sic in ea, de qua agitur, noluit eos compræhendi, cum, si voluisset, expressisset, ut fecit in illis.

Cui non videtur obstare replicatio,

catio, quod prædicta locum habeant in antiquis Senatoribus Populi Romani.

Quia responderi posse videtur, Senatores Bononienses esse
17 ad instar illorum, & valere argumentum ab illis ad istos ad *Cyriac. contr.* 291, *num.* 42. & 43. & *contr.* 450. *num.* 3. & *seqq.* quemad-
18 modum validum est argumentum à simili, *Pen. dec.* 554. *num.* 8. & ab æquiparatis, *Gratian. discept.*
19 298. *num.* 70. &, qui negat similitudinem non procedere, debet probare, *Grat. ibid.*

Secundo principaliter respon-
20 detur d. Constitutioni fuisse per Summum Pontificem in concessione Senatoratus, ejusque breve derogatum, ut dixit alias Rota ad favorem ejusdem D. Ducis in alia Bononien. Officii 20. Aprilis 1640. coram Reverendiss. D. Terracin.

Cui non videtur refragari, quod in d. decisione ageretur de Officio annexo dignitati Senatoriæ, & ad Senatores solos spectante; quale non est hoc, Molinellæ, de quo nunc vertitur controversia.

Respondetur enim, Rotam in eadem decisione indistincte
21 resolvisse, & sensisse, derogationem esse, & sufragari D. Duci Senatori etiam respectu Officiorum, & emolumentorum Senatoratui non annexorum, ut in ea legitur *sub §. non obstat quod*, ibi, Quia non placuit Dominis supradicta distinctio, satis enim est, quod D. Dux percipere possit emolumenta annexa dignitati Senatoriæ, vel non annexa ut Senator, sive ea certa sint, sive incerta, cum utraque veniant appellatione emolumentorum in concessione favorabili, &c.

Neque videtur ex illis verbis, Ut Senator, congrue suaderi posse, ut Rota intellexerit de emolumentis tam annexis, quam non annexis dignitati Senatoriæ, sed tamen limitate de competentibus solis Senatoribus, & non de competentibus aliis etiam Civibus, ut hoc, de quo agitur.

Siquidem, Præterquamquod emolumenta, & Officia utilia omnia ad solos Senatores spectantia videntur Senatoriæ dignitati annexa; & non dari non annexa, quæ ad illos pertineant exclusive quoad alios Cives; Videtur applicari etiam responsio, quod hic illa dictio, Ut, non debeat exponi 22
pro Uti, sed pro Quoniam, sicuti sic aliquando ex subiecta materia exponitur, teste Ambrosio Calepino, & in simili de dictione, Prout, tradit *Gratian. decis.* 103. *num.* 15. & sic, ut ea posita sit ad demonstrandam rationem; quare censeatur per Summum Pontificem d. Constitutioni derogatum quoad emolumenta annexa, & non annexa, nempe, quia est Senator, cui de jure conceditur, ut morari possit, ubi velit, ex supra allegatis. Et videtur D. Dux quemadmodum & Excellentiss. D. Princeps Lodovisius, & alii non habitantes haberi pro habitantibus, dum electi, seu extracti, & positi leguntur inter Assumptos in ordinariis Bononiæ, 23

illi-

illiusque Regiminis Assumptariis.

His accedit, quod alias de anno 1626. 10. Januarii simile Officium, nempe Potestariam Castri Bononien. consecutus fuit olim Excellentiss. D. Dux, & Senator Gregorius pater dicto de sola illius superviventia, & de Breve Senatorio, ut in
24 proc. ✠ fol. 20. ex quo moderno D. Duci Senatori successori videtur competere etiam manutentio, ad compilata per me in *tract. mand. de manuten. observ.* 55.
25 *num.* 90. *& seqq.* quæ non negatur in quasi possessione obtinendi Officia, ut habui *d. tract. observ.*
26 10. *num.* 42. quæ probata respectu unius actus, seu Officii videtur suffragari etiam respectu aliorum similium, & comprænsorum sub eadem specie, ut etiam habui *d. tract. observ.* 73. *nu.* 136. *& seq.* & etiam non obstante d. Constitutione deinde edi-
27 ta, dum dubitatur, an ea hoc casu intret, vel ne; seu an illi fuerit in casu, & ad effectum, de quo agitur, per Summum Pontificem derogatum, *Rot. penes Cenc. de censib. decis.* 55. *nu.* 6. relata per me *d. tract. observ.* 8. *num.* 19.

Nec obstare putabam, quod huic novæ Constitutioni consenserit Regimen.

Quia non impugnatur Constitutio, sed impugnatur, quod ea comprehendat Senatores,
28 cum consensus non extendatur ultra ea, quæ verba consentientis important, *Buratt. decis.* 14. *num.*
29 30. & Constitutio nova generice loquens debet intelligi prout de jure, *Pen. decis.* 1583. *num.* 5. & ut minus corrigat jus commune 30
quam fieri possit, *Rot. divers. par.* 2. *decis.* 475. *num.* 6. *& par.* 4. *decis.* 632. *num.* 5. *& decis.* 853. *num.* 8. *Pen. decis.* 88. *num.* 14.

Non obstat, quod in effectu etiam Senatores post d. Constitutionem suas soleant facere probationes circa habitationem, ut prætenditur.

Etenim præterquam quod id in actis non fuit probatum, Respondetur observantiam unius 31
alteri non nocere, ut fuit dictum in d. Bononien. Officii 20. Aprilis 1640 coram *Rev. D. Terracinen. in fin. & facit Rot. recent. par.* 7. *decis.* 86. *sub num.* 8. *& Paris. cons.* 109. *num.* 36. *lib.* 3.

Verum, quia præsens causa fuerat mihi ab Illustriss. D. Vexillifero delegata cum Voto Excellentiss. D. mei Marcelli, & in casu discordiæ cum Voto etiam Excellentiss. D. mei Belmontis, & d. subsecuta discordia, factus fuit locus ipsius etiam D. Belmontis Voto, hodie in illius resolutione fuit ab eisdem tentum, & resolutum ad favorem D. Isolani, & contra D. Ducem, stante d. Constitutione.

Et ad ea, quæ dixi de privilegiis Senator. responderunt procedere inspecto jure communi, 32
sed secus dicendum esse attenta d. Constitutione, quæ disponit in individuo circa extractionem, & exercitium Officiorum utilium Civitatis Bononiæ, in qua propterea sit habenda tamquam jus commune in casu, & ad effectum, de quo agitur, & signan-

signanter *sub d. num.* 69. ubi, derogando, saltem tacite, d. dispo-
34 sitioni juris communis ad hoc, ut Cives possint consequi Officia utilia, requirit non solum Domicilium per aperitionem Domus, sed per inhabitationem quoque actualem cum persona propria ad hoc, ut eo modo, saltem habitu, valeant supportare onera; quæ verba, & ratio Constitutionis non possunt considerari in Cive alibi habitante, & per fictionem juris tantum, habentem Domicilium Bononiæ. Nam qualitas illa requisita in Civibus subeundi factiones, & onera præseferens quandam actualitatem facti, requirit actum, & habitum simul, quod non impletur per alibi habitantem, *Cyriac.*
33 *contr.* 273. *nu.* 2. *& per tot.* attentis præsertim verbis, *Con la propria persona*, quibus ad oculum sublata est facultas adimplendi per alium, *argum. tex. in c. is cui, de offic. deleg. in* 6. *cum concordan. per Castr. cons.* 177. *num.* 1. *in fin. & cons.* 221. *num.* 4. *lib.* 2. *Rot. recent. par.* 7. *decis.* 68. *num.* 5. Et ex his senserunt, exadverso deducta, quamvis vera, non applicari præsenti casui.

Quemadmodum nec resistere tenuerunt per me adducta in responsione ad d. Constitutionem sub *vers. nec obstare videtur*. Tum quia etiam illa procedant, ubi servanda sit solum dispositio
34 juris communis, cum leges non derogent posterioribus Sanctionibus, sed econtra. Tum quia di-
35 ctæ leges vigere possint in puris Senatoribus, & in iis rebus, quæ sibi competunt ut Senatoribus, secus autem in his, quæ ipsi Senatores prætendunt, ut Cives, qualia sunt Officia utilia collata Civibus, ut Civibus, licet admittantur ad ea etiam Senatores, ex quo sunt Cives, sed tamquam Cives non videantur immunes ab oneribus, & multo minus ab isto requisito personalis habitationis ad effectum, de quo nunc agitur, quia Constitutio generaliter, & indefinite loquens complectitur etiam Senatores, qui propterea extracti ad officia faciunt suas probationes, quemadmodum cœteri Cives ad formam d. Constitutionis sub num. 12. de quo tamquam notorio possimus informari etiam extraiudicialiter. Et ratio supportationis impensarum vigeat non minus in Senatoribus, quam in cœteris Civibus, immo majors & ideo vendicet sibi locum in illis eadem dispositio ex vulgatis.

Nec obstare dixerunt *alleg. dec.* 197. *num.* 6. *&* 7. *penes nostrum tract. de manut.* quia ibi non 36
solum aderat exemptio ex parte Clericorum sed deficiebat jurisdictio ex parte Cardinalis Egidii; bo: mem. autem Cardinalis Santacrucius tunc Legatus Bononiæ non carebat jurisdictione in Senatores.

Cumque Senatores in hoc duplicem personam repræsentent, nempe Senatoris, & Civis, verificari etiam debeat requisitum habitationis, omnino necessarium in Cive, ac si esset merus Civis, & non etiam Senator;

37 tor; quia, quando una persona duplicem repræsentat, tractanda est, ut duplex, non ut una, *Surd. cons.* 300. *num.* 3. *et dec.* 153. *num.* 16. *Rot. rec. par.* 6. *dec.* 235. *nu.* 4. *et* 8.

38 Quod vero Eminentissimus Legatus potuerit Senatores compræhendere in d. Constitutione, non videri, dixerunt, in dubium revocandum, quia hoc esset ponere os in Cœlum, maxime cum fuerit edita de consensu Illustrissimorum Antianorum, Vexilliferi, & Assumptorum repræsentantium totum Regimen, & patere expresse ex dispositione eiusdem Constitutionis sub nu. 44. ubi Officium Roncastaldi efficitur proprium, & peculiare aliorum Civium privative quoad omnes Senatores; & quæ major potestas, quam illa, quæ privat aliquem emolumentis? Data autem potestate, non videtur ambigendum de voluntate. Tum

39 quia loquitur generaliter, & per verba universalia apta compræhendere etiam Senatores; Tum quia ipsi præcipue sint, qui, non habitantes, effugiant Officia requirentia impensam, ut est Confaloneratus. Nec de potestate, et voluntate dubitavit Rota, ut apparere dixerunt ex lectura *d. dec. Bononien. Officii* 20. *Aprilis* 1640. *coram Reu. Terracinen.*

Neque vim faciendam esse, arbitrati fuerunt in eadem dec. Bononien. Officii, in qua resolutum legitur, fuisse per breve Senatoratus d. Constitutioni derogatum, ut possit Senator percipere, ut Senator emolumenta Senatoratui annexa, vel non annexa, sive ea certa sint, sive incerta. Quoniam ibi Rota solum 40

voluerit firmare, quod licet Officia Vergati, & Bazani non sint annexa dignitati Senatoriæ, ita ut, qui evadit Senator, statim evadat Capitaneus Vergati, & Bazani, sed sint emolumenta incerta, et non annexa, et à futuro eventu extractionis dependentia; nihilominus virtute d. derogationis ad illa debeat admitti Senator, cum ista etiam emolumenta sic incerta veniant appellatione emolumentorum in concessione favorabili. Namque, si de cæteris utilibus Officiis hoc idem resolvere voluisset id dixisset, sed non dixit, quia quæstio non erat, nec esse poterat de dictis Officiis, quæ respectu 41

Senatoriæ dignitatis non sunt nec certa, nec incerta; et obiectum partis adversæ stabat *in* hoc tantum, quod consecutio Officii Vergati esset quid diversum, et separatum à dignitate Senatoria, quia Senator illam retineat, etiam non habitans per quodcunque temporis spacium, sed tamen Officium prædictum consequi non possit etiam uti Senator, nisi inhabitet, & propterea, respondendo obiecto, subdat ibi Rota, satis esse; quod Vergatum sit de illis Officiis, quæ Senator uti Senator potest obtinere, licet non sit de annexis inseparabiliter à dignitate senatoria, ut patere videtur in principio decisionis, ibi, Ultra quod negari non potest, & sic non possit trahi decisio ad Officia, de quibus Rota

ta

ta non interrogabatur, nec ad hunc casum longe diversum, nec ullibi constet, dari Officia utilia non annexa Senatoratui, quæ tamen spectent ad Senatores exclusive quoad alios Cives.

Interpretationem autem à me datam dictioni, Ut, positæ in *d. dec. Bononien. Officii ibi*, Ut Senator, quod ea stet pro quoniam,
41 dixerunt dd. Domini, non videri militare in præsenti casu, quia nec materia, nec ratio id suadeat, immo nec posse pro, Quoniam, exponi, quia tunc solum sic exponatur, & stet causative, quando præcedit certa dispositio, ex *not. per Gratian. dec.* 103. *num.* 15. Et ulterius dixerunt, idem esse, quod significet vulgariter, *Come*, vel *Perche*, cum utroque modo Rota rationem reddat sui dicti; & illud semper referatur ad Officia Vergati, & Bazani, quæ sunt annexa dignitati Senatoriæ, cum non competant aliis Civibus, & non sint annexa semper, quia requiritur extractio; unde dicantur annexa, & non annexa ad differentiam aliorum emolumentorum Senatoratus, qualis est provisio menstrualis, & similia, & de quibus tantum Officiis disceptabatur tunc in Rota.

Nec urgere putaverunt dd. Domini, quod tam d. D. Dux Boncompagnus, quam D. Princeps Ludovisius, & alii absentes quolibet anno describantur in Assumptariis; Quoniam responderunt, id fieri per Regimen, ne absentes conqueri possint, & forsan, ut reddantur contumaces, & appareat per ipsos extractos stetisse, quin præstiterint actuale servitium, & sic extrahi etiam ad hæc Officia utilia, ut hoc casu.

Quod vero D. Dux Gregorius pater ipsius moderni Ducis Soræ assecutus fuerit Officium utile Castri Bononien. dixerunt non posse suffragari, vel trahi in corroborationem ejus prætensionum, Quia ea fuit de anno 1626. & sic antequam emanasset d. Constitutio de anno 1632. quæ sub *d. nu.* 69. aliam dedit formam pro consecutione Officiorum utilium, cujus dispositio attendenda veniat etiam per Senatores in his, quæ ad eos spectant ut Cives, ex supra deductis.

Insuperque consideraverunt, quod in fine d. Constitutionis sub num. 124. subiungitur, quamlibet dispositionem ipsius Constitutionis esse de forma cum clausula irritanti; & quod ideo non 42
videatur modo, quod adimpleri possit per æquipollens, uti fieret, si sufficeret ficta habitatio resultans ex Senatoratu, & concessione Civilitatis, ac onerum etiam supportatione per Consanguineos, & alios de familia d. D. Ducis.

Et ita, &c. utraque parte, &c.



Ttt Loca-

LOCATIONIS

Veneris 15. Maii 1654.

ARGUMENTUM.

Stante inundatione, & impedimento præstito conductori circa rei usum, & fruitionem, an sit locus resciſſioni, vel actioni ad interesse. De probatione per unicum testem, ac per testes singulares, & imperfecta, & de juramento in supplementum.

SUMMARIA.

1 *Testis unicus probat cum adminiculis, & præsumptionibus.*

2 *Probationi diminutæ quando fides præstari soleat.*

3 *Conductori ex inundatione fit mercedis remissio in totum, vel pro parte.*

4 *Inundatio operatur, ut possit à conductione recedi.*

5 *Conductione rescissa omnia in pristinum reduci debent.*

6 *Testis de facto, quod tractavit, an probet plene, & num. 7. 8. 9. & 11.*

10 *Testis de veritate facti, junctis adminiculis, & præsumptionibus, plene probat.*

12 *Scriptura privata, parte citata, & nihil opponente, producta, dicitur approbata, & in forma probanti.*

13 *Conductori antiquo competit ex æquitate renovatio, & prælatio.*

14 *Locationem qui non vult continuare, debet ex Statuto Bononiæ illam disdicere per tres menses ante finitum tempus.*

15 *Testis unius depositio facit semper saltem adminiculum.*

16 *Probatio quælibet imperfecta facit adminiculum.*

17 *Probationes, & adminicula quæ singula non prosunt, simul unita juvant, & nu. 18.*

19 *Judex ex quibus moveri debeat, & num. 20.*

21 *Mediator quam probationem faciat, & num. 22.*

23 *Retentioni non acquiescit, qui restitutionem prætendit.*

24 *Conductor à locatore impeditus uti frui non tenetur amplius ad pensionem, & solutam repetit, & num. 25.*

26 *Conductor impeditus facto iniusto locantis potest à locatione recedere, vel agere ad interesse.*

27 *Testi deponenti de facto proprio, & contra se ipsum creditur.*

28 *Solutio non probatur ex propria assertione.*

20 *Testi mortuo, pendente lite, magis creditur, & probat ille semiplene, & num. 30.*

31 *Testi an credatur de cessione, venditione, commissione, vel mandato sibi facto.*

32 *Testes singulares probant arbitrio Judicis.*

33 *Testes singulares quando probent, & num. 34.*

35 *Juramentum suppletorium est suffragium, seu subsidium probationis imperfectæ.*

36 *Juramento suppletorio quando sit locus, & n. n. seqq. & num.*

num. 40. *&* 41.

39 *Singularitas in testibus dicitur subalterna, & adminiculativa, quando dictum unius coadiuvat dictum alterius.*

42 *Juramentum suppletorium deferri potest per Judicem ad eruendam veritatem, & ad cautelam, & quamvis non sit in actis petitum, & num.* 43.

44 *Juramentum suppletorium cui deferendum, vel non.*

45 *Juramentum suppletorium an deferatur in gradu appellationis, & num.* 46.

47 *Sententia valet sub conditione, si Actor, vel Reus juraverit.*

48 *Juramentum praestandum ex forma sententiae praestari potest etiam appellatione pendente.*

49 *Juramentum suppletorium ex Statuto Bononiae non admittitur in causis excedentibus libr.* 25. *Contrarium, & declara ut num.* 50.

51 *Expensarum condemnationem evitat, qui ex juramento in supplementum superatur, Decl. ut num.* 52.



DECISIO LXXXI.



1 CUm D. Ursula ab Ocha sub die 23. Octobris 1648. ad annum locasset Excellentiss. D. Achilli de Muratoribus, Philosophiae, ac Medicinae Doctori, Prædiolum pro pretio, & affictu lib. 200. confecta desuper apoca cum obligatione in forma Cameræ; superventa fundi inundatione, illam D. Achilles ad Ursulæ notitiam judicialiter deduxit sub die 23. Februarii 1649. eidemque protestationes transmisit, cum instantia pro electione Peritorum ad effectum æstimandi damna, & ex tunc suum etiam Peritum elegit.

Quorum occasione pretendens idem D. Achilles, convenisse cum Ursula super locationis rescissione, & non potuisse, nec posse re locata uti frui, judicium contra eandem instituit de mense Aprilis, & Maii ejusdem anni coram D. A. G. super repetitione libr. 100. jam ab eo pro prima paga affictus Ursulæ solutarum; in quo fuit successivè ad plures actus deventum.

Sed, quia Ursula sub die 11. Januarii 1652. cœpit agere coram eodem D. A. G. in vim d. apocæ locationis adversus D. Achillem pro consecutione aliarum lib. 100. pro affictus residuo, & D. Achilles nihil, aut parum

relevans in tempore probavit super ejus prætensionibus, & exceptionibus, lata fuit sub die 30. Aprilis ejusdem anni contra ipsum sententia super executione pro dictis aliis lib. 100.

A qua interposita per D. Achillem appellatione, eaque commissa D. Laurentino Auditori Eminentiss. D. Card. Carafæ tunc Legati, cum clausula, si quid exequendum &c. & postmodum cum alio rescripto unionis causarum circa prætensiones, & exceptiones ejusdem D. Achillis, & facultate cognoscendi, & decidendi cohiunctim, vel divisim arbitrio, citrà tamen præjudicium judicii executivi, emanavit sententia, in qua ex noviter potissimum deductis, & probatis revocata fuit d. prima sententia, & condemnata d. Ursula ad restituendum D. Achilli dictas libr. 100. quas illi anticipatæ prò prima paga ex conventione vt supra numeravit, ut eadem fassa fuit in responsione ad positiones, addita etiam condemnatione in expensis.

Et ab hac etiam secunda sententia appellatione commissa per Eminentiss. D. Card. Lomellinum Legatum successorem, Excellentiss. D. Papino ejus Auditori, idem partes hinc inde à conventione, & reconditione respectivè absolvit, necnon etiam ab expensis.

Sed demum appellationis causa ab hac etiam tertia sententia, mihi soli, & extra Rotam ab eadem Eminentiss. D. Card. Legato delegata, sententiam D. Judicis, à quo confirmavi quoad absolutionem D. Achillis, & revocavi quoad absolutionem Ursulæ, confirmando in consequens sententiam D. Laurentini secundi Judicis.

Nam de fundi locati inundatione tempore hiberno non est dubitandum, cum de hoc deponant omnes tres testes pro parte D. Achillis in secunda instantia formiter, ac cum interrogatoriis Ursulæ examinati, & addat colonus partiarius, positus ab Ursula, secundus testis, quod inundatio duravit per duos menses, & quod propterea fundus, nec laborari, nec seri potuit, & quod satus paucos fructus reddidisset, quodque ibi tunc sibi obierunt duo filii; & ipse in adversam incidit valetudinem, & demum desperatus à fundo discessit; qui quamvis in istis sit unicus, adiuvatur tamen ex dicto primi testis deponentis, aquas Domum etiam intrasse in altitudine magna; & ex dicto Bertoni tertii testis, qui successit in conductione, deponentis de illius discessu, & reperiisse Prædium in malo statu ob aquarum moram, & ideò pro duobus primis annis solvere convenisse, ac solvisse anno quolibet solummodo lib. 180. atque ex apoca istius secundæ locationis confecta sub die 5. Maii 1649. in qua enunciatur, & datur Prędium non satum, & in parte solummodò laboratum; nec non adminiculatur verisimilitudine, ac præsumptione, stante inundatione in hieme, de quo tempore aquæ non solent facilè disiccari, sed augeri potius,

& stante etiam, quod colonus
probabiliter Prædium pro suo in-
teresse servisset, si fructus sperare
1 valuisset. Unde, hujusmodi con-
currentibus adminiculis, & præ-
sumptionibus, videtur ei quoad
ista quoque fides danda, *Durah. decis. 195. num. 1. & 2. & Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 266. nu. 3. & par. 6. decis. 87. num. 9. & 12.*
2 & stante verisimilitudine, & ad-
miniculis, præstari solet fides
probationi, etiam diminutæ, *Rot.
divers. par. 2. decis. 206. num. 3.*
3 Quando verò propter aqua-
rum impedimentum conductor
non potuit fructus rei conductæ
percipere, est ei facienda merce-
dis remissio, vel in totum, vel pro
parte, *l. ex conducto 16. §. si vis ff.
loc. Paris. cons. 38. num. 4. lib. 1.* &
4 quod propter inundationem pos-
sit recedi à conductione, sentit
Gratian. discept. 354. num. 23.
Attenta itaque fundi inunda-
tione, & illius denunciatione Ur-
sulę locatrici judicialiter facta de
mense Februarii ut supra, & de-
ponit 1. testis, non est absurdum,
ut partes amicabiliter conduc-
5 tionem, rescisserint, qua secuta,
omnia in pristinum reduci de-
bent.
Recessus autem de partium
consensu à locatione, & condu-
ctione in præsenti videtur proba-
tus, ex quo D. Puggiolus aurifex
primus testis, qui fuit etiam testis
adhibitus in locatione, & fuit in-
tercessor, tam in locando, quam
in dislocando, deponit de renun-
ciatione D. Achillis conducto-
ris, & de acceptatione Ursulæ lo-
catricis, & immo, quod Ursula
se anteà obtulit, eo mediante, ad
rescessionem, quia habebat ali-
um, qui conduxisset, & de ejus
ordine ita scripsit D. Achilli. 6
Testis verò de facto, quod trac-
tavit, probat plenè secundum
*Caputaq; decis. 267 par. 3. & Rot.
divers. par. 4. decis. 820. num.* 11. saltem
tem Judicis arbitrio ex circun- 7
stantiis, & personæ, ac causæ qua-
litate, *l. ob carmen. §. fin. ff. de te-
stib. Castr. cons. 342. num. 2. sub
vers. quarto dicitur lib. 2. Menoch.
de arbitr. cas. 99. num. 1. 20. & per
tot. Farinac. de testib. q. 69. nu. 414.
Gratian. discept. 749. num. 3.* vel 8
cum adminiculis, *Menoch. de cas.
99. sub num. 17. Greg. decis. 544. nu.
19. Burats. decis. 360. num. 4. &
decis. 778. num. 6. & Rot. recent.
par. 1. decis. 244. num. 2. 3. & 4.* &
maximè ubi ad eum, ut hic, nul- 9
lum spectat commodum, laus,
vel vituperium, *Rut. cons. 34. nu.
4. & 6. lib. 4. Gratian. decis. 240.
num. 1. in addit.* & quod unicus 10
testis de veritate facti, junctis ad-
miniculis, & præsumptionibus,
plenè probet, tradit *Greg. dec. 247.
num. 6.* & de unico teste de gestis 11
per eum cum coniecturis, seu
præsumptionibus, *Gabr. de prob.
concl. 1. nu. 62. Gratian. d. discept.
749. num. 1. Rot. recent. par. 5. tom.
1. decis. 163. num. 3.*
Adminicula vero, seu præ-
sumptiones, & coniecturæ hoc
casu non desunt, & primum de-
sumitur ex d. epistola requisitoria
de mandato Ursulæ ad renunci-
andum conductioni, ex quo erat
alius, qui conducere intendebat,
ab eodem teste scripta D. Achilli
sub datum 8. Aprilis 1649. ac per
tres

tres annos ante ipsius testis examen, quod fuit sub die 28. Maii 1652. in cujus productione, parte citata, nihil fuit oppositum, &
12 in consequens illa dicitur ab Ursula tacitè approbata, & effecta etiam in forma probanti, ad relata per me in *tract. mand. de manuten. observ. 97. num. 34. & seq.*

Secundum adminiculum est subsecuta locatio in personam Bertoni Pistoris die 5. Maii 1649. quæ licet legatur facta pro annis incipientibus à subsequenti festo Omnium Sanctorum, indicat tamen, fuisse jam licentia-
13 tum primum conductorem, cui alias ex æquitate competebat renovatio, et prelatio, *Castr. cons.*
14 *32. num. 2. lib. 1.* vel saltem illi denuncianda erat voluntas continuationis per tres menses ante finitum tempus ex forma *Statuti Bononiæ lib. 5. de pœni vend. rem alien. §. præterea statuimus il pr.*

Tertium adminiculum, et quidem apud me vrgens, est, quia Ursula disposuit tanquam domina de fructibus d. anni 1649. consistentibus in fascis, herbis, & vvis, dum illos cessit, & vendidit Bertono novo conductori pro pretio lib. 35. ut ipsemet tertius testis in ordine fatetur, quod videtur factum in executionem, & ratificationem conventæ rescissionis locationis. Et satis notum est, quod
15 unius testis depositio facit semper saltem adminiculum, *Gratian. discept. 895. num. 51. Rot. rec.*
16 *par. 7. dec. 234. num. 7.* sicuti quælibet alia imperfecta probatio, *d. dec. 234. num. 7.*

Quartum additur adminiculum, quia Ursula pulsata à D. Achille de mensibus Aprilis, & Maii 1649. ad sibi restituendum solutas lib. 100. & cōtinuata super hoc lite usque ad diem 21. Julii 1651. nunquam opposuit, se immo esse creditricem aliarum lib. 100. pro affictus residuo, ac distulit, illas petere usque ad diem 11. Januarii 1652. & tamen ex locationis tenore eas petere poterat de mense Augusti dicti anni 1649.

Quæ probationes, & adminicula, quatenus singula non prodessent, simul unita juvare debent, *Aym. cons. 73. num. 34. Rot. recent. par. 3. dec. 504. num. 7. in fin.* cum probationes imperfectæ 17
tendentes ad eundem finem jungantur simul ad faciendam unam probationem perfectam, *Duran. dec. 91. num. 1.* & ad Judicis motum unus actus inferat in confirmationem alterius, nec ille debeat allegare animum ad unam solam speciem probationis, *Bald. in l. Spadonem §. qui sub nu. 1. ff. de excusat. tutor.* 18 19 20

Quare non obstat, quod mediator non sit integer testis, seu omni exceptione major, ex *Rot. Bon. divers. sup. statut. 65. nu. 74. & seqq.* exadverso allegata. 21

Nam respondetur, illam procedere, & loqui ad effectum faciendi plenam probationem de per se, secus verò dicendum est quoad probandum plus, quam semiplene, & concurrentibus adminiculis, & præsumptionibus, *Farin. de testib. q. 63. nu. 221. & 224.* 22

Ne-

Neque etiam obstat, quod
Puggiolus primus testis, & in-
tercessor deponat, quod Ursu-
la prætendebat retinere libras
centum sibi à D. Achille solu-
tas, & sic videatur rescissa
locatio cum hac conditione.

Quja addit quoque, quod D.
Achilles eas sibi restitui volebat,
quja Prædii fructus aliquos non
receperat, & sic illarum re-
23 tentioni non acquievit, nec con-
sensit, *Nevizan. cons.* 79. *num.*
6.

Atque proinde, cum etiam
24 postea D. Achilles fuerit impe-
ditus uti frui mediante d. ces-
sione, & venditione fructuum
ad ipsum ex forma locationis
spectantium, ab Ursula facta
Bertono novo conductori, ut
idem Bertonus tertius testis de-
ponit, non tenetur amplius ad
pensionem, *Roland. cons.* 69. *num.*
22. *lib.* 4. *Gargiar. patroc.* 64. *num.*
25 9. *lib.* 1. *Buratt. dec.* 669. *num.* 5. &
eidem competit repetitio pen-
sionis antea solutæ, *Gratian. dis-
cept.* 376. *num.* 28. *& seqq.* per mo-
dum recessus à conductione,
26 quja conductor impeditus facto
iniusto locantis eligit, an velit
recedere à locatione, vel age-
re ad interesse, *Gabr. cons.* 85.
lib. 1. *Gratian. discept.* 113. *num.*
48. *Rot. Romana Pensionis Domus*
16. Novembris 1611. *coram Pi-
rovano*.

Cui testi standum videtur,
27 tum quja deponit de facto
proprio, & contra se ipsum, fa-
ciens scilicet se debitorem pre-
28 cii, cuius solutionem, quam as-
serit fecisse, debet aliundè pro-
bare, quam ex propria assertio-
ne, *Rot. rec. p.* 2. *dec.* 353. *num.* 3.
& par. 7. *dec.* 77. *num.* 10. *Buratt.
decis.* 199. *num.* 6. Tum quja, pen-
dente lite, obiit, & ideò eius fi- 29
des augetur, *Buratt. dec.* 530. *nu.*
3. Tum quja uti mortuus facit 30
saltem semiplenam probatio-
nem, *Buratt. dec.* 834. *num.* 4. &
coadivuatur, ac adminiculatur
ex Puggiolo primo teste, & ex
aliis adminiculis, præsumptioni-
bus, & coniecturis superius cu-
mulatis ad probandam conven-
tam conductionis resolutionem.
Quibus junctis, videtur etiam ei 31
credendum respectu cessionis,
& venditionis sibi ab Ursula fa-
ctæ, ut dicitur in terminis com-
missionis, & mandati, *Gabr. de
testib. concl.* 1. *num.* 20. *Farinac. de
indic. & tortur. q.* 44. *num.* 3. *&* 4.
Gratian. discept. 910. *num.* 19. *&*
20.

Adeout sive recessum fuerit
de partium consensu à locatione
ob secutam inundationem, sive
locatrix non sinerit conducto-
rem uti frui, utroque casu intrat
locationis resolutio, & in conse-
quens D. Achilles conductor
non possit ad mercedis, seu af-
fictus residuum adstringi, sed
benè Ursula ab sibi restituendum
lib. 100. solutas.

Et quatenus etiam testes ju-
dicandi essent singulares, illi ta-
men probant, quando, ut hoc
casu, Judex ex eorum dictis in
credulitatem adducitur, quja 32
potest illis fidem adhibere ex suo
arbitrio, *Gabr. de testib. concl.* 2.
nu. 62. & sufficiunt testes singu- 33
lares ad probandam præsum-
ptam

ptam voluntatem, *Gabr. d. concl.*
34 2. *num.* 54. *illat.* 19. & in singula-
ritate subalterna, vel admini-
culativa, *Gabr. d. concl. 2. num.*
9.

Præterea ad abundantiorem
cautelam, & pleniorem proba-
tionem mandavi per D. Achil-
lem præstari juramentum sup-
35 pletorium, quod dicitur esse
suffragium, seu subsidium proba-
tionis imperfectæ, *Jas. in repetit.*
l. admonend. sub num. 26. *ff. de jur.*
36 *jur.* & cui locus est, ubi adest se-
miplena probatio, secundum
Jas. in d. l. admonendi num. 75. *post*
med. in pri. lectura, & repetit. num.
37 86. vel unus testis, *Bald. in d. l.*
Spadonem §. qui sub, num. 1. *ff. de*
38 *excusat. tut.* & eo magis, ubi cum
semiplena probatione per uni-
cum testem alia concurrunt ad-
minicula, seu præsumptiones, &
coniecturæ, vel est plus, quam
semiplenè probatum, *Castr. cons.*
149. *n.* 2. *lib.* 1. *Boer. dec.* 221. *propè*
fin. Put. dec. 431. *nu.* 3. *lib.* 2. *juxta*
39 *vet. impr.* prout, & quando agitur
de testibus singularibus singu-
laritate subalterna, & adminicu-
lativa, quia dictum unius dictum
alterius coadivuat, ut hic, *Gabr.*
de testib. concl. 2. *num.* 65. & 66.
Castr. cons. 342. *num.* 2. *sub. vers.*
quando dicitur, lib. 2. *Crot. cons.* 57.
40 *nu.* 2. & etiam si posset dici, quod
adversaria plenè suam intentio-
nem probasset, *Seraph. de privil.*
41 *juram. privil.* 33. *num.* 13. & ma-
ximè cum D. Achilles Philoso-
phiæ, & Medicinæ Doctor, &
Professor inter Primarios Bono-
niæ sit non solum bonæ, ac hone-
stæ conditionis, & probatæ vitæ,
et fide dignus, sed omni exceptio-
ne maior. Atque potest jura- 42
mentum huiusmodi deferri per
Judicem non tantum ad erven-
dam veritatem, quamvis non sit
in actis petitum, *Alex. cons.* 53.
num. 5. *lib.* 1. verum etiam ad cau-
telam, *Castr. d. cons.* 342. *num.* 1. 43
sub vers. quarto dicitur lib. 2. Et
deferendum est illi, qui semiple- 44
nè probavit ad supplendam suam
probationem, non autem parti
adversæ, quæ plenè intentionem
suam probavit, ad tollendam
semiplenam probationem colli-
tigantis, *Jas. in d. repetit. l. ad-*
monendi num. 268. Deferturque 45
etiam in gradu appellationis;
& ubi quis venit ad impugna-
tionem, vel retractationem sen-
tentiæ de jure communi, & via
ordinaria, ut hic, quidquid 46
aliud sit, quando ageretur ad re-
scissionem sententiæ per viam re-
stitutionis in integrum, vel sup-
plicationis, vt declarat *Jas. in d.*
repet. l. admonendi nu. 289. & 318.
Valetque sententia sub conditio- 47
ne, si Actor, vel Reus jurave-
rit, *Jas. ibid. num.* 68. ac potest 48
juramentum præstandum ex for-
ma sententiæ, tanquam actus
consecutivus, & ab ipsa senten-
tia proveniens, deindè deferri
etiam appellatione pendente,
absquè vitio attentatorum, *Lan-*
cell. de attent. 2. *par. cap.* 12. *de*
attent. appell. pend. limit. 40. *num.*
9. & 10.

Neq; obstat Statutum *lib.* 2. *in* 49
rubr. de prob. solut. in fin. prohibens
juramentum suppletorium de-
ferri in causis excedentibus libr.
25. quasi voluerit in hoc coarcta-
re

re Judicis arbitrium.

Quoniam statutum recipit
50 interpretationem à jure communi, secundum quod, & in causis magnis, & arduis juramentum hoc defertur, quando, est, prout hic, plusquam semiplenè probatum, inspecta qualitate personæ, ut in puncto est *decis.* 15. *num.* 3. *& seqq. inter decis. statut. Bonon. divers. & ibid. decis.* 104. *num.* 38. *& seqq.* ubi, quod ita pluries in hac Rota fuit judicatum.

Condemnare quoq; voluissem Ursulam in expensis, non
51 obstante, quod regulariter expensarum condemnationem evitet, qui ex juramento in supplementum superatur, *Asin. in prax.* §. 32. *cap.* 2. *limit.* 14. *num.* 11. *Gratiat. Theor.* 10. *num.* 12.
52 Quia contrarium locum habet, quando juramentum est delatum non ad necessitatem, sed ut hic, ad abundatiorem cautelam, *Nevizan. cons.* 94. *num.* 10. Sed tamen, mediam viam eligendo, eam ab expensis instantiæ præsentis absolvi, quatenus huic nostræ sententiæ acquiescat, præterquam ab honorario nostro, quod inter partes commune esse volui, sin minus Victam Victori in expensis omnibus condemnavi.

Et ita utraque, &c.

IMMISSIONIS

Veneris 29. Maii 1654.

ARGUMENTUM

Filii familias fideiussio pro patre sine decreto competentis Judicis an valeat, stante Statuto Bononiæ. An, & quando possit dare de jure tertii. De jurium acquisitione, & cumulatione, lite pendente. An in obligatione bonorum, & jurium futurorum veniat jus adeundi. Quando adita, vel non adita dicatur hæreditas. An filius immiscens se in hæreditate paterna sine inventario confundat jus dotis maternæ. An hæredis declaratio, & ratificatio facti defuncti, & cessio teneat.

SUMMARIA.

1 *Creditor uti potest juribus debitoris etiam inviti, & num.* 59.

2 *Anterioritatis exceptio impedit immissionem ex Salviano.*

3 *Patris consensus requiritur ex Statuto Bononiæ in obligatione filiifamilias etiam majoris.*

4 *Pater an possit ad sui commodum auctoritatem interponere in obligatione filii, & num.* 5. 8. 9. 10. 11. 67.

5 *Lex non confidit de patre in obligatione filii ad ejus favorem.*

6 *Filii in obligatione pro patre* requi-

requiritur decretum Judicis, & Bononiæ Prætoris, vel Judicis Ursi, vel Antianorum, & Collegiorum, & num. 7.

12 Nullitatis obligationis exceptio introducta dicitur ad favorem se obligantis.

13 Nullitas, & jus tertii an possit ab alio allegari, & num. 70. 71. 72. 73.

14 Jura juribus cumulare unicuique licet, Ampl. ut nu. 15. 16. & 17.

18 Dotis maternæ jus, vivente matre, an dicatur in bonis filii, & quid, ea mortua, non constito de agnitione, & num. 19.

20 Jus adeundi an veniat in obligatione omnium bonorum, et jurium præsentium, et futurorum, et num. seqq. et num. 28. et seqq.

23 Nomen debitoris an, & quando veniat in obligatione bonorum.

26 Jus agnoscendi, et acceptandi fideicommissum an veniat in cessione bonorum, et jurium.

27 Creditor non potest acceptare donationem, quam donatarius vivens non acceptavit.

32 Debitor in acquirendis potest creditoribus præjudicare, et num. 33. Ampl. ut num. 34. et 35.

36 Legatum factum liberto censetur in dubio ab eo in vita agnitum.

37 Hæreditas, legatum, vel aliud jus delatum debet acceptari, vel repudiari, alias habetur pro derelicto.

38 Creditoribus competit jus agendi ad legatum debitori de tempore obligationis jam delatum, nisi constet de repudiatione.

39 Cyriac. contr. 47. num. 4. et seq. declaratur.

40 Retentio in alterius præjudicium sine hypotheca non competit.

41 Obligatio quoad futura intelligitur sub conditione, si postea debitori fuerint quæsita.

42 Hæres creditor in dubio possidere censetur uti creditor, et nu. 46. lim. ut num. 45.

43 Aditionis hæreditatis declaratio fieri potest etiam ab hærede hæredis.

44 Declaratio ex causa de præterito fieri potest etiam lite pendente, Contr. num. 76.

47 Hæres creditor cedens creditum hæreditarium adire dicitur hæreditatem, et num. 48. Ampl. ut num. 53.

48 Aditio hæreditatis inducitur ex actibus, qui ex sui natura fieri solent ad alienandum, nisi hæres aliter protestetur.

49 Aditio in persona hæredis etiam creditoris inducitur, et probatur ex actu cum tertio celebrato, et 50. Ampl. ut num. 51.

52 Hypothecæ constitutio non transfert rem hypothecatam.

54 Enunciativa præstat adminiculum. Ampl. ut num. 55. et 56.

57 Creditor, de cujus voluntate non constat, non sufficit, quod potuerit sibi satisfacere.

58 Fi-

58 *Filius hæres patris dotem maternam retinens dicitur etiam hæres matris.*

60 *Filius hæres patris non beneficiatus an confundat dotes maternas, et num. 61. et 62.*

63 *Creditoribus an dicatur præjudicatum per debitorem, qui in aditione hæreditatis sine inventario confusit suas actiones.*

64 *Retentio competit ei, qui successit in locum anterioris creditoris.*

65 *Immissioni pro rata quando sit locus.*

66 *Emptor possessor salviano conventus an possit se tueri anterioritate fideiussoris.*

68 *Doctores, qui in terminis loquuntur sunt magis attendendi, quam illi, qui generaliter.*

69 *Doctoris Bononiæ facultas in interponendis decretis.*

74 *Retentio non datur posteriori in hypotheca.*

75 *Declaratio non potest ab hærede fieri in præjudicium tertii.*

77 *Ratificationi quando non sit locus, & num. 81.*

78 *Statutum Bononiæ requirens consensum patris in obligatione filiifamilias inducit formam Ampl. ut num. 80.*

79 *Statutum mandans aliter actum fieri, quam disponat jus commune, dicitur formam inducere.*

82 *Statutum Bononiæ circa obligationem filiifamilias inductum dicitur ob publicam utilitatem, & num. 83.*

84 *Solemnitas inventa ad evitandas fraudes inducta, dicitur ob publicam utilitatem.*

85 *Solemnitati inductæ ad evitandas fraudes renunciari non potest nec cum juramento.*

86 *Statuto condito ob publicam, & privatam utilitatem an renunciari possit, & num. 87.*

88 *Hæreditas, & jus non agnitum, nec acceptatum an possit per hæredem acceptari, & ratificari.*

89 *Jus acceptandi non transit in hæredem.*

90 *Hæreditas non adita ubi transit in hæredem transit, ut adeunda, non ut adita.*

91 *Hæreditas non adita, quę transmittitur, non dicitur in bonis transmittentis quoad æstimationem, sed quoad transmissionem.*

92 *Ratificatio, quę non est ad proprium commodum, sed alterius non operatur.*

93 *Acquisitio ut fiat ad favorem alterius, nostra non interest.*

94 *Heres beneficiatus non tenetur de proprio, & num. 95. & 198.*

96 *Heres beneficiatus potest à se abiicere omnem vexationem consistentem vel in damno pecuniario, vel in mero facto.*

97 *Supposito cessante, cessat & consensus, & dispositio.*

99 *Cessio pro debito, debito non justificato, non tenet.*

100 *Minoris donatio non tenet nec cum decreto Judicis, & Curatore, Lim. ut num. 102. sublim. ut num. 103.*

101 *Curator minori ad donandum non datur.*

104 *Cessio ex Statuto Bononiæ tenet, etiam quod habeat vim donationis, Lim. ut num. 105.*

DECISIO LXXXII.



QUONDAM Joannes Baptista Casappius de anno 1596. vendidit q. D. Catherinæ etiam de Casappiis tornaturas 15. terræ subtus Domum à latere septentrionali unius Possessionis cum una mansione Domus in Communibus Liani, & Casalecchii in loco Ronchi pretio libr. 1390. 10. cum pacto francandi, & locatione.

De anno vero 1603. idem ex eadem Possessione vendidit cum pacto pariter francandi, & locatione, ac clausula constituti Illustriss. DD. Assumptis, & Administratoribus Abbatiæ Ss. Naboris, & Felicis alias tornaturas 15. & tab. 90. cum Domuncula veteri ad usum, ut dicitur, de Brazzente in d. Communi Liani in loco nuncupato il Serraglio, & specialius à Brajola, capiendas in confine Viæ, & prosequendo versus occidentem inter unam aliam Viam existentem à Meridie, & D. Thomám de Magnanis à Septentrione pretio libr. 1500. tunc soluto.

Ac demum de Anno 1614. universam Possessionem vendidit R. R. Monialibus S. Gulielmi sub fidejussione q. Hieronymi eius filii, quibus etiam jura cessit quoad dd. tornaturas 15. primò loco venditas Catherinæ Casappiæ D. Thomas de Accarisiis uti illius filius, & hæres, & nomine etiam Virgilii fratris pro quo de rato.

Expirato deinde ad favorem dd. DD. Assumptorum, & Abbatiæ quoad dd. tornaturas 15. per eos ut supra emptas pacto francandi, & iisdem remanentibus creditoribus pro affictibus in libr. 3029. 12. obtinuerunt DD. Assumpti à R. P. Vicario Generali ad ipsas tornaturas 15. & tabul. 90. immissionem, & pro consequendis affictibus institerunt coram eodem ex remedio tam utili salviani, quam alterius cuiuscunque magis proficui, illis dari contra dd. Moniales mandatum immissivum ad residuum d. Possessionis sibi in vim instrumenti emptionis, & locationis hypothecatæ ad effectum tenendi, & possidendi, vel alias vendendi, & subhastandi, & de pretio eisdem satisfaciendi de affictibus decursis, damnis, expensis, & interesse. In cuius judicii, & petitionis conformitatem emanavit sententia, qua confirmata fuit tenuta dd. tornaturarum 15. tab. & 90. & condemnatæ fuerunt Moniales ad earum fructuum restitutionem à die motæ litis, & usque ad relaxationem; vel alias ad illorum pretium, & valorem liquidandum, nec non concessa immissio in residuo

ſiduo Poſſeſſionis, & Prędii ad
petitum effectum.
Quæ D. Vicarii ſententia con-
firmata fuit ab Illuſtriſſimo D.
Zoccadoro Prolegató, præter-
quam quoad facultatem ſubha-
ſtandi, et ambæ ſucceſsive in
tertia inſtantia revocatæ fuerunt
à D. Ciſalpino Auditore tunc
Eminentiſsimi Legati cum Vo-
to D. Auditoris Generalis, et
inſuper declaratum dd. Monia-
les poſſeditrices bonorum ex ju-
ribus Catherinæ Caſappiæ, et
olim D. Hieronymi Caſappii
uti hæredis Cecillæ Piæ eius ma-
tris creditricis pro dotibus ſuis
in bonis Joannis Baptiſtæ mari-
ti, ac etiam uti ceſsionarias Ca-
milli Caſappii filii, et hæredis
d. Hieronymi in bonis per eas
poſſeſsis, et acquiſitis à d. D.
Joanne Baptiſta habere melio-
ra, potiora, et anteriora jura,
quam habeant Abbatia, et Il-
luſtriſsimi DD. Adminiſtrato-
res, et ideo illas uti domi-
nas, et patronas ex titulis an-
terioribus manu tenendas fore,
et eſſe in poſſeſsione bonorum
per eaſdem emptorum, et per-
ceptione fructuum, donec per
Abbatiam ex jure offerendi,
quod eidem competere declara-
tum fuit, dd. Monialibus ſolu-
tum fuerit integrum pretium
per eas, ut ſupra ſolutum, et ex-
computatum.
A qua tertia ſententia com-
miſſa ab Eminentiſsimo Legato
appellationis cauſa Prætori cum
Voto totius Rotæ ad referen-
dum Eminentiæ Suæ, fuit hodie
pro majori parte Dominorum
reſolutum pro confirmatione ip-
ſius tertiæ ſententiæ. Et moti
fuerunt, ex quo Moniales ha-
beant anteriora jura, & credita
primum ſcilicet de anno 1596.
ex perſona d. Catherinæ Caſap-
piæ ſibi à Thoma filio ceſſum,
ſecundum, de annis 1586. et
1588. ex perſona d. Hieronymi
Caſappii filii, & fidejuſſoris d.
Joannis Baptiſtæ venditoris de-
ductum ex debita ei dote mater-
na in bonis eiuſdem Joannis Bap-
tiſtæ patris, cum valeat creditor 1
uti juribus competentibus ſuis
debitoribus etiam illis invitis, *l.*
ſi vero C. de volt. num. pecun. Caſtr.
conſ. 275. num. 3. in fin. lib. 2. Pen.
dec. 1325. num. 4. lib. 2. Greg. dec.
362. num. hoc anterioritatis vero 2
exceptio impedit immiſſionem
ex ſalviano, *Scapuccin. de ſalu.*
lib. 2. q. 6. num. 1. Pacific. eod. tract.
inſp. 5. num. 7. & ibi Rot. dec. 176.
num. 5. et 6. et dec. 291. nu. 1. Man-
tic. dec. 69. num. 1. Coccin. dec. 67.
num. 11. et 12. Buratt. deciſ. 286.
num. 15. dec. 844. num. 1. et deciſ.
858. num. 1. Pen. dec. 334. nu. 14.
Rot. recent. par. 4. tom. 1. dec. 123.
num. 2. et dec. 303. num. 12. et 4.
Nec viſum fuit obſtare, quod
fidejuſſorio Hieronymi filiifa-
milias quamvis maioris 25. an-
nis fuerit nulla, ex quo Joannes
Baptiſta pater, cuius conſen- 3
ſus ex forma *Statuti Bononiæ*
lib. 3. in rubr. de contract. cum minor.
et filiisfam. facien. §. item dicimus,
in obligatione filiifamilias requi-
ritur, & qui hoc caſu conſenſit,
non potuerit in ea ad proprium
commodum ſuam auctoritatem
interponere ex doctrina *Bart. in*
l. 1.

l. 1. *nu.* 47. *ff. de auctor. tutor.* com-
muniter recepta per ſcribentes
in *l.* 1. §. *item fuit quæſitum*, ubi
præcipue *Rip. num. . . ff. ad tre-
bell. Jaſ. conſ.* 69. *num.* 5. *& ſeqq.
lib.* 1. *Tiraq. de legib. connub. gl.* 8.
num. 113. *& ſeqq. Carpan. ad Stat.
Mediolan. par.* 1. *cap.* 416. *nu.* 84.
Lamberteng. ad idem Statut. gl. 10.
num. 3. *Clar. in* §. *donatio q.* 6. *verſ.
quæro etiam*, & in terminis noſtris
dictum fuit per *Rot. in Bononien.
Pecuniaria* 21. *Februarii* 1625.
*coram Pirovano relata per Add. ad
Buratt. dec.* 44. *littera A. & in alia
Bononien. Bonorum* 20. *Februarii*
1627. *coram eodem Pirovano*, cum
5 tunc lex non confidat de patre,
*Rot. poſt Gillan. ad Statut. Peruſ.
dec.* 21. *num.* 10. & apud *Cenc. de
cenſib. dec.* 20. *num.* 10. *& ſeqq. &
in d. Bononien. Pecuniaria*, facit
Rot. recent. par. 1. *dec.* 153. *num.* 7.
& Buratt. dec. 120. *num.* 31. *& dec.*
177. *num.* 42. ubi quod hæc opi-
nio forſan eſt magis communis,
6 & magis vera, ſed neceſſarium
fuiſſet decretum Judicis, ad *gl. in
l. ſi furioſi in verb. qud moderatione
in fin. C. de nupt.* quam *Bald.* ibi
reputat ſingularem, & in *d. Bono-
nien. Pecuniaria*, & tradunt *Add.
ad Buratt. d. littera H.* & ſic Bo-
7 noniæ per decretum Prætoris
vel Judicis Urſi, aut DD. Antia-
norum, & Collegiorum, ut in d.
Statuto, & in practica ſervatur, ut
eſt notorium.

Quoniam, præterquam quod
8 obligatio filii familias pro patre
videtur valida tam de jure com-
muni, quam ſtante Statuto, quod
in contractu filii requiratur con-
9 ſenſus patris, cum ejus conſenſus
cenſeatur requiſitus tantummo-
do ratione ipſius patris præjudi-
cii, ac ideo Statutum non efficiat, 10
ut pater non poſſit cum filio con-
trahere, vel filius ad ejus favorem
ſe obligare, tamquam id in Statu-
to juris communis correctorio
ſtricte intelligendo non compre-
hendatur, *Alex. conſ.* 106. *per tot.
lib.* 1. *Ceph. conſ.* 531. *etiam per tot.
lib.* 5. *Merlin. de pign. lib.* 2. *tit.* 1.
num. 1. *& ſeq. Buratt. dec.* 20. *nu.* 7.
& d. dec. 44. *num.* 1. *& ſeq. & Rot.
recent. par.* 3. *dec.* 344. *ſub num.* 5.
Greg. dec. 120. *num.* 1. *& ſeqq.* &
maxime, quod intervenit etiam 11
Doctor, Reſponſum fuit, hanc
nullitatis exceptionem eſſe in- 12
troductam favore filii familias
contrahentis, quo volente, ſeu 13
non reclamante, non poſſe id
tamquam jus tertii ab alio allega-
ri, & opponi, *Surd. de alim. privi-
leg.* 56. *num.* 80. *& dec.* 108. *per tot.
& dec.* 179. *num.* 17. *& conſ.* 284.
num. 7. *Gratian. diſcept.* 27. *nu.* 39.
& ſeqq. Theſaur. dec. 4. *nu.* 1. *Bel-
tram. ad Greg. dec.* 415. *nu.* 6. *Zan-
ger. de except. caſ.* 26. *par.* 3. *num.*
230. *Rot. recent. par.* 3. *dec.* 153. *nu.*
3. *& par.* 7. *dec.* 165. *num.* 56. *&*
57. *& dec.* 306. *num.* 48. *& ſeqq.
& in terminis d. Statuti Rot. recent.
par.* 6. *dec.* 51. *num.* 4. & in præſenti
caſu Hieronymum in vita non
dediſſe de hujuſmodi nullitate,
& Camillum ejus filium, & hære-
dem obligationem patris ratifi-
caſſe, & acceptaſſe mediante in-
ſtrumento cum Monialibus ge-
ſto ſub die 10. Januarii 1641. lite
in ſecunda inſtantia pendente, in
quo ipſius etiam jura eiſdem ceſ-
ſit, quæ Moniales acquirere va- 14

lue-

luērunt, cum unicuique liceat
jura juribus cumulare, *Put. decis.*
365. num. 14. lib. 2. juxta veter. im-
15 *press.* nec litis pendentia impe-
diat, quo minus jus unius ex liti-
gantibus possit roborari, seu su-
perinduci largitione, & cessione
sibi facta per tertium, vel alios,
Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. li-
mit. 20. num. 5. & 6. ac possit judi-
cium convalidari ex jure, & ces-
sione superveniente, pendente li-
te ex causa de præterito, *Gabr. de*
judic. concl. 2. num. 1. & seqq. Gra-
tian. discept. 873. num. 27. & præ-
cipue ad favorem Rei, ut ipse
veniat absolvendus, *Paris. cons.*
82. num. 51. lib. 3. Gabr. d. concl. 2.
num. 6. Gratian. discept. 546. num.
16 *45. in fin.* & immo etiam quod ex-
ceptio illi superveniat ex nova
causa, *Gabr. de judic. concl. 3. nu. 6.*
17 & eo magis, quando ex ratifica-
tione, & confirmatione, quæ re-
trotrahitur, *Gabr. ead. concl. 3.*
num. 13.

Nec quoque relevare existi-
matum fuit, quod de tempore
obligationis Hieronymi, quæ
fuit sub die 8. Julii 1614. Cæcilia
mater viveret, & obierit die 22.
Novembris 1621. & in conse-
quens tunc creditum dotis Cæci-
liæ matris non esset in Hierony-
18 mi bonis, cum esset jus illi non
perfecte quæsitum, sed quæren-
dum, *Castr. cons. 198. sub n. 4. lib. 1.*
19 nec perfecte illi quæsitum fuerit
post mortem matris, dum non
constat de ipsius aditione, sive de
agnitione, & acceptatione hujus
devoluti crediti: Quoniam,
20 quamvis sub obligatione om-
nium bonorum, & jurium præ-
sentium, & futurorum veniat
etiam jus adeundi hæreditatem,
quia sub nomine jurium venit
etiam ista potentia adeundi, quæ
appellatur jus, & non simplici-
ter facultas, nisi quoad actum
aditionis, *Rot. recent. par. 4. tom.*
2. decis. 341. num. 1. & seqq. & nu.
19. & seqq. ubi de communi:
Attamen id procedit in jure 21
adeundi de tempore obligatio-
nis jam nato, & delato, in quibus
terminis loquitur *Merlin. de pi-*
gnor. lib. 5. tit. 1. quæst. 14. nu. 101.
& 102. secus in eo, quod tunc 22
erat tantum in spe, *Grat. discept.*
132. num. 3. & 5. & decis. 17. num.
17. Pacific. de salv. insp. 3. cap. 2.
num. 326. Surd. decis. 140. per tot.
Rot. recent. par. 2. decis. 595. num.
5. & par. 4. tom. 2. decis. 341. num.
5. & seqq. & num. 25. & seqq. &
quod nomen debitoris tunc ve- 23
niat in obligatione bonorum,
quando actio est nata, non au-
tem quando est solum in spe,
tradit *Rot. rec. in ead. par. 4. tom.*
2. decis. 481. num. 17. Cum tale 24
jus adeundi in spe non sit in bo-
nis nostris, *Gratian. d. discept.*
132. num. 5. & d. decis. 17. num. 17.
nec veniat in generali obligatio- 25
ne bonorum, & jurium, *Gratian.*
discept. 271. num. 30. Burtilier. de
success. theorem. 71. num. 3. Rot. d.
decis. 341. num. 5. & seqq. par. 4.
tom. 2. recent. & post Zacch. de
oblig. cameral. decis. 208. num. 6. &
in Perusina Bonorum 14. Martii.
1640. vers. nec facit quod. coram
R. P. Ghisilerio Episcopo Terraci-
nen. ubi, quod sub generali ces- 26
sione bonorum, & jurium non
venit jus acceptandi, & agno-
scen-

scendi fideicommissum, tamquam dependens à voluntate, & persona nostra, & sentit *Pen. dec.* 1326. *sub num.* 4. *lib.* 2. ubi, quod
27 creditor non potest acceptare donationem, quam donatarius
28 vivens non acceptavit. Sed sit potius quædam facultas, aut potentia adeundi, quam merum jus, quod in creditorem non
29 transmittitur, nec ab eo exercetur, nisi sit prius jus formatum, & in esse productum de præsenti, *d. decis.* 341. *num.* 9. *et seqq. par.*
30 4. *tom.* 2. *recent.* & plene debitori quæsitum per aditionem, *Grat. d. discept.* 132. *nu.* 5. *et discept.* 271. *num.* 27. *et seqq.* & declarationem, *Gratian. ead. discept.* 271. *num.* 13.
32 *et* 14. alias possit postmodum debitor, illud acquirere nolens, creditori, seu creditoribus præjudicare, *l. qui autem in princ. ff. quæ in fraud. cred. Ruyn. cons.* 23. *num.* 3. *lib.* 5. *Pacific. de salv. insp.* 3. *cap.* 2. *num.* 513. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 268. *nu.* 3. ubi de veriori, & communiori, & *d. decis.* 341. *num.* 24. *Burat. dec.* 62.
33 *num.* 7. & in filio respectu dotis maternæ, *Castr. d. cons.* 198. *sub*
34 *num.* 4. *lib.* 1. Quod procedit quoad istum effectum etiam in filio, & respectu legitimæ, & ejus supplementi, *Gratian. d. discept.* 271. *num.* 13. & 14. *Pacific. de salviain. insp.* 3. *cap.* 2. *num.* 96. & *Ventur.*
35 *cons.* 3. *num.* 63. ac in legato non acceptato, *Rot. recent. par.* 4. *tom*
36 1. *decis.* 70. *num.* 6. (quidquid aliud sit in legato facto liberto, quod præsumitur ab ipso in vita agnitum ad effectum, ut ad favorem patroni censeatur, ampliorem substantiam reliquisse, *Gratian. d. discept.* 17. *num.* 3. & *seqq.*) Atque, quod, cum alicui 37
defertur hæreditas, vel legatum, debeat ille acceptare, vel repudiare, alias jus delatum habeatur pro derelicto, tradit *Rot. recent. par.* 6. *decis.* 323. *num.* 23. licet aliud sit in legato 38
de tempore obligationis jam delato, quia ad illud possunt creditores agere, nisi constet de repudiatione, in quibus terminis lo- 39
quitur, ni fallor *Cyriac. contr.* 47. *num.* 4. & *seqq. tom.* 1. Atque proinde, non constito, quod Hieronymus matris hæreditatem adiuerit, seu jus dotis maternæ sibi post obligationem delatum agnoverit, & acceptaverit, non videantur Moniales habere hoc creditum obligatum, & in consequens nec posse sub eo prætextu uti bonorum retentione, quæ 40
in alterius præjudicium sine hypotheca non competit, *Gratian. discept.* 855. *num.* 26. cum obligatio quoad futura intelligatur contracta sub condi- 41
tione, si postea debitori fuerint quæsita, *l.* 1. & *l. quæ non dum. ff. de pign. l. fin. C. quæ res pign. oblig. gen. Gait. de cred. cap.* 4. *quæst.* 7. *num.* 518. *Rot. rec. par.* 2. *dec.* 595. *nu.* 5. *in fin.*

Quia fuit responsum obiectum, tolli ex facto, cum Hieronymus videatur adiisse matris hæreditatem, seu declarasse se maternæ dotis creditorem, & possessorem, ac dominum, dum 42
post mortem matris, hoc est sub die 27. Augusti 1630. nuptui tradens sororem eidem, eiusque viro

viro ad dotis computum consi-
gnavit, & cessit creditum libr.
2000. cum fructibus, quod Jo-
annes Baptista pater habebat
cum eisdem Monialibus Sancti
Gulielmi ex residuo pretii bono-
rum eis, ut supra venditorum,
quod in dubio censetur fecisse
uti d. dotis creditor, non uti pa-
tris hæres, ad *Mantic. de conject.
lib. 12. tit. 12. num. 8. Gratian. di-
scept. 706. num. 36. & discept. 742.
num. 22. & seqq. & Cyriac. contr.
244. num. 62. vers. ad tertium* cum
ita esset sibi utilius, quam pater-
nam hæreditatem adire, quæ
erat magno ære alieno gravata,
& æstimationis libr. 8000. & sic
minoris valoris, quam esset dos
materna, quæ ascendebat ad li-
br. 13000. Et, quod Hierony-
mus fuerit matris hæres ejusque
dotem acquisiverit, declarave-
rat Camillus illius filius, & hæres
in d. ratificatione, & cessione ab
43 eo facta Monialibus, quod illi
permissum fuit, *Add. ad Buratt.
dec. 279. num. 21. & idem Buratt.
dec. 523. num. 3.* etiam quod id
44 fecerit pendente lite, cum &
tunc declaratio ex causa de præ-
terito admittatur, *Gabr. de jus-
dic. concl. 3. num. 13. & 14.*
Præterea, admisso etiam, quod
45 dictus actus importaret aditio-
nem hæreditatis paternæ, eo
quia factum Hieronymi hære-
dis, & creditoris versatum non
fuit circa solam, & puram pos-
46 sessionem, quo casu intraret præ-
sumptio pro creditore, quod pos-
sessionem retineret creditorio,
non hæreditario nomine, sed ul-
terius rem, & creditum hæredita-
rium cessit, quo casu res, & cre- 47
ditum cessum præsumitur man-
sisse in cedente titulo aditionis
hæreditatis, ut in puncto tenuit
*Rot. rec. par. 3. dec. 265. num. 4. et
dec. 643. sub num. 3.* seu actus hu- 48
jusmodi importat aditionem hæ-
reditatis, quia actus, qui de sui
natura fieri solet ad alienandum,
importat aditionem hæredita-
tis, nisi hæres aliud protestetur,
*Mantic. de conject. d. lib. 12. tit. 12.
num. 7. & Gargear. patrocin. 15.
num. 1. lib. 1.* & aditio in perso- 49
na etiam hæredis creditoris indu-
citur, & probatur ex actu cum
tertio celebrato, cum præsuma- 50
tur potius, illum gessisse uti hæ-
res, & dominus, quam uti credi-
tor, *Put. dec. 447. lib. 1. juxta ve-
ter. impress.* ubi de matre hærede
filii, & creditrice suæ dotis,
*Greg. dec. 7. num. 1. & 7. dec. 98.
num. 3. & dec. 371. num. 8. Rot. rec.
par. 1. dec. 495. nu. 2. & 4.* & eo 51
magis, ubi actum fecit, ut hoc
casu, uti dominus, & disposuit
de re uti propria, & ad se spe-
ctante, *Greg. d. dec. 7. num. 1. &
d. dec. 98. num. 3. ubi Beltram. nu.
8. & Rot. recent. d. par. 1. dec. 495.
num. 2. in fin.* cum sola Hypothe- 52
ca rem hypothecatam in alium
non transferat, sed res remaneat
penes hypothecantem *l. 1. C. de
pignor. Pacific. de salv. inspect. 3.
cap. 2. num. 31.* & fortius concur- 53
rentibus enunciativis, quod ipse
Hieronymus plures fecerit alie-
nationes bonorum paternorum
emanatas in diversis instrumen-
tis celebratis per Camillum Hie-
ronymi filium, & hæredem, quæ
præstant adminicula, *Rot. rec. par.* 54

6, dec. 263. num. 4. ad constituendam plenam probationem, *Gratian. discept.* 911. nu. 5. maxime
55 quod emanarunt à persona veri-similiter informata, *Gratian. discept.* 912. num. 6. & *Rot. rec. par.*
56 1. dec. 405. num. 4. & interesse habente, *Rot. divers. par.* 2. dec. 130. num. 2. & in rec. par. 7. dec. 184.
57 num. 35. & 36. prout nec sufficit, quod creditor satisfacere sibi potuerit, dum non constat de voluntate, *Pen. dec.* 6. num. 6.
58 Placuit responsio, quod ex hoc Hieronymus evaserit etiam hæres matris, dum illius dotem debitā in ipsis bonis hæreditariis paternis non restituit his, qui in vim edicti successorii, filio repudiante, admittendi erant, & si hæredes nulli extitissent, non fuit protestatus se esse paratum dotem restituere, sed eam retinuit, *Alex. in l. non hoc num. 3. vers.* 3. *C. und. legit. & cons.* 2. *num.* 3. *lib.* 7. & sentiunt *Bart. in l. gerit num.* 18. *ff. de acquir. hæred. Natt. cons.* 74. *num.* 10 *Gratian. discept.* 271. *nu.* 31, & *seqq. Hodiern. contr. for. cap.* 34. *num.* 84. *Bottiller. de succes. ab intest. cap.* 2. *theor.* 51. *num.* 21. Et quod itaque etiam ex hoc succe-
59 dit, quod, sicuti Hieronymus adeundo hereditatem paternam, posuit in bonis patris dotes maternas consequi, ita etiam hoc liceat Monialibus illius creditricibus, quibus obligavit omnia sua bona, & jura, *Gratian. d. discept.* 271. *num.* 32.

Cui nec resistere censuerunt
60 Domini, quod cum non constet de aditione cum beneficio legis, nec de inventario, Hieronymus actionem, & jus dotis confuserit.

Nam pro responsione considerarunt, quod istud creditum dotis maternæ supervenit post delatam, & aditam per immixtionem patris hæreditatem, quo 61
casu non confunditur, *Giovagn. cons.* 20. *num.* 35. *lib.* 2. *Roland. de invent. par. ult. quæst. incip. pone heres num.* 9. *et in quæst. incip. an actio hypothecaria num.* 12. *Petr. Ant. à Petr. de fideicomm. quæst.* 15. *nu.* 7. & 8. *Fusar. eod. tract. q.* 532. *nu.* 3. & *seqq. q.* 661. *num.* 4. & *q.* 662. *num.* 4. *Pacific. de salv. insp.* 5. *cap.* 1. *num.* 125. *Greg. dec.* 421. *num.* 3. ubi *Beltram. littera B.* & *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 399. *in fin.* immo, nec confundi, si filius tem- 62
pore aditionis, & immixtionis esset jam dotis maternæ creditor, defendit *Giovagn. cons.* 73. *nu.* 19. & *seq.* & *num.* 41. *lib.* 2. & in omnem casum confusionem non 63
posse præjudicare creditoribus habentibus jus quæsitum in bonis hæredis ante illi delatam, & per eum aditam hæreditatem, & quoad utiles actiones in eos translatas, sed confusæ fuissent, & extinctæ, solummodo actiones directæ ipsi hæredi competentes, *Negus. de pignor. membr.* 1. 5. *par. num.* 56. *vers. et breviter*, *Merlin. eod. tract. lib.* .. *q.* 14. *num.* 101.

Et ita resolutum fuit, & relatum ex Voto majoris partis Dominorum, utraque parte informante, &c.

Cæterum ego, qui cum Excellentiss. D. Joanne Beccio contrarium sentiebam, non impugnabam Monialium anterioritatem

tem in portione, & in quantitate
64 Catherinæ Casappiæ, tamquam ex in illius locum successerint, licet id impugnari etiam posset respectu ratæ tangentis Virgilium alterum ex d. Catherinæ filiis, & hæredibus, pro quo Thomas cohæres cedens de rato promiserat, sed dicebam
65 concedendam fuisse Monialibus retentionem in d. portione, & quantitate certa ratione quotæ, ac loci, & in reliquo immissionem fuisse dandam Abbatiæ, & illius DD. Assumptis, cum in re divisibili, quando potest commode utrique parti satisfieri, detur immissio in eo, quod superest, *Addent. ad Scappucin. de salv. lib. 2. q. 6. juxta novam impress. Perus. Thomat. dec. 74. num. 12. et seqq. et dec. 109. num. 14. et seqq. Rot. post Addit. Cenc. de censib. decis. 128. Cavaler. dec. 652. Rot. recent. par. 1. dec. 559. nu. 5. et par. 6. dec. 135. num. 14. et seqq.*

Quo vero ad fidejussionem, & obligationem Hieronymi pro
66 patre, (præter quam quod, cum pretium venditionis non ad ipsum, sed ad patrem pervenerit, non videntur Moniales se tueri posse anterioritate d. dotis, & juris matris, & maxime in esse, & in actu non deducta, sed in potentia tantum, ad *Scapacc. de salv. lib. 2. q. 7. num. 3. & seq. Honded. conf. 45. num. 16. & seq. lib. 1. & Rot. post Pacific. de salvian. dec. 290. num. 5.* quæ est *Mantic. dec.* . . . & penes *Merlin. de pi-*
67 *gnor. dec. 152. nu. 15. & 16.*) eam credebam nullam ex *d. decisione in Bononien. Pecuniaria 21. Februarii 1625. coram Pirovano*, quæ est in puncto hujus Statuti, & Doctores, qui in terminis lo- 68 quuntur, sunt magis attendendi, quam illi, qui generaliter; *Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 463. num. 25.* & nec suffragari interventum Doctoris, Quoniam illius facul- 69 tas restricta est ad interponenda decreta in obligationibus minorum 25. ann. ut in *Statut. lib. 2. in rubr. de decret. interpon. §. propterea statuimus, et in rubr. de contr. minor. & filiis. fam.* & putabam hanc nullitatem allegari posse, etiam à tertio, & sic ab Abbatia, & illius DD. Assumptis, Tum quia tamquam nullitas jam de- 70 tecta potest à quolibet allegari, *Rot. divers. par. 1. dec. 175. nu. 12. Gratian. discept. 691. nu. 12.* Tum, quia jus tertii opponi potest, 71 quando oppositio opponenti prodest, & sua interest, *Gratian. discept. 700. num. 66. & discept. 691. num. 15. & 16. Thes. dec. 4. num. 7. Surd. dec. 301. nu. 15. Cavaler. dec. 243. num. 5.* & in terminis Statuti nostri, *Malvas. conf. 86 num. 13. vers. secundo dicitur, & num. 14.* & sentit *Rot. d. decis. 51. nu. 4. par. 6. recent. à contrario sensu*, ibi, Non autem ab aliis interesse non habentibus, & in simili, *Rot. recent. par. 5. tom. 1. dec. 101. nu. 16.* ut prodest, & interest in proposito Abbatiæ ad excludendam Monialium anterioritatem; Tum quia exceptio, seu replicatio de 72 jure tertii, & nullitatis contractus inter alios gesti potest allegari, quando est exclusiva ipso jure in totum juris agentis, seu excipientis, *Paris. conf. 86. num. 18. lib. 4.*

Gratian. d. discept. 700. num. 67. & *discept. 691. num. 6. Bar. in l. 2. vers.*
72 *quandoque jus tertii, ff. de except. rei*
judic. Ruyn. cons. 40. num. 7. & 8.
lib. 5. Barsat. cons. 82. num. 10. lib. 1.
Surd. dec. 168. num. 10. Rot. Gen.
dec. 14. num. 55. Greg. dec. 415. nu.
3. ubi *Beltram. sub num. 6. Cava-*
ler. d. dec. 253. num. 4. Baratt. dec.
76. num. 18. & dec. 200. num. 10.
& Add. ad ejusd. dec. 76. littera D.
& Rot. recent. par. 5. tom. 1. dec. 180.
num. 15. et 16. et par. 4. tom. 1. dec.
73 141. *in fin.* & quidem etiam in ju-
dicio possessorio, *Menoch. de adi-*
pisc. remed. 1. num. 68. Alex. in l.
fin. num. 23. post med. vers. et isto ca-
su, C. de edict. Div. Adrian. toll.
Rot. post nostrum tract. maad. de ma-
nuten. dec. 302. in fin. esse autem
exceptionem, seu replicationem
hoc casu exclusivum juris Mo-
nialium in totum patet, quia,
sublata obligatione Hieronymi,
74 Moniales remanent posteriores,
& ab insistentia, & retentione re-
sidui bonorum exclusæ ex hypo-
thecæ anterioris defectu, *Baratt.*
dec. 257. num. 13. & seqq.

Nec obstare opinabar declara-
tionem, ratificationem, & cessio-
nem respective Camilli filii, &
heredis Hieronymi.

Quia respectu ratificationis
75 declaratio non potest ab hærede
fieri in præjudicium tertii, *Rot.*
diversf. par. 2. dec. 100. num. 5. ul-
76 tra quod ea non videtur atten-
denda tamquam attentata lite
pendente, & post emanatam con-
tra sententiam, *Rot. recent. par. 4.*
tom. 1. dec. 516. num. 7. & 8. cum
77 actus obligationis Hieronymi
fuerit ab initio nullus non ex de-
fectu consensus, sed in substantia-
libus, & essentialibus, & ex defe-
ctu solemnitatis, & formæ, quam
inducere dicitur Statutum, de 78
quo agitur, & sentit *Duran. decis.*
83. num. 7. & quodlibet aliud, 79
quod mandat fieri actum aliter,
quam à jure communi disponi-
tur, idem *Duran. dec. 18. num. 17.*
& maxime quia disponit cum 80
clausula annullativa, *Ruyn.*
cons. 158. sub num. 2. lib. 4. Baratt.
dec. 120. num. 2. Rot. recent. par. 6.
dec. 294. num. 13. ratificatio, & 81
Statuti solemnitati renunciatio
subsequi non potuit, *Natt. cons.*
262. num. 10. lib. 2. Rot. divers. par.
4. dec. 328. num. 7. & in recent. par.
1. dec. 492. num. 9. & par. 2. decis.
65. nu. 3. & par. 3. dec. . . . nu. .
& par. 4. tom. 2. dec. 293. num. 3. &
4. & par. 6. d. dec. 294. num. 13.
Bald. in l. 1. num. 8. C. plus val.
quod agit. Alex. in l. jurisgentium,
§. Prætor ait, num. 1. vers. tamen
ista, ff. de pact. ubi etiam *Jas. in.*
261. vers. limita, Jacobin. in prima
lectura num. 5. & in secunda num.
4. vers. limitabitis, Abb. in c. 3. nu.
8. in fin. de empt. et vend. ubi *Cardin.*
num. 9. et Imol. nu. 15. Ruyn. d. cons.
158. num. 2. et 3. lib. 4. Tiraq. de
legib. connub. l. 8. num. 98. Gratian.
discept. 691. num. 6. 8. et 9. Rolan.
cons. 72. num. 57. lib. 3. Menoch. de
arbitr. lib. 1. q. 30. num. 6. Baratt.
dec. 131. num. 2. Rot. post Gilian.
ad Statut. Perus. dec. 89. num. 3.
Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 293.
num. 3. & tom. 3. dec. 573. num. 11.
& signanter, quia Statutum fuit 82
introductum ob publicam utili-
tatem, ut videtur sentire *Monte-*
rom. ad ipsum Statut. §. et si quæ
ces-

cessiones, in verb. famam, & proba-
83 tur, quia videtur formam induxisse ad evitandas fraudes, ut in illius *princip. circa fin. sub versic. qui etiam Doctores*, &
84 solemnitas inventa ad evitandas fraudes dicitur adhiberi ob publicam utilitatem, & omissa vitiat contractum, *Duran. dec.* 18. *num.* 14. *& dec.* 118. *num.* 16.
85 nec illi renunciari potest cum juramento *Gratian. discept.* 733. *nu.* 4. & tradunt passim Doctores,
86 & praesertim supracitati, etiam si Statutum conditum esset tam ob publicam utilitatem, quam ob privatam, quae separari non possit à publica, *Gratian. d. discept.* 735. *num.* 5. *Bero. in rubr. de*
87 *praescript. nu.* 64. & eo magis cum simus in loco, ubi ex Statuto teneatur jus Civile, non Canonicum, *Gratian. d. discept.* 735. *nu.* 6.

88 Prout nec haereditas non adita, nec aliud jus per defunctum non agnitum, & acceptatum potest per haeredem acceptari, vel ratificari, *Rot. divers. par.* 2. *decis.*
89 118. *num.* 2. cum jus acceptandi non transeat in haeredem, *Pen. dec.* 1326. *sub num.* 4. sed transeat in suis casibus in haeredem haere-
90 ditas non ut adita, sed ut adeunda, *Rot. divers. dec.* 362. *num.* 11.
91 *par.* 1. ita ut non dicatur in bonis transmittentis quoad aestimationem, sed tantum quoad transmissionem secundum *Bart. relatum à Ruyn. cons.* 39. *num.* 5. *lib.* 3. *et cons.* 23. *num.* 3. *et* 27. *lib.* 5.

92 Insuper ratificatio, ubi nihil interest ratificantis ratificare, seu ratificatio sibi non prodest, sed ea est ad alterius commodum, ut hoc casu Monialium, non operatur, *Castr. cons.* 195. *num.* 1. *et seq. lib.* 2. *Pen. dec.* 1326. *sub num.* 4. *lib.* 2. non enim no- 93
stra interest, ut alteri acquiratur, *§. si haeres, Instit. de inutil. stipul. l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig.*

Nec referre existimabam, quod Camilli interest, quia illi uti haeredi Hieronymi intimata fuerat à Monialibus lis sibi mota ab Assumptis, & sic sua interesset ea de causa non molestari.

Etenim hujusmodi interesse non videbatur considerabile, Tum quia stante obligationis nullitate molestiae semper fuissent de facto, Tum quia cum Camillus esset Hieronymi hae- 94
res beneficiatus, & sic ad aliquid de proprio non teneretur, molestiae quoad ipsum fuissent de vento, & inanes, quia nihil de sua 95
substantia ammittere potuisset, *l. scimus §. et si praefatam C. de jur. deliber. Rot. divers. par.* 1. *dec.* 690. *num.* ... *Seraph. dec.* 504. *num.* ... *Pen. dec.* 981. *num.* 6. *Duran. dec.* 135. *num.* 3. *et dec.* 245. *num.* 5. & valuisset à se abiicere omnem ve- 96
xationem, non solum quae sibi afferret damnum pecuniarium, sed etiam, quae consisteret in mero facto, secundum communem, *Duran. decis.* 1. *num.* 32.

Cessio vero Camilli propriorum jurium circa d. creditum dotis aviae ad effectum, ut Moniales possent se defendere adver-

versus Abbatiam, vel non potest Monialibus suffragari; quia creditum cessit, tamquam illud fuisset Hieronymo viventi acquisitum, & tamquam idem fuisset hæres matris, quod ex supra ponderatis videtur à veritate alie-
97 num, &, cum suppositum fuerit erroneum; & cesset, cessare dicitur etiam consensus, & dispositio, *Rot. rec. par. 4. tom. 1. dec. 137. num. 7. decis. 146. num. 4. & dec. 590. sub num. 2. Pen. dec. 70. num. 4. et dec. 93. num. 8.* Vel non potest sustineri, quia, cum Ca-
98 millus esset, ac sit Hieronymi hæres beneficiatus, non erat neque est Monialium debitor
99 ex persona propria, & ex propriis bonis, &, debito non justificato, cessio non tenet, *Rot. divers. par. 3. lib. 1. dec. 68. et lib. 2. dec. 41. Serapb. dec. 1139. num. 3. & 8. prope fin.* & maxime, quod
100 resultat in donationem, quæ Camillo tunc minori, ætatis scilicet annorum 16. ut in instrumento cessionis legitur, non erat permissa nec cum decreto Judicis, & Curatoris auctoritate, *l. fin. §. cum autem C. si min. maior. fact. Castr. consf. 342. num. 1. vers.* nec etiam est permissa *et num. 2. et 3. circa med. et consf. 375. sub nu. 1. lib. 1. Rub. in nadnot. ad Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 460. num. 221. Buratt. decis. 924. num. 16.*
101 prout nec poterat Curator ad donandum illi dari, *Gratian. discept. 751. nu. 12. et 14.*
102 Nec obstat, quod donatio in minore sustineatur, stante juramento, ut hoc casu, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 9. gl. 1. par. 2. num. 4. Gratian. discept. 233. nu. 26.*

Respondetur enim, id non procedere, quando minor, ut hoc casu ignorat, quod donat, *Gratian. d. discept. 233. nu. 29.* 103

Prout nec attendendum esse videbatur Statutum *lib. 2. in rubr. de donat. §. & quia jura præsumpserunt*, mandans servari cessiones, etiam, quæ habeant vim donationis. 104

Nam illud non procedit in minore donante etiam cum solemnitatibus Statutariis, *ut notat ibi glos.* 105

Et in hujusmodi erat Voto.

LEGATI

Martis 30. Junii 1654.

ARGUMENTUM.

Legatum factum mortuo, an & cui debeatur. Et quando solvens non vero creditori liberetur quoad verum, cessis actionibus.

SUMMARIA.

1 *Legatum factum pluribus conjunctim, an portio præmorientis accrescat aliis.*

2 *Error in nomine non vitiat legatum, nec aliam ultimam voluntatem.*

3 *Error excluditur geminatione.*

4 *Legatum factum mortuæ evanescit, et accrescit hæredi.*

5 Lim.

5 *Lim. nisi substitutus sit collegatarius.*

6 *Debitor, qui tradidit illi, cui juste tradere posse credidit, liberatur quoad verum creditorem cedendo jura.*

7 *Solvens habenti mandatum liberatur, quamvis deinde revocatum ostendatur.*

8 *Dolus in solvente alteri, quam vero creditori non præsumitur, dum non potest considerari lucrum, vel commodum.*

9 *Testatoris voluntas lex est, & totum facit, et num. 10.*

11 *Error in nomine non probatus, non præsumitur, et standum est verbis.*

DECISIO LXXXIII.



DE ANNO 1635. 21. Februarii Cecilia Bernia, hærede sibi instituto D. Marco Antonio etiam Bernia, legavit sub his verbis, *Per ragione di legato, & in ogn' altro miglior modo &c. lascia alla Vittoria, et Lucretia sorelle figlie di Messer Cesare Azzari lire cento per ciascheduna di loro, et alla Cecilia parimente figlia del detto Messer Cesare lire ducento di quatrini, e morendo alcuna di loro avanti il caso della morte di detta Testatrice, in tal caso la portione di tal defonta, ò defonte accresca à chi di*
1 *loro sopraviverà*, quæ ultima verba tollunt dubium, quod alias oriri potuisset circa partem deficientis, *ad Cras. d. success. in §. jus accrescendi, quæst. 8. num. 5.*

Qua Testatrice defuncta, & adita per Marcum Antonium hæreditate, idem 22. Januarii 1646. solvit dd. Ceciliæ, & Victoriæ de Azzariis ut supra legatariis quantitatem earum cuilibet legatam, ac ulterius libras quinquaginta pro qualibet pro portione Lucretiæ prædefunctæ, ut constat ex publico instrumento.

Movit sub die 3. Novembris 1651. coram Illustriss. D. Prolegato judicium D. Chatherina altera filia d. Cæsaris Azzarii contra d. Marcum Antonium hæredem præfatum pro solutione librarum centum sub prætextu, quod ipsa comprehensa fuerit in d. legato sub nomine Lucretiæ ejus sororis, quæ de tempore conditi testamenti non vivebat, sed erat mortua usque de anno 1626. 21. Maii, & quod error fuerit in nomine, qui non viciat legatum, & aliam ultimam voluntatem, *Inst. de leg. §. siquidem in nomine, Bart. in l. si quis in fundi vocabulo, num. 5. ff. de leg. 1. et in l. demonstratio, ff. de cond. et demonstr. num. 9. Mantic. de conject. lib. 4. tit. 6. num. 1. Guiel. de Benedict. in c. Raynutius in verb. cætera bona, nu. 49. de testam. Port. cons. 174. num. 3.* & sententiam ab excellentiss. D. Auditore ejusdem Illustriss. D. Prolegati reportavit favorabilem.

Quam ego Judex appellationis ab Eminentiss. D. Card. Legato delegatus hodie revocavi, cessis per Marcum Antonium

Cha-

Catherinæ actionibus pro repetitione contra dd. Ceciliam, & Victoriam, quibus ipse solvit.

Et ratio revocationis fuit, quia, non attento, quod prætendebatur, quod etiam in altero antecedenti testamento de anno 2630. 15. Junii eadem Testatrix sic legasset in personam d. Lucretiæ, quam vivere forsan
3 credebat, quæ geminatio videretur errorem excludere, *Mascard. de probat. concl. 637. num. 27. Dec. cons. 185. num. 13. Cephal. cons. 508. num. 31. et cons. 440. nu. 79. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præ-*
4 *sumpt. 23. num. 14.* quo casu legatum uti factum mortuæ evanuisset, & accrevisset hæredi, *l. unica. §. in primo ubi glos. in verb. donasset, in verb. apud eos, & in verb. vacuatis C. de caduc. toll. & gl. in §. si eadem, in verb. defecerit, Instit. de legat.* atque omissa consideratione, quod hic in casu mortis substitutæ leguntur collega-
5 tariæ, quibus propterea mortuæ portio accrescere debere videtur *d. §. in primo, & ibi glos. in verb. ad illos,* quæ erit exceptio competens, & alleganda per Ceciliam, & Victoriam, quibus portio mortuæ soluta fuit, & quæ in hac causa coram me non fecerunt aliquam partem, nec citatæ
6 fuerunt quando debitor tradit alteri, cui juste arbitratus fuit tradere posse, ut evenit in D. Marco Antonio, liberatur quoad verum creditorem, cedendo illi actionem, *l. quod debetur, in fin. ubi gl. in verb. præstare ff. de pecul. Bart. in l. cum fundus, §. servum tuum, nu. 8. in fin. & 9. ff. si cert. pet.* prout in simili libera- 7
tur & ille, qui solvit ei, qui habebat mandatum, licet deinde revocatum ostendatur, *l. cum quis, §. 1. ff. de solut. Bart. in d. §. servum tuum, num. 7.* Nec id 8
dolo factum censeri debet, dum non potest considerari lucrum aliquod, vel commodum ipsius solventis, *Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis. 662. num. 5.* & eo minus dum solvit juxta claram dispositionem, & voluntatem Testatricis, quæ lex est, *§. &* 9
unum. Inst. de hæred. instit. & to- 10
tum facit, *l. ex facto ff. eod. tit. antequam*, etiamsi aliquam notitiam habuerit de existentia, & prætensione dictæ Catherinæ, quam esse in rerum natura forsan nec scivit Testatrix.

Ex quibus constat, non applicari ea, quæ exadverso allata fuerunt. Nec potest dari de præsente errore hominis legata-
riæ, quia, dum ille nec probatus 11
fuit, nec præsumitur, standum est verbis, *Gratian. discept. 105. num. 2. & 3.*

Et ita utraque, &c.

CENSUS

Martis 30. Junii 1654.

ARGUMENTUM.

An Tenuta capi possit absque partis citatione, & capta confirmari. An debeat discuti specialis hypotheca, antequam recurratur ad generalem. Et quando detur obligatio insolidum absque eo, quod exprimatur.

SUMMARIA.

1 *Tenuta absque partis citatione nulla est, nec confirmari potest, Lim. ut num. 5. 7. 9. & 15.*

5 *Nullum quod est, nullum producit juris effectum.*

3 *Census fundus dicitur specialiter obligatus.*

4 *Hypotheca specialis discuti debet, antequam recurratur ad generalem.*

6 *Precarii pactum continet facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.*

8 *Associatio competit in vim clausulæ constituti, & precarii.*

9 *Tenuta actus Bononiæ ex stylo conceditur sine citatione, & suspenditur comparente contradictore, habetque vim citationis, & num. 10. & 11.*

12 *Citatio non requiritur in actu non præjudiciali.*

13 *Citationis defectus sanatur per comparitionem.*

14 *Tenuta capta sine citatione, quæ sit plena, nulla est, Decl. ut num. 15. & 16.*

17 *Discussionis exceptio admittitur usque ad conclusionem in causa, & etiam post sententiam, & in gradu appellationis.*

18 *Census constitutione an inducatur specialis hypotheca, ita ut, ea non discussa, non possit recurri ad generalem.*

19 *Discussioni non est locus, stante clausula constituti, & precarii, vel obligatione camerali, & num. 20.*

21 *Obligatio plurium cum dictione, Quilibet, importat obligationem insolidum.*

22 *Hypothecæ ratione, quæ est individua, agi potest contra quemlibet possessorem insolidum.*

DECISIO LXXXIV.



Ad instantiam Sacri Altaris Beatissimę Virginis Vitæ, ejusq; D.D. Officialium actum fuit in vim instrumenti census alias ad ipsius favorem impositi per R. D. Andream, Joannem Baptistam, Stephanum, & Joannem fratres de Zambonis cum obligatione inso-

insolidum, & clausula constituti, & precarii juxta formam formularii Bononiæ ad associationem ad Prædium alias, & post census impositionem per eosdem possessum, & divisione deinde Joanni Baptistæ obventum, & modo detentum per Christophorum Forestum, ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus decursis, & non solutis mediante illius retentione, vel subhastatione, in quo judicio, capta ab initio more Bononiensi Tenuta, Excellentiss. D. Auditor Generalis Judex pronunciando tenutam confirmavit, & quatenus opus esset, illam denuo concessit ad d. petitum effectum.

A qua sententia commissa per Eminentiss. D. Legatum appellatione Excellentiss. D. Betio Rotæ Auditori Judici extracto ad sibi referendum cum Voto meo, in causæ hodiæ expeditione convenimus pro ipsius sententiæ confirmatione, non obstante, quod exadverso oppositum fue-
1 rit, primo de nullitate Tenutæ ab initio captæ, non aliqua prævia citatione Foresti detentoris, ex *Aym. conf.* 225. *num.* 1. *et* 5. *Rot. post nostrum tract. mand. de manuten. dec.* 79. *n.* 5. *& decis.* 89. *nu.* 13. *Salust. Tiber. in praxi A. C. lib.* 1. *cap.* 55. *n.* 9. *et Rot. apud alium nostrum tract. de Subbast. dec.* 92. *nu.* 7. & de secuta illius nulliter propterea deinde, etiam eo cita-
2 to, confirmatione, cum, quod nullum est, nullum producat juris effectum, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 20. *num.* 3. & secundo de
3 omissa discussione fundi censiti specialiter obligati, *Cenc. de censib. par.* 1. *cap.* 2. *q.* 3. *art.* 1. *num.* 4. *& seqq.* stante, quod habens ge- 4
neralem, & specialem hypothecam non possit ad generalem recurrere, nisi factis prius diligentiis super speciali, *l.* 2. *C. de pignor. Cenc. d. tract. par.* 4. *cap.* 2. *q.* 5. *art.* 9. *num.* 35. *Gratian. dec.* 25. *in addit. nu.* 8. *&* 9. *Rot. diversf. dec.* 707. *num.* 2. *&* 4. *par.* 1. *Surd. dec.* 44. *num.* 14. *Pacific. de salv. insp.* 2. *cap.* 2. *num.* 14. *& insp.* 3. *cap.* 3. *nu.* 69. *& seq. Merlin. de pign. lib.* 4. *q.* 21. *num.* 33. & quod ego tertio loco contra partem Actricem, motivando, dubitaverim, an in censu adsit in solidum obligatio, & potuerit ad hoc Prædium insolidum agi.

Nam quoad primam oppositionem nullitatis Tenutæ captæ, & confirmatæ, Respectu capitis nullitatis ex defectu citationis animadverti, citationem in Te- 5
nuta non fuisse necessariam, Tum quia extat pactum capiendi possessionem propria auctoritate, *Gabr. de citat. concl.* 1. *limit.* 29. *num.* 356. *& limit.* 83. *num.* 46. resultans ex pacto Precarii, *Afin.* 6
in prax. §. 7. *limit.* 106. *num.* 1. *&* §. 31. *limit.* 25. *num.* 4. *Mangil. de evict. cap.* 200. *num.* 60. *Viv. decis.* 177. *num.* 3. *par.* 1. *Barz. dec. Bonon.* 8. *num.* 35. *& seq.* & sumus in 7
judicio associationis, *Gabr. ibid. limit.* 121. *num.* 509. quæ compe- 8
tit in vim clausulæ constituti, & Precarii, *Rot. post d. nostrum tract. de manuten. dec.* 247. *num.* 6. *&* 20. *in fin.* Tum quia Bononiæ ex 9
consuetudine, ut est notorium, conceditur Tenutæ actus absque

cita-

citatione, *Gabr. ubi sup. limit.* 30.
10 *num.* 357. & contradictore dein-
de comparente suspenditur Te-
nuta usque ad jus cognitum, ita ut
11 Tenuta in effectu vim habeat ci-
tationis, & provocationis ad ju-
dicium, & sic præjudicium ali-
12 quod non afferat, quo etiam casu
citatio non requiritur, *Gabr. loc.*
13 *cit. lim.* 17. *num.* 335. & insuper ci-
tationis defectus sanatus dicitur
per comparitionem, *Rot. recent.*
par. 4. *tom.* 3. *dec.* 521. *num.* 1. &
dec. 599. *num.* 4. Respectu vero
Tenutæ confirmationis, & de
novo datæ certum est, quod, sup-
posita etiam Tenutæ nullitate ex
14 defectu citationis, ex quo posses-
sio esset plena, ad *Nevizan. cons.*
82. *num.* 26. & 29. *Menoch. de adi-*
pisc. remed. 4. *num.* 627. & *remed.*
6. *num.* 27. & *seq.* & relata per me
d. tract. de manuten observ. 13. *nu.* 6.
15 potuit ut ex nunc, licet non ut ex
tunc, confirmari, & de novo dari,
dum ex probatis constat, quod,
si non esset data, de novo esset
danda, *Alex. in l. si tibi num.* 3. *C.*
de Carbon. edict. Lancell. de attent.
3. *par. cap.* 29. *num.* 67. *Rot. Bono-*
nien. inter Statut. dec. 55. *num.* 17.
& *Rot. post d. nostrum tract. mand.*
de manuten. dec. 16. *num.* 5. & *dec.*
16 308. *num.* 7. etiam quod possessio
esset tempore Tenutæ plena,
Menoch. de adipisc. poss. d. remed. 6.
num. 30.

Quo autem ad secundam obie-
ctionem de omissa discussione
17 fundi census, quæ exceptio vide-
tur admittenda non solum usque
ad conclusionem in causa, sed
etiam post sententiam, & in gra-
du appellationis, secundum
Franch. de fidejuss. cap. 5. *num.* 28.
& *seqq.* ubi de communi, opina-
tus fui exceptionem hanc atten-
dendam non esse, vel quia consti- 18
tutio census super particulari
fundo ex substantiali ipsius re-
quisito non operetur electionem
istius specialis hypothecæ ad ef-
fectum agendi pro fructibus, &
pro observatione promissorum,
pro quibus legitur in instrumen-
to sola, & simplex generalis obli-
gatio bonorum, Vel quia excus- 19
sioni non sit locus propter clausu-
lam constituti, & precarii, ex ad-
ductis per *Merlin. de pignor. lib.* 4.
q. 21. *num.* 28. quamvis ipse con-
trarium teneat *ibid. num.* 29. & 31.
& *Amendul. ad Franch. dec.* 5. *nu.*
3. & *Eugen. cons.* 89. *num.* 34. &
seq. lib. 1. & *Surd. dec.* 44. *nu.* 12.
& quia adest obligatio cameralis, 20
Cenc. de censib. q. 98. *num.* 39. *vers.*
contrarium tamen, juxta novam im-
press. Cost. de remed. subsid. remed.
11. *num.* 7. *Merlin. d. q.* 21. *nu.* 55.
Rot. apud Pacific. de salv. dec. 10.
num. 5. & *dec.* 58. *num.* 2. & penes
Zacch. de oblig. cameral. decis. 22.
num. 4. & *in recent. par.* 4. *tom.* 1.
dec. 147. *num.* 2. & *Duran. dec.* 40.
num. 48. Vel demum, & hoc po-
nit gladium ad radices, quia fun-
dus census apparet distractus ad
instantiam, & in satisfactionem
anteriorum creditorum, ut ex
processu ultimo loco in actis pro-
ducto.

Quod vero dicti fratres de
Zambonis, qui censum imposue-
runt, & vendiderunt Admini-
stratoribus Sacri Altaris Vitæ,
sint insolidum obligati, patet,
quia Andreas, Joannes Baptista,

& Stephanus fecerunt, & constituerunt, & eorum quilibet fecit, & constituit eorum procuratorem Joannem fratrem specialiter, & in individuo ad imponendum hunc censum, &c. & secuta fuit impositio, & obligatio ad formam mandati, per quam, stante illa dictione, Quilibet, unusquisque obligatus remansit insolidum, *Tiraq. de retract. lignag. §. 31. gl. 1. num. 11. Rot. post Zach. de oblig. camer. d. dec. 22. num. 2. et dec. 23. num. 2. et 3.* Et, quando etiam cessaret insolidum obligatio, valuissent Administratores agere ad solidum adversus d. Prædium jam possessum per omnes dd. quatuor fratres contra quemlibet ipsius nunc possessorem, cum totum Prædium sit illis obligatum, & eorum hypotheca individua, *Buratt. dec. 785. num. 11.*

Et ita utraque, &c.

F I N I S.



MATERIARUM INDEX.

Ju-

consensum suspendit, ac obligationem tollit, etiam si sit jurata, nisi concurrant, quæ illi sunt adiecta, dec. 2. num. 14. 16. & 17.

Non alias, in cessione apposita prohibet cedenti acquisitionem alterius juris, quod alias sibi non competat ex præcedenti actu, & instrumento, dec. 59. num. 74. & est resolutiva, ac tollit consensum ab actu, & operatur, ac si actus factus non fuisset, d. dec. 59. num. 75. & est adeo precisa, ut non recipiat interpretationem, seu modificationem, & reddit consensum individuum, d. dec. 59. num. 76.

Per modum provisionis, & sine præjudicio jurium, quid operetur, dec. 69. num. 20. 32. & seqq.

Quam, & quas, dat facultatem pronunciandi tamquam in prima, etiam in gradu appellationis, dec. 18. num. 8. dec. 25. num. 4. & continet omnem causam ad speciem deductam, dec. 31. num. 20.

Si quid exequendum, facultatem tribuit exequendi, si executioni de jure locus sit, dec. 38. num. 2. & ad effectum executionis justificationem requirit ex eisdem, non admittit ex novis, dec. 1. n. 14. Limita n. 15

Transferens, est de natura, et forma mandati, vel est dubia, & intelligitur secundum subiectam materiam dec. 59. n. 106. & 107. Ampl. ut ibid.

Tunc, & eo casu, non impedit fideicommissi extensionem ex præsumpta voluntate disponentis, dec. 13. num. 11. Ampl. ut num. 12.

Vocatis vocandis, importat, ut citandi sint habentes interesse, & procedi debeat causa cognita, dec. 28. num. 7. & 8.

Clausulæ positæ in parte executiva non alterant, nec ampliant dispositionem, dec. 59. num. 108.

Præservativæ tuentur ab omni præjudicio, & conservant jus omne illæsum, ac faciunt actum, & contractum, in quo apponuntur, conditionalem, & nihil ponunt in esse dec. 59. num. 77.

Salutares libelli quid operentur, dec. 61. num. 41.

In secunda investitura revocatoriæ extendi debent, ut extensæ reperiuntur in priori renovata, dec. 63. num. 15.

Cohæres cohæredi non tenetur, dec. 59. num. 172.

Sine inventario adstringi potest ad debitum hæreditarium in solidum respectu suæ ratæ, d. dec. 59. nu. 186.

Vel cohæredis hæres non potest actione personali conveniri, nec carcerari pro toto debito, d. dec. 59. n. 2.

Vide etiam Hæres.

Collationis exceptio non retardat executionem obligationis cameralis, & crediti liquidi, dec. 59. num. 160. & 170.

Jus trasmittitur etiam ad hæredes, d. dec. 59. num. 166.

Collationi locus est etiam post divisam hæreditatem, d. dec. 59. num. 164. Lim. ut num. 167. & 169. Ampl. etiam in hæreditatè matris, d. dec. 59. num. 165.

Colonia contrahi potest ad vitam, & dicitur ad longum tempus, dec. 52. num. 13.

Colonus ad partem fructuum dicitur socius, saltem improprie. d. dec. 52. nu. 24.

Potest a colonia discedere, d. dec. 52. nu. 26.

Commissio causæ causam non diversificat, sed instantiam, dec. 70. nu. 10.

Limi-

ad

terpretatur contra in ea se fundantem dec. 68. nu. 47.
Consensus non extenditur ultra ea, quæ verba consentientis important dec. 8. nu. 28.
Consentiens alienationi non tenetur de evictione dec. 3 nu. 20.
Constitutio localis habetur in loco tamquam jus commune. dec. 81. nu. 32.
Generalis, seu universalis comprehendit etiam Senatores, dec. 41. nu. 39.
Nova generice loquens intelligi debet prout de jure, et ut minus dorrigat jus commune, quam fieri possit dec. 80. nu. 19.
Quamvis generalis non extenditur ad personas exemptas, sed intelligitur de omnibus, exceptis privilegiatis dec. 80. nu. 21.
Seu Statutum dans terminum ad producendum quomodo intelligatur dec. 65. nu. 6.
Vide etiam, Statutum.
Constitutum, & precarium ex sola bulla Bononiæ continet promissionem tradendi rem liberam, & liberandi à molestiis dec. 49. nu. 14.
Constituti clausula non transfertur possessio dec. 76. nu. 6.
Constitutio agi potest contra singularem successorem, non excusso principali dec. 67. nu. 14.
Vide etiam, Clausula constituti, Donatio.
Consuetudo Martini est exorbitans, & contra jus dec. 74. nu. 4.
Continuans etiam post inhibitionem non attentat, & est manutenendus dec. 64. nu. 33. & 34.
Contrahentes infra dimidiam justi pretii possunt in foro exteriori sese decipere, secus in foro conscientiæ

dec. 7. nu. 4.
Contrahentibus in emptione, et venditione licet se invicem decipere, dummodo non ultra dimidiam justi pretii dec. 2. nu. 1.
Contractus secundus, ut subsisteatur, et ex primo incurratur in perjurium, stant simul dec. 27. nu. 37.
Unus per alium declaratur dec. 58. nu. 25.
A partibus nō absolutus jus aliquod non parit dec. 5. nu. 48.
Contractus à partium conventione legem accipiunt dec. 48. nu. 36. dec. 49. nu. 4.
Vide etiam Instrumentum, conventio, Pactum Juvari.
Contrariorum est eadem juris disciplina dec. 26. num. 30.
Conturbax habetur pro consentiente dec. 15 num. 30.
Conventio cum conditione scripturæ faciendæ non est perfecta sine scriptura dec. 51. nu. 47. Amplia nu. 51. Lim. ut nu 49. 50. & 53.
Expressa auget obligationem orientem ex jure communi dec. 32. nu. 16.
Copia in actis dimissa cum originali, parte citata, collationata plenam fidem facit, originali restituto dec. 8. nu. 10. & 16.
Copiæ sine originalibus non probant in præiudicium tertii, & creditoris dec. 45. num. 3. Ampl. ut num. 4. 5. & 9.
Extractæ à Notario non rogato non sunt in forma probanti dec. 45. nu. 6.
Quæ fidem non faciunt in actis productæ non relevant d dec. 45. n. 7.
Vide etiam Exemplum, Instrumentum.

servata, et parapheralia, et in subsidium deinde contra alia dec. 24. num. 14. et 15. Contrarium nu. 16.

Vide etiam, Cessionarius, Hæres, Debitor.

Creditum exigens non dicitur voluntarie alienare, nec creditoribus præjudicare, sed consequi, quod suum est, & suo jure uti, dec. 26. nu. 92.

Non est excomputandum in crediti inexigibilibus, dec. 71. nu. 106.

Cum hypotheca probatur per instrumentum dotale, dec. 17. nu. 1.

Liquidum requiritur ad salviani effectum, d. dec. 17. num. 3.

Crediti in satisfactionem imputari non debet, nisi quod in effectu exigitur, dec. 79. num. 98.

Credita hæreditaria continentur sub generali fideicommisso, dec. 50. n. 22

Cuique licet rem suam bene agere, dolo, & fraude omissa, dec. 33. num. 50. Ampl. ut num. 52.

Culpa unius non debet imputari in culpa alterius, dec. 21. num. 32.

Cumulari in eodem libello potest, & petitorium, & possessorium, dec. 61. nu. 37. Et actio rei vendicationis, & possessorium recuperandæ, d. dec. 61. num. 38.

Cumulatum si sit petitorium, & possessorium, pronunciari potest, vel debet in eo, quod fuerit probatum, d. dec. 61. num. 39.

Curator minori ad donandum non datur, dec. 82. num. 101.

Vide etiam Tutor.

Cyriac. contr. 47. num. 4. & seq. declaratur, dec. 82. num. 57.

D.

Damnum pertinet ad illum, qui est in culpa, dec. 21. nu. 31.

Quis pati non debet ex alterius culpa, dec. 21. num. 31.

Affectatum, & voluntarium non producit actionem, dec. 42. nu. 16.

Passum ob non solutionem debiti, & ad effectum recuperandi quomodo probandum, d. dec. 42. num. 13. 14. & 15.

Passum ut possit recuperari, requiritur protestatio, intimatio, & interpellatio, d. dec. 42. num. 17.

Damna ob non adimplementum sunt à fructibus recompensativis separata, dec. 37. num. 16. dec. 42. nu. 6.

An possint in judicio, subhastationis cum fructibus recompensativis cumulari, d. dec. 37. num. 14.

Damna, & interesse debentur, re promissa non tradita, vel non libere, seu promissa ratificatione non secuta, dec. 7. num. 1. & 2.

Omni jure debentur ratione moræ, & etiam non promissa, dec. 37. num. 7. 9. & 10.

An probentur per instrumentum census, vel illius accollationis, d. dec. 37. num. 18.

Promissa debentur etiam non probatis requisitis Pauli de Castro, d. dec. 37. num. 19.

Debentur ab eo, qui tenentur tradere rem vacuam, dec. 40. nu. 23.

Damnorum, & interesse appellatione veniunt fructus, dec. 40. nu. 24.

Dans in solutum tenetur præstare rem liberam ab alterius hypotheca, etiam evictione non secuta, tam de jure communi, quam ex Statuto Bononiæ, dec. 32. num. 13. & 15.

Datio in solutum est similis venditioni,

Ad

De-

sublim. ut nu. 12.

Universalis videtur, seu est loco hæredis, vel proprie, & in effectu hæres, d. dec. 16. nu. 5. & 6.

Universalis respectu antecedentis promissionis donantis non dicitur tertius possessor, nec agendum est contra ipsum revocatoria, vel hypothecaria, d. dec. 16. nu. 9.

Universalis, seu maxime, vel majoris partis bonorum est loco hæredis, tenetur ad donantis debita, & conveniri potest actionibus realibus, & personalibus, prout ille, secus in donatario particulari, dec. 24. num. 1. 2. 3. Decl. ut sit hæres quoad quædam tantum, & secundum quid, d. dec. 24. num. 4. & 5. Decl. 2. ut in donatione per contractum non teneatur ad debita posteriora, nec ad anteriora personalia, d. dec. 24. num. 6.

Universalis recta via conveniri potest, & tenetur ad donantis debita anteriora, ut hæres, quando alius hæres non adest, vel hæreditas non est solvendo, econtra vero tenetur hæres, & pro supplemento deinde donatarius, d. dec. 24. num. 10. 11. & 12. Ampl. ut num. 13.

Donatio ex quo intelligatur, deducto ære alieno, non infertur ad translationem oneris solvendi debita, sed quod bona donata sint libera, vel respectu creditorum cum suis oneribus, & hypothecis, d. dec. 24. num. 58. & 59.

Non præjudicat creditori habenti anteriorem hypothecam, d. dec. 24. num. 63. 69. & 70.

Cum reservatione ususfructus collata videtur post mortem, dec. 27. num. 15.

Jurata in muliere non est in dubio intelligenda de bonis dotalibus, & quæ juramento promisit non alienare, ad effugiendum perjurium, dec. 27. num. 42.

Si non sustineatur, succedit obligatio ad interesse, & æstimationem, d. dec. 27. num. 49.

In qua Notarius stipulatus fuit pro absente, effecta dicitur irrevocabilis quoad donantem, sed revocabilis quoad donatarium, quia, si noluerit donationem retinere, ante acceptationem cogi non poterit, dec. 34. nu. 13. 14. & 15. Ampl. ut num. 16.

Continens onus solvendi omnia debita habetur pro onerosa, & damnosa, d. dec. 34. nu. 23. Lim. ut nu. 30. Decl. ut num. 33.

Ex sui natura est lucrativa, d. dec. 34. num. 26.

Comprehendere dicitur, quod superest, deducto ære alieno, d. dec. 34. num. 31.

Omnium bonorum bona simpliciter donantis comprehendit, non quæ quoquo modo sunt affecta, & pro concurrenti quantitate hypothecæ, dec. 24. num. 67. & 68.

Omnium bonorum præsentium dicitur universalis, & etiam particularis, stante reservatione pro facultate testandi, d. dec. 24. num. 81.

Bonorum præsentium tantum quando dicatur, d. dec. 24. num. 86. & seqq.

Donationis acceptatio in infantibus non est necessaria, ubi Notarius pro eis stipulatus fuit, dec. 34. num. 8. & 25. Secus in non infantibus, ibid. num. 20. Ampl. præsertim Bononiæ, stante Statuto, ibid. num. 25. Vide etiam Acceptatio, Ratificatio, Notarius.

De acceptatione non quæritur, ubi

illius

cum patrimonio, seu bonis patris, d. dec. 74. num. 29.

Ad patrem reversa remanet filiæ patrimonium, & conservari debet etiam pro secundis nuptiis, d. dec. 74. num. 30.

A patre data censetur tam pro primis, quam pro secundis nuptiis, d. dec. 74. num. 31.

Profectitia ubi ad patrem reverti debet, reversio locum habet, etiam si extent filii matris hæredes ab intestato in reliquis bonis, d. dec. 74. num. 35. & 36.

Bononiæ ex Statuto transit libera, & cum dominio in mulierem, d. dec. 74. n. 40. 42. 64. & 73. Ampl. ut n. 43.

In vim Statuti Bononiæ dicitur extra bona patris totaliter, & acquisita mulieri, etiam filiæ familias, tamquam emancipatæ, sive sit adventitia, sive profectitia, d. dec. 74. n. 44. 45. & 46.

Ex Statuto Bononiæ est adventitia, quamvis à patre data, vel penes filiam est profectitia, & penes filiæ filios adventitia, d. dec. 74. n. 47. & 48.

Quando videatur data, vel succedere loco legitimæ, & in ea sit imputanda, d. dec. 74. num. 66. & 67.

A patre data de jure etiam communi dicitur lucrum, & ex titulo lucrativo respectu filiæ, d. dec. 74. nu. 68. Decl. ut num. 70. & 71.

De jure communi quando consolidetur in persona filiæ, d. dec. 74. nu. 72. & 73.

De jure communi restituenda est patri, si ille ita sit stipulatus, d. dec. 74. num. 75. Decl. ut nu. 76.

A patre profecta ad patrem redire debet, filia in matrimonio defuncta, d. dec. 74. num. 1. 22. & 69. Lim. secus extantibus filiis ex Martini consuetudine, d. dec. 74. num. 2. Sublim. dummodo sint filii ejusdem matrimonii, secus si antecedentis, d. dec. 74. num. 3.

Dotis restitutioni non est locus, constante matrimonio, sed assecurationi, dec. 37. nu. 4. dec. 74. nu. 3. & 6.

Assecurationi, vel restitutioni fit locus à die, quo maritus incipit exulare, & ponitur in banno, vel vergit ad inopiam, dec. 39. nu. 1. & 2.

Solutione facta viro, promissor remanet liberatus, etiam quoad uxorem, sed ex facta uxori non liberatur quoad virum, d. dec. 39. num. 4. & 5. Decl. ut num. 7.

Solutione facta viro, & uxori, præsumitur pecunia tota ad virum pervenisse, d. decis. 39. num. 46.

Maternæ jus vivente matre, an dicatur in bonis filii, & quid, ea mortua, non constito de agnitione, dec. 82. num. 18. & 19.

Congruitas non taxatur ex assignatione facta sorori, sed ex ea, quæ erat facienda d. dec. 39. num. 71.

Maternæ creditum non confunditur per aditionem hæreditatis paternæ, sine beneficio legis, & inventarii, dec. 59. num. 50.

Assecurationi quando sit locus, dec. 54. num. 9. 10. & 11.

Assignatio mulieri, & separatio propter viri vergentiam ad inopiam importat sequestrationem, & administrationem, non dominium, d. dec. 54. num. 3. & dec. 74. num. 3. & 6.

Ex qua ali debet uterque conjux, d. dec. 54. num. 1. Ampl. ut nu. 3.

Ex fructibus ali debet uxor, & quod ex illis superest, spectat ad virum, & possunt viri creditores super eo mandata exequi, d. dec. 54. n. 2. & 4.

Fructus regulariter non sufficiunt pro

E

Mixtæ

nomen hæredum intelligatur de hæredibus sanguinis. d. dec. 63. nu. 105. et 106.

Sequens investitura regulatur ab ultima immediate præcedente. d. dec. 63. n. 107.

Et illius dicitur renovatio, non nova concessio, si sit cum eisdem pactis, et non gravioribus, nec novis, nec cum alia forma succedendi, nec cum aliis qualitatibus. d. dec. 63. nu. nu. 108. et seqq.

Renovatio, quæ non continet novum titulum, nec novam investituram, dicitur prioris tituli concessi renovatio. d. dec. 63. nu. 115.

Concessio ubi apparet, quomodo facta fuerit, non est ad conjecturas, et præsumptiones recurrendum, sed standum investituræ tenori. d. dec. 63. nu. 116. et 117.

Renovatio comprehensis in investitura debetur ex pacto de renovando de 29. annis in 29. annos. d. dec. 63. n. 126.

Renovatione non censetur ab antecedentibus investituris recessum, nisi de hoc clare, et evidenter constet, et ex verbis necessario inferatur. d. dec. 63. num. 143. Amplieo magis, si ad antecedentes habeatur relatio. ead. dec. 63. num. 144.

In renovatione jure non cavetur, ut solitum alteratum censeatur quoad mutationem personarum, nisi quando reinvestitur Ecclesia, vel Communitas, d. dec. 63. num. 145.

Emphyteusim acquirentis affectio præsumitur eadem erga omnes ejus descendentes, & ut servanda sit inter eos æqualitas, d. dec. 63. nu. 11. et 12.

Emphyteusi devoluta ob non solutionem canonis, rei deteriorationem, vel abusum, et pacta non servata, excluduntur ab ea filii, et descendentes, et in contractu comprehensi d. dec. 63. nu. 68.

In emphyteusi procedit, quod dicitur de feudis, d. dec. 63. nu. 26.

Emphyteuta quas arbores incidere possit, d. dec. 63. nu. 82. & seqq.

Ex Statuto, & Bulla Bononiæ non cadit ob canonis non solutionem, sed tenetur ad duplum, etiam in Ecclesiasticis, et contractibus juratis, d. dec. 63. nu. 72. & 73.

Emphyteutica bona, de quibus disponi potest, veniunt etiam in generali institutione, dec. 50. nu. 3.

Testatoris consequi possunt remed. l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll. d. dec. 50. nu. 5.

Ecclesiastica, & adquoscunque hæredes etiam extraneos transitoria contineri dicuntur in fideicommisso generali, dec. 50. nu. 1. Ampl. ut nu. 2.

Ecclesiastica ut veniant in generali, debet de illis fieri expressa mentio d. dec. 50. nu. 6. Decl. ut nu. 7. 8. 12 & 13.

Fideicommisso supposita quoad utile dominium an francata intelligantur supposita quoad dominium directum, d. dec. 50. nu. 16.

Vide etiam, Caducitas, Canon, Investitura.

Emptio nec per testes, nec per instrumentum probatur, nisi de certo pretio mentio facta fuerit, dec. 58. nu. 2.

Non probatur, non probato pretio, d. dec. 58. nu. 4.

Non perficitur solo consensu unius partis d. dec. 58. nu. 5.

Em-

F

Hæres

16. & 17.

Creditor in dubio possidere censetur uti creditor, dec. 82. num. 42. & 46. Lim. ut num. 45.

Creditor cedens creditum hæreditarium adire dicitur hæreditatem, d. dec. 82. num. 47. & 48. Ampl. ut num. 53.

Fuit, ergo hoc prædium possedit, non est bona consequentia, dec. 23. num. 79.

In reservatis in donatione videtur hæres particularis, & in re certa, dec. 24. num. 107.

Particularis, & in re certa non tenetur ad debita, nec potest dici hæres universalis, d. dec. 24. nu. 108. & 109

In re certa tunc tantum habetur pro hærede particulari, seu legatario, quando datur alius cohæres universalis, d. dec. 24. num. 110.

Etiam particularis, alio non instituto, proprie dicitur hæres, & universalis, & obligatur creditoribus, & aliis oneribus hæreditariis, d. dec. 24 num. 125. & 127.

Non potest impugnare factum defuncti, sed illud tenetur observare, dec. 27. num. 43. & 44. Lim. ut hæres jurantis in alienatione fundi dotalis possit contravenire, d. dec. 27. num. 45. Sublim. ut nu. 47. & 48.

Non dicitur ad suggestionem institutus ex generali circa hæredem interrogatione, sed sine suggestione, & cum sana mente, & animo deliberato, dec. 33. num. 21. & 22.

Non potest impugnare divisionem defuncti, dec. 35. num. 25. Lim. secus esse in hærede cum beneficio legis, & inventarii, veniente ex persona propria, d. dec. 35. nu. 26. Extende ut num. 27. & 31.

Hæredis primum hæredem repræsentat active, & passive, & cum eo est una, & eadem persona, non diversa, & est ejusdem juris cum ipso, eoque jure utitur, ac ipsi illius inventarium suffragatur, dec. 35. nu. 31. & seqq.

Defuncti factum impugnare non potest, dec. 50. num. 32.

Plus juris, quam defunctus habere non potest, dec. 50. num. 57.

Quando dicatur acquirere ad illius commodum, & non hæreditatis, & fideicommissi, dec. 50. n. 58. & seqq.

Gravatus in eo, quod supererit, tenetur fideicommissario quartam reservare, dec. 48. num. 1. Sed, si data sit libera facultas disponendi, sunt hinc inde opiniones, & distinguitur, an facultas sit tacita, vel expressa, d. dec. 48. num. 2. & seqq. & 14. & 20.

Non in re particulari, sed in universum jus, & gravatus cum facultate alienandi, seu disponendi tam inter vivos, quam in ultima voluntate intelligitur arctatus ad expressam, & specificam dispositionem dec. 48. nu. 23.

Quod habeat cohæredem tenetur probare, dec. 59. num. 1.

Quilibet tenetur ad debita pro parte, in qua est hæres, & in reliquo reputatur extraneus, d. dec. 59. nu. 5. & 9. Ampl. ut pro ea tantum parte servare debeat factum defuncti, & eundem repræsentet, d. dec. 59. nu. 6. & 7.

Unus ex pluribus, si totum solvat, partem repetit à cohærede, d. dec. 59. nu. 8.

Quando patiatur Exequatur contra bona propria, & personam, d. dec. 59. num. 9

Hæredis dicitur hæres primi defuncti, & illius locum, & personam susti-

Sequi-

I

cri-

Ali-

Lo-

Vide

Aliud

Non

N

P

Est

Peri-

Alie-

Sa-

S

Man-

T

Te-

Kkkk Con-

Conditum, seu quod sustineri potest ex forma c. cum esses de testam. locum habet in Statu Ecclesiastico, & etiam in profanis, & ad favorem laicorum, & in foro Ecclesiastico, Seculari, & Civili, dec. 33. nu. 191. & 192.

Ex forma c. cum esses de testam. locum habet sive rogatum sit à Parocho, sive à Sacerdote, qui sit illius loco, sive à Confessario, & quare, dec. 33. num. 194. & 195. Decl. ut num. 122.

In statu Ecclesiastico, ut teneat, sufficit, ut sit in statu validitatis secundum terminos c. cum esses de testam. decis. 33. num. 196. Ampl. etiam Bononiæ, d. dec. 33. nu. 219. in fin.

Ex forma c. cum esses de testam. intrat præsertim in eo, qui est ęgrotus, & in extrema voluntate constitutus, & inde moritur, dec. 33. num. 197.

Primum solemniter factum revocatur per secundum factum juxta formam c. cum esses, de testam. & per secundum non habens adeo plenas solemnitates, quando secundus sustineri potest aliquo jure speciali, dec. 33. num. 199. & 200.

Primum solemne, in quo extranei sunt instituti, revocatur per minus solemne, in quo sint instituti venientes ab intestato, dec. 33. nu. 201.

Ex dispositione c. cum esses, de testam. requirit numerum duorum testium, vel trium, dec. 33. nu. 220.

Non vitiatur ex superfluo testium numero, & pinguiori formæ adimplemento, & abundanti cautela, dec. 33. num. 221.

Ut ex forma c. cum esses, de testam. locum habeat, sufficit, si fiat coram quatuor testibus sine Parocho, dec. 33. num. 223.

Ex forma c. cum esses, de testam. sustinetur, & eo magis, etiamsi sit factum cum majori numero duorum, trium, vel quatuor testium, dec. 33. num. 225.

Sine scriptura conditum, vel cum scriptura, nec à testatore, nec à testibus subscripta debet ex omninm testium depositione relevari, & per Judicem publicari, dec. 33. nu. 226. Ampl. ut num. 227. & 228.

Et ultima voluntas non potest ex Statuto Bononiæ testibus probari, sed illis tantum scriptura publica, & non privata corroborari, dec. 33. nu. 248. & 243. Decl. ut num. 254. 255 256. 264. 267. 268. 294. & seqq.

Qui scripsit, & de quo rogatus fuit, an, & quando connumerari possit in numero testium, dec. 33. nu. 265.

Ad Pias causas habens implicitam clausulam derogatoriam, an censeatur revocatum per posterius sine speciali derogatione, dec. 33. nu. 302

Testamenti transumptum errorem continens an deserviat pro immissione, & quomodo corrigatur, dec. 8. num. 13. & seqq.

Caput est universalis institutio, dec. 24. num. 121.

Testatoris præordinatio facit constare de illius deliberato animo testandi, dec. 33. num. 19. & 55. Ampl. idem si mandaverit perquiri Notarium, ibid. num. 281.

Falsitatis suspicio, & suggestio tollitur ex testatoris præordinatione, dec. 33. num. 18. & 25.

Conditi ad interrogationem materia est arbitraria, dec. 33. num. 39.

Favore in dubio pronunciandum est, dec. 33. num. 193.

Pri-

Sta-

Valor

V

nis justitia, vel transactionis utilitas controverti, seu transactio facta fuit ex justa causa, & bona fide, dec. 14. num. 46. & 47. Ampl. ut nu.48.

Cum clausula constituti, & precarii ex formulario Bononiæ tenetur tradere rem, & possessionem vacuam, & liberam etiam à conductione, dec. 19. num. 33.

Et dans in solutum tenetur pręstare rem liberam ab alterius hypetheca, etiam evictione non secuta, tam de jure communi, quam ex Statuto Bononiæ, dec. 32. num. 13. & 15.

Ex subsecuta incontinenti conductione dicitur remansisse in possessione, dec. 21. num. 9.

Et conductor, conductione finita, tenetur tradere rem vacuam, dec. 40. num. 22.

Qui pretium habuit, & rem non tradidit, tenetur ad fructus recompensativos, & ad damnorum, & interesse mensuram, dec. 40. nu. 25. et 26.

Re non tradita, retentionem habet pro pretio ad aliorum exclusionem, dec. 40. num. 46.

Non tenetur præcise ad transferendum dominium, sed tantum ad interesse. dec. 61. nu. 46.

Si continuet in possessione, facit præsumere venditionem effectum non habuisse, vel fuisse simulatam. dec. 61. nu. 54. & 55.

Tenetur tradere rem liberam, sive promiserit, sive non. dec. 67. nu. 9.

Ad defensionem tenetur ex sola molestiarum scientia absque intimatione. dec. 64. nu. 11.

Tenetur tradere rem, ejusque possessionem liberam, & emptorem reddere securum, ac defendere. dec. 79. nu. 5. 6. 7. & 8.

Promittens rem liberam dicitur vendere uti propriam, non jus tantum, quod in ea habeat. dec. 79. nu. 20.

Ubi non agitur de evictione, sed ex empto ad interesse, tenetur à molestiis liberare. dec. 79. n. 26.

Vide etiam, Emptor.

Verbum, *Promisit*, importat stipulationem. dec. 20. nu. 13.

Verba non debent reputari superflua, sed apposita, ut operentur. dec. 19. nu. 42.

Cuncta mea bona habendi, operantur institutionem universalem, & complectuntur omnia à defuncto possessa, & idem, quod hæreditas. dec. 24. nu. 122. & 123.

Quæ præsupponunt, non disponunt dec. 33. nu. 173.

Integre, *&* *sine diminutione* quid importent dec. 41. nu. 24.

In totum, quid significent. dec. 41. nu. 50.

Quod non fuerit alienatum, & verba, *Quod supererit*, idem important. dec. 48. nu. 16.

Et sic, habent vim designandi modum. dec. 48. nu. 19.

Non nego istud, important confessionem, etiam quod de alio dubitetur. dec. 51. nu. 3.

Ita tamen, habent vim taxationis. dec. 59. nu. 133.

Et sunt præcedentium adversativa in eodem genere, & eisdem terminis retentis. d. dec. 59. num. 134.

Et eorumdem continuativa, repetitiva, restrictiva, limitativa, modificativa, & declaratoria. d. dec. 59. n. 135. 136. et 137.

Et conditionem important. d. dec. 59. nu. 138.

Cum

FINIS.



DE Mandato Reverendiſs. Patris Joann. Caroli Falconi Inquiſitoris Civitatis Parmæ, & annexarum, & cæt. perlegi librum, Cui titulum eſt, *Deciſiones Rotæ Bononiæ Ludovico Poſtio Peruſino jam in eadem Rota Auditore Auctore*, & nihil bonis moribus diſſonum, nec fidei Catholicæ repugnans invenerim, at utilitate referum, digniſſimum exiſtimo, ut in lucem prodeat.

Alexander Jovius J.C. Peruſinus, modo Parmæ primam Cathedram J.C. de mane Regens, ac Sanctiſſimæ Inquiſitionis Parmæ Conſultor &c.

ATTENTA SUPRADICTA ATTESTATIONE.

Fr. Jo: Carolus Falconi Inquiſitor Generalis Parmæ, &c.

IMPRIMATUR.

Julius Dalla Roſa Vic. Generalis.

VIDIT.

Nicellus Præſes Cam.

